interfectos vi eo irrumpit, indeque eos abreptos per forum pedibus trahunt usque ad locum cui Signa nomen, supra Periblepti situm monasterium, ibique utrique oculos eruunt, Michaelo multis precibus deposcente ut de avunculo priore loco sumeretur supplicium, ut qui auctor causaque omnium istorum fuisset malorum; quod et impetravit. Oculis amissis relegati sunt, Michaelus in monasterium Elegmorum, 21 die Aprilis, indictione 10 anni supra indicati. Imperavit menses 1 dies 5. Cognati ejus omnes alii alio dispersi sunt.

B Πάλιν δὲ τῆς ἀρχῆς εἰς τὴν Ζωὴν μετακυλισθείσης, συμβασιλεύουσαν ἔχουσαν, ὡς εἴπομεν, οὐχ ἑκοῦσαν καὶ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώραν, τιμῶν μὲν ἡ σύγκλητος προβιβασμοῖς ἐγεραίρετο καὶ δωρεῶν διανομαῖς τὸ κοινὸν, [P. 753] καὶ τὰ πράγματα προμηθείας τῆς ἐνδεχομένης ἐτύγχανε, γραμμάτων ἁπανταχοῦ καὶ διαταγμάτων ἐκπεμπομένων, ἀπριάτην τε τὰς ἀρχὰς γίνεσθαι καὶ μὴ ὠνίους ὡς πρότερον ὑπισχνουμένων, καὶ πᾶσαν ἀδικίαν ἐκ μέσου διοριζομένων ἐλαύνεσθαι. Τούτων δὲ καταστάντων ὡς τοῖς κρατοῦσιν ἐδόκει, ἤχθη καὶ ὁ νωβελίσσιμος Κωνσταντῖνος ἀπὸ τῆς ὑπερορίας, καὶ περὶ τῶν δημοσίων ἀνακρινόμενος χρημάτων, τὰς ἀπειλὰς πτοηθεὶς, ὑπέδειξεν ἐν τῷ κατὰ τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους οἴκῳ αὐτοῦ κεκρυμμένα ἔν τισι κινστέρνῃ χρυσίου κεντηνάρια ν' ἐπὶ τρισί. Καὶ ταῦτα μὲν διεκομίσθη τῇ C βασιλίδι, ἐκεῖνον δ' αὖθις ἡ ὑπερορία ἐδέξατο. Προχειρίζεται δὲ ἡ βασιλὶς δομέστικον τῶν σχολῶν τῆς Ἀνατολῆς Νικόλαον, πρόεδρον τὸν εὐνοῦχον τοῦ ἰδίου πατρὸς, καὶ δοῦκα τῆς Δύσεως Κωνσταντῖνον πατρίκιον τὸν Καβασίλαν· τὸν δὲ πατρίκιον Γεώργιον τὸν Μανιάκην, ἤδη παρὰ τοῦ Μιχαὴλ φθάσαντα τῆς φρουρᾶς ἀπολυθῆναι, μάγιστρον τιμήσασα στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ταγμάτων ἐκπέμπει. Καὶ ταῦτα μὲν γέγονεν οὕτως. Βουλῆς δὲ προτεθείσης περὶ βασιλέως, καὶ δόξαν τοῖς πᾶσι βασιλέα προχειρισθῆναι καὶ τῇ Ζωῇ νομίμως συναφθῆναι, ἔσπευδε μὲν αὐτὴ Κωνσταντῖνον ἀγαγέσθαι τὸν κατεπάνω (20), ὃν δὴ καὶ Ἀργοκλίνην, ἀφ' ἧς ὑπηρεσίας μετεχειρίσατο, ἀπεκάλουν· ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ εὐπρεπὴς τὴν ὥραν, ἐλέγετο δὲ καὶ λάθρα τῇ D Ζωῇ πλησιάζειν. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἡ σύνοικος φαρμάκοις ἐξάγει τοῦ βίου, οὐχ ἐπειδὴ ἀποστόργως εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔμελλε τούτου ἔτι ζῶσα στερίσκεσθαι. Καὶ λοιπὸν ἀστοχήσασα ἡ βασιλὶς τοῦ σκοποῦ, μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἐξορίας Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον, παρὰ τοῦ ὀρφανοτρόφου τὴν νῆσον Μιτυλήνην κατακριθέντα οἰκεῖν διὰ τὸ παρὰ πάντων φημίζεσθαι ὡς μέλλει κρατῆσαι τῆς βασι-

Imperio Zoæ restituto, quæ sororem Theodoram, quamtumvis invita, consortem habebat, statim et honorum gradibus senatorio ordini **541** et largitionibus et multitudini gratiæ sunt actæ, ac rei publicæ quanta omnino poterat cura gesta. Nam in omnes imperii partes litteræ et edicta dimittebantur, quæ et magistratus vendi, quod ante erat factitatum, prohiberent, et omnia injustitiæ genera exterminari juberent. His ita ex Augustarum sententia constitutis, adductus etiam Nobilissimus ab exsilio. Cumque de publicis interrogaretur pecuniis, minis perterritus demonstravit domi suæ, quæ erat prope fanum Apostolorum, abscondita auri centenaria quinquaginta tria in cisterna quadam. Ea pecunia Augustabus reddita Nobilissimus in exsilium remissus. Deinde Augusta creavit domesticum scholarum Orientis Nicolaum præsidem, eunuchum sui patris, et ducem Occidentis Constantinum patricium Cabasilam. Patricium autem Georgium Maniacem, quem jam ante Michaelus e custodia dimiserat, magistri honore ornavit et cum pleno imperio imperatorem exercitui in Italiam misit, Secundum hæc de imperatore creando cogitatum, placuitque omnibus ut imperator designaretur ac Zoæ legitimo conjugio copularetur. Ac cupiebat sane ipsa maritum habere Constantinum Catepano, quem et ab officio quod gesserat Argoclinam vocabant, quod et formosus erat et cum Zoa occulte rem habere **542** dicebatur. Sed eum uxor veneno necavit, non quod ei infensa esset, sed quod se vivam eo privatum iri intelligebat. Zoe hoc consilio ad irritum relapso Constantinum Momonachum ab exsilio revocat, quem orphanotrophus Mitylenam deportari jusserat, quod omnium rumore perhiberetur imperio potiturus. Hunc Zoe, dum adhuc de altero illo Constantino ad imperii culmen evehendo cogitaret, prætorem Græcorum designarat. Verum ut is veneno fuit sublatus, quod hic idem nomen gerebat, Augustæ commodus

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(20) Superiorem aut supra hæc vox significat; apparetque eum alicui rei aut provinciæ fuisse præfectum. Sed quid fuerit, in obscuro est. Ut et Argoclines, quale sit officii genus: altum lectum in voce invento, sed rem non assequor. Quid si fuit quoddam, ut aureum, ita argenteum triclinium, cujus ille curator fuerit, ἀργυροκλίνης; Xyl. — Tori minister, sive tardius in lecto decubituro principi ministrans adductisque et expansis circumquaque strati cortinis eum obvelans, ἀργοκλίνης est, παρὰ τοῦ ἀργεῖν ἀμφὶ τὴν κλίνην. Goar.

visus. Ergo adductus est ad templum principis exercituum, quod in Damocranea est Athyro proximum; missusque Stephanus Pergamenus, unus de cubiculariis Augustarum eunuchis, qui eum privato habitu exutum imperatoria amiciret purpura et celoci impositum in palatium adduceret. Adducto Augusta Zoe nupsit, consecrante matrimonium primo Novæ Romæ presbytero, cui Stypes erat nomen, die Junii undecima anni ejus quem supra indicavimus. Postridie coronatus est a patriarcha.

A λείας. Τοῦτον γὰρ, ὁπηνίκα τὸν ἕτερον ἐβουλεύετο Κωνσταντῖνον εἰς τὸν βασίλειον θρόνον ἀναγαγεῖν, δικαστὴν Ἑλλήνων (21) προεχειρίσατο· ἐπειδὴ δὲ κἀκεῖνος, ὡς εἴπομεν, κατειργάσθη φαρμάκῳ, ὁ ῥηθεὶς Μονομάχος καὶ τῷ θανόντι ὁμώνυμος πρὸς τρόπου ἐνολίσθη τῇ βασιλίδι. Ἤχθη οὖν πρὸς τὸν ἄγχιστα τοῦ Ἀθύρος διακείμενον ναὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου τὸν ἐν Δαμοκρανείᾳ· καὶ πεμφθεὶς Στέφανος εἷς ὢν τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων τῆς βασιλίδος ὁ Περγαμηνὸς ἀποδιδύσκει μὲν αὐτὸν τὴν ἰδιωτικὴν στολὴν, ἀμφιέννυσι δὲ πορφυρίδα βασιλικὴν, καὶ δρόμωνι ἐμβιβάσας ἄγει πρὸς τὰ βασίλεια. Ὧτινι ἀχθέντι συνάπτεται εἰς κοινωνίαν γάμου ἡ βασιλὶς, τῆς ἱερολογίας γενομένης παρὰ τοῦ πρώτου τῶν πρεσβυτέρων τῆς Νέας (22), ὃς Στυπῆς ὠνομάζετο, ια' τότε τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἄγοντος, τοῦ ,ςφν' ἔτους. Στέφεται δὲ τῇ ἐπαύριον παρὰ τοῦ πατριάρχου.

Monomachus accepto imperio, et senatorios viros, prout cujusque dignitas ferebat, ad sublimiores evexit honores, et pecuniæ distributione suam in populum liberalitatem declaravit. Emisit etiam decreta per omnes provincias, quæ et ipsum esse imperatorem factum indicarent, **543** et promitterent forte ut sub ipso omnia honesta vigerent omniaque flagitia exscinderentur. Joannem quoque orphanotrophum cum omnibus quæ ipsius erant, a Monobatarum monasterio in Lesbum, et Michaelum racens imperio privatum in Chium, Constantinumque nobilissimum in Samum deportavit. Hoc usus exordio Monomachus indictione 10. Sexta porro Octobris die, indictione 11, anno mundi 6551, cometa apparuit, ab oriente ad occasum proficiscens, totoque illo mense fulsit. Is portendebat calamitates mundo eventuras. Cum enim Stephanus, qui et Boisthlabus, fuga, ut ante docuimus, ex urbe elapsus Illyricos occupasset montes, ac Triballos et Servos indeque viciniam Romanis subditam populationibus vexaret, Monomachus earum grassationum impatiens Michaelo patricio Anastasii logothetæ filio, tum Dyrrachii præfecto, mandat per litteras ut collectis et suis et aliis militibus, quotquot in vicinis ac Romanis subditis provinciis dispositi erant, una cum ordinum ductoribus in Triballos proficiscatur et Stephanum debellet. Is vero Michaelus rei bellicæ ignarissimus (quippe in umbra et inter delicias educatus) inepte et inscite rem aggressus magnam rei Romanæ **544** calamitatem invexit. Contractis enim, ut jussus erat, copiis (ad sexaginta millia militum eæ continebant) in Triballos duxit itineribus acclivibus, asperis, salebrosis ac ita augustis ut ne bini quidem simul ire equites possent, Servis, ut fertur, dedita opera cedentibus ac intrare eum sinentibus, neque de reditu sollicitum neque justo præsidio angustias occupantem. Ita ingressus campestria direptionibus

B [P. 754] Καὶ ἤδη τῶν σκήπτρων γενόμενος ἐγκρατὴς πάντας μὲν τοὺς συγκλητικοὺς βαθμοῖς ἀξιωμάτων κατὰ τὴν ἑκάστου προεβίβασεν ἀξίαν, καὶ χρυσίου δὲ διανομαῖς τὸ πλῆθος ἐφιλοτιμήσατο. Ἐξαπέστειλε δὲ καὶ ἀναφορὰς ἐν πᾶσι τοῖς θέμασι, τήν τε ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ δηλούσας, καὶ ὑπισχνουμένας παντὸς μὲν ἀγαθοῦ βλύσιν καὶ παῤῥησίαν, πάσης δὲ κακίας ἀποτομήν. Μετεβίβασε δὲ καὶ Ἰωάννην τὸν ὀρφανοτρόφον μετὰ πάντων ὧν εἶχεν ἀπὸ τῆς μονῆς τῶν Μονοβατῶν εἰς τὴν νῆσον Λέσβον, καὶ Μιχαὴλ τὸν πρὸ τοῦ βασιλέα εἰς Χίον, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν νωβελίσσιμον εἰς Σάμον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπράχθη ἐν προοιμίοις τῷ Μονομάχῳ, κατὰ τὴν ι' ἰνδικτιῶνα· κατὰ δὲ τὴν ς' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, τῆς ια' ἰνδικτιῶνος, τοῦ ,ςφνα' ἔτους, C ἐφάνη κομήτης ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν δύσιν ποιούμενος τὴν πορείαν, καὶ ὡρᾶτο λάμπων παρ' ὅλον τοῦτον τὸν μῆνα. Προεμήνυε δ' οὗτος τὰς μελλούσας ἐπισυμβήσεσθαι κοσμικὰς συμφοράς. Στεφάνου γὰρ τοῦ καὶ Βοϊσθλάβου, ὥσπερ ἔμπροσθεν ἐῤῥήθη, ἀποδράντος ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου καὶ τὰ Ἰλλυρικὰ κατασχόντος ὄρη, καὶ Τριβαλλοὺς καὶ Σέρβους καὶ τὰ πρόσοικα γένη καὶ Ῥωμαίοις ὑπήκοα κατατρέχοντος καὶ ληϊζομένου, μὴ φέρων ὁ Μονομάχος τὰς ἐκείνου καταδρομὰς τῷ τότε ἄρχοντι τοῦ Δυῤῥαχίου (ἦν δὲ Μιχαὴλ πατρίκιος, ὁ Ἀναστασίου τοῦ λογοθέτου υἱὸς) γράμμασιν ἐγκελεύεται τὸν ὑπ' αὐτὸν ἀθροῖσαι τοῦ Δυῤῥαχίου λαὸν στρατιωτικὸν, ἔτι δὲ καὶ τὰς στρατιὰς τῶν ἐγγιζόντων τούτῳ θεμάτων καὶ αὐτῷ ὑποκειμένων, καὶ συνάμα τοῖς ὑποστρατήγοις εἰς Τριβαλλοὺς ἀπελθεῖν καὶ καD ταπολεμῆσαι τὸν Στέφανον. Ὁ δὲ πολεμικῆς ἐπιστήμης ἀπέχων μακρὰν, οἷα σκιατραφὴς ἄνθρωπος καὶ εὐπαθείαις ἐντεθραμμένος, ἀφυῶς καὶ ἀτέχνως ἐπιχειρήσας τῷ ἔργῳ μεγάλης αἴτιος ἀτυχίας τῷ Ῥωμαίων ἐγένετο πολιτεύματι. Ἀθροίσας γὰρ ὡς προσετέτακτο δυνάμεις, οὔσας περὶ τὰς ἑξήκοντα χιλιάδας, εἴσεισιν εἰς Τριβαλλοὺς, διοδεύσας ὁδοὺς

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(21) Qui lites ortas inter Sarracenos aliosque septentrionales infideles judicaret, et de illis ex æquo et bono decerneret, in hoc a judice castrensi discretus, quod hic Christianis imperatori militantibus, ille cunctis a Christi fide alienis jus diceret. Auctor unum memorat, alium Codinus, nempe quinquagesimum secundum inter officiales recenset. GOAR.

(22) Xylander ridicule, et ut libet, ex capite sibi fingit in Nova Roma presbyteros. Sanctius itaque et verius: *Peracta nuptialis benedictionis solemnitate ab Ecclesiæ Novæ archipresbytero.* Erat autem ἡ Νέα Ecclesia in palatio a Basilio imperatore constructa, de qua auctor p. 588. GOAR.

ἀνάντεις καὶ τραχείας καὶ ἀποκρήμνους καὶ στενοχώρους ὡς μὴ ἐν ταυτῷ δύνασθαι δύο ἱππότας βαδίζειν, ἐνδόντος ἐξεπίτηδες, ὥς φασι, καὶ τῶν Σέρβων καὶ συγχωρησάντων τὴν εἴσοδον, μήτε τῆς ὑποστροφῆς φροντίσας μήτε φυλακὴν ἐπιστήσας ἀξιόμαχον ταῖς στενοχωρίαις. Ἐκεῖνος μὲν οὖν εἰσελθὼν ἐδῄου τὰς πεδιάδας καὶ ἐπυρπόλει, οἱ δὲ Σέρβοι καταλαβόντες ἐφύλαττον τὰ στενὰ καὶ ἀπόκρημνα τῆς τρίβου, καὶ προσέμενον τὴν ὑποστροφήν. Ὡς δὲ ἅλις τῷ Μιχαὴλ ἐδόκει τὰ τῆς λεηλασίας, καὶ λείαν πολλὴν καὶ αἰχμαλωσίαν περιεβάλετο, καὶ καιρὸς ἐφάνη ἀναζυγῆς, κἀν ταῖς στενοχωρίαις ὁδοιποροῦντες ἐγένοντο, τότε δὴ ἀφ' ὕψους οἱ πολέμιοι χέρμασί τε βάλλοντες καὶ τόξοις καὶ παντοίοις ἑκηβόλοις ὀργάνοις καὶ λίθους ὑπερμεγέθεις κυλίοντες ἀνῄρουν, τῶν περὶ τὸν Μιχαὴλ μήτε χερσὶ μήθ' ὅπλοις χρήσασθαι δυναμένων, μήτ' ἀρετῆς ὅλως ἐπιδείξασθαι ἔργον. [P. 755] Καὶ οἱ μὲν

incendiisque vastabat. At Servi fauces itinerum ac prærupta insidere et reditum ejus præstolari. Michaelus ut satis prædæ captivorumque partum tempusque domum reducendi putavit, et in reditu in angustias pervenit, ibi vero Servi de sublimioribus locis Romanos saxis, lapidibus, sagittis, omnisque generis missilibus impetere, neque armis neque manibus uti valentes, aut ullo modo rem gerere. Ita alii missilibus prosterni, alii per præcipitia devolvi, miserabili clade, adeo ut adjacentes convalles atque cavitates cadaveribus impletæ persequentibus perviæ essent. Perierunt ad 40 millia et 7 duces: reliqui per saltus ac silvas montium dissipati et conspectui hostium subducti in cacumina evaserunt, **545** noctuque ad sua pervenerunt, miserandum ac lacrymabile spectaculum. Inter hos fuit etiam ipse Michaelus simili usus fortuna.

αὐτόθι βαλλόμενοι ἔπιπτον, οἱ δὲ κατεκρημνίζοντο καὶ ἐλεεινῶς ἀνηλίσκοντο, ὡς πληρωθῆναι νεκρῶν τὰς παρακειμένας φάραγγας καὶ τοὺς ῥύακας καὶ βατὰς γενέσθαι τοῖς διώκουσιν. Ἔπεσον οὖν περί που τὰς μ' χιλιάδας, ἀνῃρέθησαν δὲ καὶ στρατηγοὶ ἑπτά. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐν ταῖς λόχμαις καὶ ταῖς νάπαις καὶ ταῖς συναγκείαις κρυβέντες τῶν ὀρέων, καὶ τοὺς τῶν ἐναντίων διαδράντες ὀφθαλμούς, καὶ διὰ τῶν κορυφῶν τούτων ἀναῤῥιχώμενοι, νυκτὸς διεσώθησαν πεζοὶ καὶ γυμνοὶ καὶ τοῖς ὁρῶσι θέαμα ἐλεεινὸν καὶ θρήνων ἄξιον. Διεσώθη δὲ μετ' αὐτῶν καὶ ὁ Μιχαὴλ, τὴν ἴσην καὶ αὐτὸς περικείμενος τύχην.

Γεώργιος δὲ μάγιστρος ὁ Μανιάκης ἐν Ἰταλίᾳ, ὡς εἴρηται, παρὰ Ζωῆς τῆς βασιλίδος πεμφθεὶς ἐφ' ᾧ καταστήσασθαι τὰ ἐκεῖ (ἐνόσει γὰρ τὰ πάντα καὶ κακῶς ἐφέρετο ἐπειρίᾳ καὶ φαυλότητι ἀρχηγῶν), πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδεν. Ἄξιον δὲ εἰπεῖν ἐπιδραμόντας καὶ τὰς αἰτίας εἰς ἀκριβῆ γνῶσιν τῶν τῷ βιβλίῳ ἐντυγχανόντων. Ὅτε γὰρ οὗτος πρῶτον εἰς Ἰταλίαν ἐπέμφθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ συμμαχήσων Ἀπολάφαρ Μαχοῦμετ τῷ τῆς Σικελίας ἄρχοντι πελεμουμένῳ παρὰ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ καὶ τῶν Ἄφρων, ἔτυχε προσεταιρισάμενος καὶ Φράγγους πεντακοσίους ἀπὸ τῶν πέραν τῶν Ἄλπεων Γαλλιῶν μεταπεμφθέντας καὶ ἀρχηγὸν ἔχοντας Ἀρδουῖνον (23) τὴν κλῆσιν, χώρας τινὸς ἄρχοντα καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀγόμενον, μεθ' ὧν τὰ τῶν Σαρακηνῶν εἰργάσατο τρόπαια. Ἐπεὶ δὲ οὗτος συκοφαντηθεὶς παρελύθη τῆς ἀρχῆς καὶ εἰς τὴν πόλιν εἰσαχθεὶς καθείρχθη, καὶ ἄρχειν ἀντ' αὐτοῦ τῆς Ἰταλίας ἐπέμφθη Μιχαὴλ πρωτοσπαθάριος ὁ Δοκειανὸς, ἀνεπιτήδειος ἄνθρωπος καὶ πρὸς μεταχείρησιν πραγμάτων οὐκ εὐφυὴς, οὐκ ἐδεήθη χρόνου συγχέαι καὶ διαφθεῖραι τὰ πάντα. Μὴ παρέχων γὰρ κατὰ καιρὸν τοῖς Φράγγοις τὸ αὐτοῖς παρεχόμενον ἐφ' ἕκαστον μῆνα σιτηρέσιον, μᾶλλον δὲ, ὥς φασι, καὶ τὸν ἡγεμόνα τούτων, ἀφιγμένον ὡς αὐτῶν ἐφ' ᾧ παρακαλέσαι ἠπίως χρῆσθαι τοῖς στρατιώταις καὶ μὴ ἀποστερεῖν τούτους τοῦ τῶν πόνων μισθοῦ, ὑβρίσας καὶ μαστιγώσας ἀτίμως, ἠνάγκασε τοὺς ἀνθρώπους ἀποστατῆσαι. Ὧν ὅπλα κεκινηκότων δέον τὰς Ῥωμαϊκὰς ἁπάσας ἀθροῖσαι δυνάμεις καὶ τούτοις προσμῖξαι, ὁ δὲ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἓν εἰληφὼς τάγμα τὸ τοῦ Ὀψικίου καὶ μέρος τῶν Θρᾳκησίων,

At in Italiam, ut demonstravimus, missus a Zoa Georgius Maniaces magister, ut res ibi ducum ignavia labefactatas constitueret, tyrannidem affectavit. Estque operæ pretium hujus facinoris caussas perstringere. Quo tempore ab imperatore Michaelo in Italiam missus fuerat Maniaces, ut Apolaphari Muchumeto Siciliæ principi a fratre suo et Afris oppugnato auxilium ferret, socios sibi asciverat 500 Francos, e Gallia transalpina evocatos, duce Arduino, cujusdam regionis domino nemini subdito. His sociis sua de Saracenis statuerat tropæa. Postquam vero Maniaces per calumniam imperio privatus ac Byzantium in carcerem abductus fuit, missusque ei successor Michaelus protospatharius Doceanus, homo ineptus, nulla mora interposita periit res Romana. Nam hic cum Francis non præbuisset menstrua quæ accipere solebant stipendia, eorumque insuper ducem, qui ad ipsum venerat hortabaturque ut benigne milites tractaret neque eos mercede laborum fraudaret, **546** per contumeliam flagris (ita enim fertur) cecidisset, coegit Francos a se deciscere. Cumque ii arma movissent, et ipse cum omnibus Romanis copiis eos deberet adoriri, unica Opsiciana legione et parte Thracensium stipatus, cum iis apud Cannas prope Aufidum fluvium, quo loco quondam permulta Romanorum millia occidit Annibal, conflixit, victusque amissa majore exercitus parte Cannas turpiter evasit. Hac accepta clade, ne ictus quidem, quod est de piscatore proverbium, sapuit, neque omnibus copiis munitus hostem petiit, sed temeritate nimirum ductus eos ipsos qui victi fue-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(23) Arduino Longobardo duce Normanni Apulia potiti sunt, eaque inter se divisa Græcorum amici nonnumquam effecti. Leo Ostiensis, II, 68. GOAR.

rant collegit; adjunotisque Pisidis et Lycaonibus qui fœderatorum legionem implent. Francos, quibus alia haud exigua auxilia ab Italis cir:a Padum flumen et ad Alpium radices habitantibus accesserant, apud Horas (id loci nomen est) adortus magna rursum pugna victus est. Michaelus imperator his cognitis imperium Doceano abrogat, mittitque pro eo in Italiam Bojoannem, qui strenuus et bello egregius videbatur, et ab eo Bojoanno ducebat genus qui a Basilio imperatore in Italiam missus totam Italiam ad Romam usque in potestatem ejus redegerat. Verum is quoque cum eo venisset, et novum exercitum non haberet, sed jam ante victos cogeretur in hostem **547** ducere, qui regionem eam obtinebat ac ut propriam tutabatur, victus apud Monopolim in potestatem hostium vivus pervenit, iis quos ferrum non absumpserat, alio alias dissipatis in castella quæ Romanis adhuc favebant. Exinde Franci Italiam ut bello partam sibi vindicavere, incolis qua ultro se dedentibus qua vi subactis. Quatuor tantum urbes in Romanorum fide permanserunt, Brundusium, Hidrus, Tarentum et Baris. Michaelo imperatore mortuo et Calaphata ejus successore exturbato missus in Italiam, ut diximus, Maniaces, quanquam non esset satis justis copiis instructus, artibus tamen imperatoriis tantum confecit, ut et Francos Italia pelleret apud Capuam, Beneventum ac Neapolin, et res mediocri in quiete ac securitate constitueret. Habebat hic Maniaces in provinciis Orientalibus possessiones, et vicinum Romanum Durum, cum quo exercuerat inimicitias: et eum aliquoties, nisi fuga sibi cavisset, interfecturus fuerat. Postquam vero imperio Romano potitus est Monomachus, Durus quoque ad summam evectus fortunam (nam ab imperatore, qui sorore ejus pro pellice utebatur, magister et protostrator factus erat) injuriarum Maniacis memor, abusus sua potentia **548** et Maniacis absentia, ditioni ejus multa intulit damna et thalamum ejus licenter polluit. De quibus Maniaces in Italia factus certior, magnas animo molestias irasque agitabat. Cumque opera Romani insuper factum esset ut magistratus ipsi abrogaretur, deploratis prorsus rebus (intelligebat enim reditum in urbem non bene sibi cessurum), concitatis atque corruptis Italicis copiis, cum jam desiderio in patriam redeundi milites arderent, arma contra imperatorem movet. Missum ergo sibi successorem Pardum protospatharium, hominem Byzantium, neque ullam ob præstantiam, sed quia notus erat imperatori, tantæ provinciæ præfectum, interfecit. Ipse diademate et reliquis imperii sumptis insignibus imperator salutatur, exercituque in naves imposito in Bulgariam trajicit. Imperator postquam de hoc rescivit, non leviter perturbatus, litteras ad eum mittit, in quibus ipsi et quos secum habebat impu-

A καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ἐν Κάνναις περὶ τὸν Ἄμφιδον ποταμὸν, ἔνθα καὶ κατὰ τοὺς πάλαι χρόνους Ἀννίβας τὰς πολλὰς τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων κατέκοψε μυριάδας, ἡττήθη καὶ τὸ πλέον ἀπέβαλε τῆς στρατιᾶς, αἴσχιστως καὶ αὐτὸν ἐν Κάνναις διασωθείς. Οὕτω δὲ πληγεὶς οὐδὲ μετὰ τὴν πληγὴν, κατὰ τὸν ἐν παροιμίαις ἁλιέα, νοῦν ἔσχεν, οὐδ' ὀχυρώσας ἑαυτὸν πάσῃ τῇ στρατιᾷ προσέβαλε τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλ' ὑπὸ θράσους. ὡς ἔοικε, στρατηγούμενος αὐτούς τε τοὺς ἡττηθέντας πάλιν ἀναλαβὼν καὶ Πισσίδας καὶ Λυκάονας, οἵπερ ἀναπληροῦσι τὸ τάγμα τῶν φοιδεράτων (24), περὶ τὰς λεγομένας Ὥρας προσρήγνυται τοῖς ἐχθροῖς καὶ τρέπεται αὖθις κατὰ κράτος, προσεταιρισαμένων τῶν Φράγγων καὶ ἄλλο πλῆθος [P. 756] οὐκ ὀλίγον ἀπὸ τῶν Ἰταλῶν τῶν B περὶ τὸν Πάδον τὸν ποταμὸν καὶ τὰς ὑπωρείας οἰκούντων τῶν Ἄλπεων. Τοῦτο δὲ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, τοῦτον μὲν μετέστησε τῆς ἀρχῆς, ἔπεμψε δὲ τὸν Βοϊωάννην, δοκοῦντα πρακτικὸν ἄνδρα εἶναι καὶ ἐν πολέμοις εὐδόκιμον, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀναφέροντα τὴν τοῦ γένους ἀναφορὰν τὸν ἐπὶ Βασιλείου τοῦ βασιλέως ἐν Ἰταλίᾳ πεμφθέντα Βοϊωάννην, ὃς πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν μέχρι Ῥώμης τότε τῷ βασιλεῖ παρεστήσατο. Ἀλλὰ καὶ οὗτος ἀπελθὼν κατὰ χώραν καὶ νεαλῆ καὶ ἀκμαίαν δύναμιν μὴ λαβὼν, ἀλλ' ἀναγκασθεὶς μετὰ τῶν προηττημένων συμβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς κατὰ τὴν Μονόπολιν ἤδη κραταιωθεῖσι καὶ τῆς χώρας ὡς ἰδίας ἀντεχομένοις, ἡττηθεὶς ἑάλω, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, ὅσοι μὴ σιδήρου γεγόνασι παρανάλωμα, ἄλλος ἀλλαχοῦ διεσκεδάσθησαν, διασωθέντες ἐν τοῖς ἔτι τὰ Ῥωμαίων C φρονοῦσι φρουρίοις. Καὶ λοιπὸν οἱ Φράγγοι τῆς Ἰταλίας ὡς δορυκτήτου ἀντεποιοῦντο κτήματος, τῶν ἐγχωρίων ὧν μὲν ἑκουσίως, ὧν δὲ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ προσχωρούντων αὐτοῖς, πλὴν Βρεντησίου καὶ Ἰδροῦντος καὶ Τάραντός τε καὶ Βάρεως· αὗται γὰρ αἱ τέσσαρες πόλεις παρέμειναν πίστιν Ῥωμαίοις φυλάττουσαι. Μιχαὴλ δὲ τοῦ βασιλέως ἀποθανόντος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν ἐξωσθέντος τῆς βασιλείας, ὁ Μανιάκης, ὡς ἄνωθεν ἐῤῥέθη, πεμφθεὶς εἰς Ἰταλίαν παρὰ τῆς Ζωῆς, εἰ καὶ μὴ δύναμιν ἀξιόχρεων εἶχεν, ὅμως μετὰ τῆς παρούσης στρατηγικαῖς μηχαναῖς χρησάμενος ἐκδιῶξαι ἴσχυσε τοὺς Φράγγους τῆς Ἰταλίας περὶ Καπύην καὶ Βενεβενδὸν καὶ Νεάπολιν, καὶ μετρίαν κατάστασιν καὶ γαλήνην παρέσχε τοῖς πράγμασι. Οὗτος ὁ Μανιάκης κατὰ τὸ θέμα τῶν Ἀνα- D τολικῶν τὰς οἰκήσεις ἔχων καὶ Ῥωμανῷ τῷ Σκληρῷ γειτονῶν, διαφερόμενος πρὸς αὐτὸν πολλάκις ἐπεχείρησεν ἀνελεῖν τοῦτον, εἰ μὴ φυγῇ τὴν ἑαυτοῦ ἐπορίσατο σωτηρίαν. Ἐπεὶ δὲ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα ἐς Κωνσταντῖνον ἦλθε τὸν Μονομάχον καὶ ὁ Σκληρὸς ἐπὶ μέγα τύχης ἦρτο (ἐπαλλακεύετο γὰρ τῷ Μονομάχῳ ἡ τοῦ Σκληροῦ ἀδελφὴ) μάγιστρος τιμηθεὶς καὶ πρωτοστράτωρ, τῶν εἰς αὐτὸν μεμνημένος τοῦ Γεωργίου καταδρομῶν, καταχρώμενος τῇ ἐξουσίᾳ καὶ τὴν ἀπουσίαν κατατρέχων τοῦ Μανιάκη, τά τε

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(24) Error tollendus, quo fœberati et fœderati iidem censentur. Hi ex omni extra natione, illi ex subditis Pisidis et Lycaonibus, ut hic auctor enarrat. Goar.

ἀνήκοντα αὐτῷ ἐδῄου καὶ ἔκειρε χωρία καὶ εἰς τὴν A τούτου κοίτην ἀνέδην ἐξύβρισεν. Ἅπερ ἐκεῖνος ἐν Ἰταλίᾳ πυνθανόμενος ἤσχαλλε καὶ διεπρίετο τῷ θυμῷ. Ἄρτι δὲ καὶ σπουδῇ τοῦ Ῥωμανοῦ παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς καὶ τοῖς πᾶσιν ἀπεγνωκὼς (ᾔδει γὰρ ὡς οὐκ εἰς χρηστὸν αὐτῷ τέλος ἡ εἰς τὸ Βυζάντιον ἄφιξις τελευτήσει) τὰς ἐν Ἰταλίᾳ δυνάμεις ἀνασείσας καὶ διαφθείρας, διψώντων τῶν στρατιωτῶν τὰς οἰκείας ἰδεῖν πατρίδας, ὅπλα κατὰ τοῦ βασιλέως κινεῖ. Καὶ τὸν μὲν πεμφθέντα διάδοχον αὐτοῦ (ἦν δὲ ὁ πρωτοσπαθάριος Πάρδος, [P. 757] ἀνὴρ Βυζάντιος, καὶ δι' ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅτι δὲ γνώριμος ἦν τῷ βασιλεῖ, τηλικαύτης χώρας ἄρχειν πεμφθεὶς) ἀναιρεῖ, αὐτὸς δὲ αὐτῷ διάδημα περιθεὶς καὶ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα ἀναλαβὼν ἀναγορεύεται βασιλεὺς, καὶ πλοίοις ἐμβιβάσας τὰς δυνάμεις περαιοῦται B ἐν Βουλγαρίᾳ. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς ταραχὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐνέπεσε· καὶ γράμματα μὲν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει παντὸς ἀπολύοντα φόβου τοῦτον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, παρακαλοῦντά τε ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ὑπισχνούμενος πᾶσαν εὐεργεσίαν· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἄτεγκτος ἦν καὶ οὐ μεθίετο τοῦ σκοποῦ, ἀγχηχῶς καὶ αὐτὸς ἃς εἶχε δυνάμεις, καὶ στρατηγὸν αὐταῖς ἐπιστήσας αὐτοκράτορα τὸν Σεβαστοφόρον (25) Στέφανον τὸν ἐν Δαμοκρανείᾳ τὰ τῆς βασιλείας εὐαγγέλια τούτῳ διακομίσαντα, ἐκπέμπει κατὰ τοῦ ἀποστάτου. Καὶ συναντῶσι τὰ στρατεύματα κατὰ τὸν λεγόμενον Ὀστροβὸν ἐν τῷ Μαρμαρίῳ, καὶ συμπλοκῆς γενομένης τρέπονται οἱ περὶ τὸν Στέφανον, αὐτοῦ τοῦ Μανιάκη προηγουμένου καὶ τὰς φάλαγγας διακόπτοντος. Καὶ αὐτὸν ὡς βασιλέα εὐφήμουν. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, αἰφνιδίως ἐκ τοῦ ἵππου πεσὼν οὗτος ἀπέθανε, μηδενὸς φανέντος τοῦ τοῦτον τρώσαντος· εὑρέθη γὰρ ἔχων κατὰ τοῦ στήθους καιρίαν πληγήν. Τούτου δὲ γνωσθέντος τῷ ἐναντίῳ στρατεύματι, ἀποτέμνεται μὲν ἡ κεφαλὴ τοῦ Γεωργίου, συλλαμβάνονται δὲ καὶ πάντες οἱ αὐτῷ συναράμενοι, ἅμα τῇ πτώσει τοῦ ἀρχηγοῦ τὰ ὅπλα ῥίψαντες καὶ ἑαυτοὺς ἐγχειρίσαντες. Καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ ἄγγελος ἐπέμφθη κομίζων τὰ εὐαγγέλια τῆς νίκης, εἴσεισι δὲ μεθ' ἡμέρας τινὰς καὶ ὁ Στέφανος τὴν κεφαλὴν ἄγων τοῦ Μανιάκη καὶ τοὺς κρατηθέντας ἐν τῷ πολέμῳ· καὶ διὰ μέσης τῆς πλατείας θριαμβεύσας προηγουμένης τῆς κεφαλῆς ἄνωθεν δόρατος, καὶ τῶν ἀποστατῶν ὄνοις ἐποχουμένων, αὐτὸς ὄπισθεν εἵπετο, ἵππῳ λευκῷ ἐφεζόμενος. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Μανιάκην τοιοῦτον εἴληφε τέλος.

nitatem et multa beneficia pollicetur. Cum autem a proposito ille non dimoveretur, ipse quoque suas copias contrahit, et duce eas Stephano Sebastophoro (id est Augustifero), qui ipsi ad Damocraneam lætum delati imperii nuntium attulerat, contra perduellem mittit. Concurrerunt adversi exercitus apud Ostrobum in Marmario, fusæque Stephani **549** copiæ sunt, ipso Maniace primos ducente et hostium ordines disjiciente. Jamque universi eum imperatorem faustis ominibus salutabant, cum subito equo delapsus exspirat, non exstante vulneris auctore, quod in pectore letale acceperat. Quod simulatque innotuit imperatoriis, caput Maniaci amputatur; et qui ab ipsius partibus steterant, amisso duce, abjectis armis deditionem fecerunt. Confestim ad imperatorem nuntius victoriæ mittitur. Aliquot diebus post Stephanus in urbem redit, afferens caput Maniaci et bello victos, quos in triumpho duxit per mediam plateam, asinis insidentes, prælato in hasta capite Maniacis; et ipso albo equo vehens pompam est subsecutus.

Γέγονε δέ τις καὶ ἄλλη ἀποστασία ἐν Κύπρῳ κατὰ C τοῦτον τὸν χρόνον, πρωτουργὸν ἔχουσα Θεόφιλον τὸν Ἐρωτικόν· οὗτος γὰρ τῆς νήσου στρατηγῶν καὶ νεωτέρων ἀεὶ πραγμάτων ἐφιέμενος, ἐπείπερ ἐπύθετο τὴν τοῦ Καλαφάτου καταστροφὴν καὶ τὴν κατασχοῦσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν, καιρὸν εὔθετον εὑρεῖν οἰηθεὶς πρὸς τὸ σπουδαζόμενον, τότε τὸ ἔθνος ἅπαν τῶν Κυπρίων ἀνάπτει, καὶ τὸν δικαστὴν καὶ πράκτορα τῶν δημοσίων φόρων τὸν πρωτοσπαθάριον Θεοφύλακτον ἀνελεῖν παρασκευάζει, ἔγκλημα τούτῳ ἐπενεγκὼν ὡς βαρείας τὰς τῶν συντελειῶν ποιουμένῳ εἰσπράξεις. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτον οὐκ ἐδέησε τῷ Μονομάχῳ μακροτέρας τριβῆς· χειροῦται γὰρ αὐτὸν ἐκπεμφθεὶς ὅ [τε] τοῦ στόλου κατάρχων Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Χαγὲ, τὸ ἔθνος ἅπαν τῶν Κυπρίων ὑποποιησάμενος, καὶ εἰς βασιλέα ἄγει. Ἀχθέντα δὲ θῆλυν ὁ βασιλεὺς ἐνδύσας στολὴν καὶ ἐν τῷ ἱππικῷ ἱπποδρομίας ἀγομένης θριαμβεύσας καὶ τῶν ὑπαρχόντων ψιλώσας ἀπέλυσε.

Sub idem tempus Theophilus Eroticus Cypri prætor, homo semper novandarum rerum cupidus, cognito Calaphatis exitu et rerum confusione, opportunum se tempus nactum ratus sui instituti conficiendi totum Cyprium populum concitat, instigatque ad necem Theophylacti protospatharii judicis ac publici tributi exactoris, sub prætextu nimii ab eo in exigendo adhibiti rigoris. Ad hunc opprimendum nihil opus fuit Monomacho **550** longiore mora. Nam classis ductor Constantinus Chages patricius Cypriis universis subactis eum cepit, et ad imperatorem adduxit. Adductum imperator stola muliebri induit, et ludis equestribus in Circo in triumpho duxit, spoliatumque suis facultatibus dimisit.

[P. 758] Τῇ δὲ κ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, τῆς ια' D ἰνδικτιῶνος, κατέλυσε τὴν ζωὴν Ἀλέξιος ὁ πατριάρ-

Vicesima die Februarii, indictione 11, Alexius patriarcha rebus humanis excedit. Ei sufficitur die

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(25) Imperii sibi delati nuntium σεβαστοφόρου nomine remunerabant Græci imperatores, quasi qui Augustini dignitatem obtulisset. Moris usum in Stephano manifestat auctor, et Σεβαστοφόρου appellationis causam indicat eo quod τὰ τῆς βασιλείας εὐαγγέλια τούτῳ διεκομίσατο· Zonaras eo quod imperii insignibus illum ornasset. GOAR.

Annuntiationis festo Michaelus Cerularius, qui vixerat monachus ex quo eum orphanotrophus ob paratas insidias relegaverat. Indicatur etiam imperatori thesaurus auri reconditus in Alexii mansione, quem missis famulis recepit, ad centenaria viginti quinque. Eadem indictione, postridie Kalendas Maias, oculi effodiuntur orphanotropho in loco cui nomen Marycatis. Alii id inscio imperatore aiunt fuisse factum jussu Theodoræ: plerique omnes ipsius monachi mandato, ei ob relegationem irato. Mortuus est decima tertia die ejusdem mensis. Julio mense Stephanus Sebastophorus delatus est, quod insidiatus esset imperatori volueritque imperium in Leonem patricium transferre et Melitenæ præfectum constituere filium Lampri. Ac Stephanus quidem opibus suis multatus et monasticam vivere jussus et relegatus est. Lamprus, crudeliter tortus et per forum ludibrii causa in pompa ductus atque oculis orbatus, paulo post vita excessit.

A χης, καὶ ἀνάγεται εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, μοναχοὺς ὢν ἐξ οὗπερ ὁ ὀρφανοτρόφος αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξώρισε. Προσαγγέλλεται δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ χρυσίον ἀποτεθησαυρισμένον ἐν τῇ τοῦ Ἀλεξίου μονῇ, καὶ πέμψας ἀναλαμβάνεται τοῦτο, εἰς κεντηνάρια ποσούμενον κε'. Μαΐου δὲ δευτέρας, τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος, ἐκτυφλοῦται καὶ ὁ ὀρφανοτρόφος ἐν τῷ λεγομένῳ χωρίῳ τῶν Μαρυκάτου, ὡς μὲν τινές φασιν, ὑπὸ Θεοδώρας, ἄκοντος τοῦ βασιλέως, ὡς δὲ ὁ τῶν πολλῶν κρατεῖ λόγος, παρ' αὐτοῦ τούτου ἐγκοτῶντος αὐτῷ διὰ τὰς ὑπερορίας, καὶ τῇ ιγ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀποθνήσκει. Ἰουλίῳ δὲ μηνὶ τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος κατηγορήθη καὶ Στέφανος ὁ Σεβαστοφόρος ὡς ἐπιβουλεύων τῷ βασιλεῖ καὶ βασιλέα βου- B λόμενος ποιῆσαι Λέοντα πατρίκιον καὶ στρατηγὸν Μελιτηνῆς, τὸν υἱὸν τοῦ Λαμπροῦ· καὶ ὁ μὲν Στέφανος τῶν ὑπαρχόντων γυμνωθεὶς καὶ μοναχὸς ἀποκαρεὶς ἐξωρίσθη· ὁ δὲ Λαμπρὸς, ἀπηνῶς ἐτασθεὶς καὶ τὰς ὄψεις πηρωθεὶς καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πομπευθεὶς, μετὰ μικρὸν ἀπέθανεν.

551 Hac ipsa indictione, mense Junio, Rossica gens contra Romanum imperium insurrexit. Hactenus pacem amicitiamque cum Romanis Rossi coluerant, liberaque invicem fuerant commercia, et mercatores ultro citroque commearant. Tunc vero in urbe orta rixa cum quibusdam Scythis negotiatoribus, res ad manus venit, et est quidam de nobilioribus Scythis interfectus. Proinde ejus gentis regulus Bladimerus, homo iracundus atque animo inquieto, casum hunc sibi annuntiatum ægerrime ferens, nulla interposita mora, ad arma vocatis subditis quotquot bello habiles erant, copiisque auxiliaribus ascitis haud exiguis a nationibus quæ Oceani insulas septentrionales inhabitabant, collecta ad hominum, ut ferunt, 100000 multitudine, eam usitatis apud ipsos navigiis (lintres nos vocamus, unica arbore cavata factos) imponit, et adversus urbem tendit. Imperator, ejus conatu intellecto, legatis missis petit ut ab armis discedat, pollicitus se quidquid peccatum esset compensaturum, modo ne ipse levi de causa tot jam per annos coalitam pacem rumperet gentesque bello committeret. Cum autem barbarus litteris acceptis legatos ignominiose proturbaret, responsis superbis datis, imperator, desperata pace, ipse quoque se pro viribus bello parat. Scythicos negotiatores in urbe **552** degentes, nec non qui ut socii aderant, per provincias in custodiam dividit, ne quæ ab ipsis domi essent metuendæ insidiæ. Tum adornatis, quantum ejus præceps occasio rei ferebat, imperatoriis triremibus aliisque levibus navigiis, et impositis in eas qui e militibus ea tempestate Byzantii agentibus legi poterant classiariis, ipse quoque conscensa celoce sua Barbaris occurrit in faucibus maris ad Pharum stationem habentibus, juxta per continentem comitante equitatu haud exiguo. Instructa utrinque ad pugnam classe neutra pars prælium incipiebat, Scythis intra occupatum portum se continentibus, et Romanis eo-

Ἐγένετο δὲ καὶ κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα τῆς αὐτῆς ἐπινεμήσεως καὶ ἡ τοῦ ἔθνους τῶν Ῥὼς κίνησις κατὰ τῆς βασιλίδος. Οὗτοι γὰρ κοινοπραγοῦντες μέχρι τοῦδε Ῥωμαίοις καὶ εἰρηνεύοντες μετ' αὐτῶν, ἀδεῶς τε ἀλλήλοις ἐπεμίγνυντο καὶ ἐμπόρους ἐς ἀλλήλους ἔπεμπον. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον φιλονεικίας γενομένης ἐν Βυζαντίῳ μετά τινῶν ἐμπόρων Σκυθῶν, συμπληγάδος τε ἐξ αὐτοῦ ἐπακολουθησάσης καί τινος Σκύθου φονευθέντος ἐπιφανοῦς, ὁ τότε C κατάρχων τοῦ γένους τούτων Βλαδιμηρὸς, ἀνὴρ ὀρμητίας καὶ τὰ πολλὰ τῷ θυμῷ χαριζόμενος, πυθόμενος τὸ συμβὰν καὶ δεινοπαθήσας καὶ μὴ δοὺς ἀναβολὴν ἢ καιρὸν τῷ κινήματι, τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀγείρας ὅσον μάχιμον, προσεταιρισάμενος δὲ καὶ συμμαχικὸν οὐκ ὀλίγον ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐν ταῖς προσαρκτίοις τοῦ Ὠκεανοῦ νήσοις ἐθνῶν, καὶ πλῆθος ἀθροίσας, ὥς φασι. περὶ τὰς ἑκατὸν χιλιάδας, καὶ πλοίοις ἐγχωρίοις τοῖς λεγομένοις μονοξύλοις ἐμβαλὼν κατὰ τῆς πόλεως ἐξορμᾷ. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς πέμπει μὲν πρεσβευτὰς, ἐξαιτῶν καταθέσθαι τὰ ὅπλα καὶ ὑπισχνούμενος ἐξιάσασθαι εἴ τι δὴ καὶ γέγονεν ἄτοπον, καὶ μὴ διὰ μικρὸν ἐθελῆσαι πρᾶγμα τὴν ἐκ μακροῦ παγιωθεῖσαν διαλῦσαι εἰρήνην καὶ τὰ ἔθνη κατ' ἀλλήλων ἀνάψαι· ἐπεὶ δὲ δεξάμενος αὐτὸς τὰ γράμματα τούς τε πρέσβεις ἀτί- D μως ἐδίωξε καὶ ὑπερηφάνους καὶ σοβαρὰς ἀπέδωκεν ἀπολογίας, ἀπεγνωκὼς ὁ βασιλεὺς τὴν εἰρήνην καὶ αὐτὸς ὡς ἐνῆν ἀντιπαρετάττετο. [P. 759] Καὶ τοὺς μὲν ἐνδημοῦντας τῇ βασιλίδι ἐμπόρους τῶν Σκυθῶν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς κατὰ συμμαχίαν παρόντας διασκορπίσας ἐν τοῖς θέμασι, καὶ ἀσφαλισάμενος ἵνα μὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἔνδον ἐπιβουλή τις ἀνεγερθῇ, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου καὶ τὸ τοῦ ἔργου ὀξύῤῥοπον, τάς τε βασιλικὰς ἐξαρτύσας τριήρεις καὶ ἄλλας οὐκ ὀλίγας ἀπὸ τῶν εὐσταλῶν καὶ κούφων, καὶ λαοῦ πληρώσας ἀπὸ τῶν παρατυχόντων ἐν Βυζαντίῳ τότε στρατιωτῶν, καὶ αὐτῆς οὗτος τῷ βασιλικῷ ἐπιβὰς δρόμωνι ἔξεισι καὶ τοῖς Σκύθαις ἀπαντιάζει κατὰ τὸ τοῦ

Πόντου στόμα ἐν τῷ λεγομένῳ ναυλοχοῦσι Φάρῳ, παρεπομένην ἔχων διὰ τῆς ξηρᾶς καὶ ἱππικὴν στρατιὰν οὐκ ὀλίγην. Ἐπεὶ δὲ ἀντιμέτωποι ἔστησαν αἱ δυνάμεις, ἔργου μὲν οὐδέτερον μέρος ἥπτετο· οἵ τε γὰρ Σκύθαι ἐπὶ τοῦ λιμένος ἔνθα προσώρμουν ἑστῶτες ἡσυχίαν ἦγον, καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐκείνων προσμένων κίνησιν ἐκαρτέρει. Ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς ἐτρίβετο καὶ ἡ ὥρα ἦν πρὸς ὀψὲ, πρέσβεις ὁ βασιλεὺς πάλιν ἐκπέμπει περὶ εἰρήνης, καὶ πάλιν ἀτίμως ἀποπέμπει τούτους ὁ βάρβαρος, μηνύσας, εἴ βούλεται τῷ βασιλεῖ καταθέσθαι τὰ ὅπλα, δοῦναι παντὶ τῷ ἑπομένῳ αὐτῷ στρατῷ ἀνὰ χρυσίου λίτρας τρεῖς. Ἀμηχάνου δὲ φανείσης τῆς ἀποκρίσεως ἔγνω δεῖν ἔργου ἔχεσθαι. Ὡς δ' ἐκεῖνοι ἀτρέμας εἶχον, μεταστειλάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν μάγιστρον Βασίλειον τὸν Θεοδωροκάνον τρεῖς εἰληφέναι προστάττει τριήρεις δρομάδας καὶ ἀπελθεῖν καὶ ἀποπειράσασθαι τῶν Σκυθῶν, εἴπερ δυνηθείη ἀκροβολιζόμενος πρὸς πόλεμον αὐτοὺς σπισπάσασθαι. Ὁ δὲ τὰς τριήρεις εἰληφὼς καὶ πρὸς τοὺς Σκύθας γενόμενος οὐ δι' ἀκροβολισμοῦ τῆς αὐτῶν ἀπεπειρᾶτο γνώμης, ἀλλ' εἰς μέσους ἑαυτὸν ὠθήσας ἑπτὰ μὲν σκάφη τῷ σκευαστῷ καταφλέγει πυρὶ, τρία δὲ αὔτανδρα καταποντίζει. Χειροῦται δὲ καὶ ἓν αὐτὸς εἰσπηδήσας εἰς αὐτὸ, καὶ τῶν ἔνδον οὓς μὲν ἀποσφάξας, οὓς δὲ καὶ τροπωσάμενος, τὴν τόλμην καταπλαγέντας αὐτοῦ. Οἱ δὲ Σκύθαι, καὶ τὸν βασιλέα ἤδη ὁρῶντες ἐρχόμενον σὺν παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ λογισάμενοι, ὅπερ ἦν εἰκὸς, εἰ τοιαῦτα πεπόνθασι τρισὶ τριήρεσιν ἀντιστάντες πολεμούσαις, τί ἂν πάθοιεν βιαζόμενοι παντὶ τῷ στόλῳ συμπλέκεσθαι, ἀπέβλεψαν πρὸς φυγὴν, καὶ εἰς τόπον ἀποῤῥιφέντες σκοπέλους ἔχοντα καὶ πέτρας ὑφάλους τὰ πλείω τῶν σκαφῶν ἀπεβάλοντο, ἐπιτιθεμένων τούτοις ἀπὸ τῆς ξηρᾶς καὶ τῶν παραπορευομένων στρατιωτῶν καὶ ἀπολλύντων αὐτοὺς, ὡς εὑρεθῆναι μετὰ ταῦτα νεκροὺς ἐῤῥιμμένους ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἀμφὶ τὰς ιε' χιλιάδας. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς μετὰ τὴν τῶν Σκυθῶν ἧτταν ἐφ' ὅλας δύο προσμείνας ἡμέρας, κατὰ τὴν τρίτην ὑπέστρεψεν εἰς τὴν βασιλίδα, δύο τάγματα καταλιπὼν καὶ τὰς λεγομένας ἑταιρείας, ὑφ' ἡγεμόνι ταττόμενα Νικολάῳ τῷ παρακοιμωμένῳ [P. 760] καὶ Βασιλείῳ μαγίστρῳ τῷ Θεοδωροκάνῳ, ἐφ' ᾧ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐπισκοπεῖν καὶ παρατρέχειν καὶ φυλάττεσθαι, μή τις ἀπόβασις γένηται τῶν Βαρβάρων, τὸν δὲ πάντα στόλον κατὰ τὸν Φάρον προσμένειν κελεύσας. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα διαπραξάμενος εἰσῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, οἱ περὶ τὸν παρακοιμώμενον δὲ καὶ τὸν Θεοδωροκάνον τοὺς αἰγιαλοὺς περιιόντες, ἔνθα μετὰ τὴν τροπὴν ἐξεβράσθη τὰ σώματα τῶν Βαρβάρων, πολλῆς λείας καὶ σκύλων ἐγένοντο κύριοι. Καὶ τριήρεις δὲ τέσσαρας ἐπὶ εἴκοσι τοῦ λοιποῦ διαιρεθεῖσαι στόλου εἵποντο φεύγουσι τοῖς Βαρβάροις· ἔν τινι δὲ κόλπῳ ναυλοχούντων αὐτῶν παρῆλθον αὗται διώκουσαι. Καὶ γνόντες οἱ Σκύθαι τὴν ὀλιγότητα, καὶ ἀκριβῶς καταλαβόντες ὡς οὐ πλείους τῶν φαινομένων εἰσὶν, ὑπερκερώσεις ποιησάμενοι ἀπὸ τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀκρωτηρίου καὶ συντόνῳ τῇ εἰρεσίᾳ χρώμενοι ἔσπευδον ἐγκολπώσασθαι τοὺς ἐναντίους. Οἱ δὲ

A rum motum exspectantibus. Cum tempus tereretur et ad vesperam dies inclinaret, rursum legatos de pace mittit imperator, eosque rursum contumeliose barbarus rejicit, non aliter se arma depositurum significans quam acceptis in singula suorum classiariorum capita tribus auri libris. Quod responsum cum videret summe absurdum, imperator pugna decernendum statuit. Barbarisque etiamnum quiescentibus, vocato ad se magistro Basilio Theodorocano mandat ut cum tribus velocibus triremibus levi pugna Scythas tentet atque ad prælium provocet. Basilius acceptis triremibus non levi prælio eorum animos explorat, sed in medios **553** hostes invectus septem naves artificioso igne cremat, tres cum ipsis vectoribus de-
B mergit, unaque potitur, in eam insiliens et classiarios partim cædens, partim audacia ipsius perterritos fugans. Scythæ cum universa classe accedere imperatorem videntes, atque id quod res erat cogitantes, cum ne trium quidem triremium sustinuissent impetum, quid eventurum esset si cum tota classe confligendum foret, fugam faciunt, et se in locum immittentes saxa ac scopulos sub mari delitescentes habentem plerasque naves perdunt. Sed et milites e continenti eos invadunt, magnamque stragem edunt. Sane cadaverum hostilium in littore inventa sunt postmodo quindecim circiter millia. Superatis hoc pacto Scythis, imperator totum biduum ibi locorum commoratus tertio die Byzantium rediit, duabus legionibus et quam vocant sodalitates relictis, ducibus Nicolao
C cubiculario et magistro Basilio Theodorocano mandato ut oram maritimam custodirent, neque exscensionem facere Barbaros paterentur, utque tota classis apud Pharum in statione esset. Hi littora, ut jussi erant, circumeuntes, qua cadavera Barbarorum æstus ejecerat, ingenti præda ac spoliis potiti sunt. Verum viginti quatuor triremes Romanæ, **554** avulsæ ab reliqua classe, fugientes Barbaros insecutæ eosque prætervectæ sunt, cum ii in quemdam portum naves subduxissent. Scythæ ergo paucitate hostilium navium cognita, compertoque non plures esse quam visæ erant, a promontoriis ab utraque parte sitis cornua extenderunt, et contenta usi remigatione circumvenire eas cœperunt. Romani priore labore remigandi
D insequendique defatigati, et multitudine hostilium navium perterriti, ad fugam inclinarunt. Cum autem barbaricæ naves fauces sinus circumdedissent et in altum exire non daretur, Constantinus patricius Caballurius Cibyrræotarum dux, cum sua et aliis decem triremibus fortiter in hostem pugnans, concisus est. Captæ a Barbaris quatuor triremes cum ipsis vectoribus, ipsaque etiam prætoria navis. Homines in iis omnes interfecti. Reliquæ Romanorum naves in brevia, littora incommoda et saxa ejectæ ac contritæ sunt. Classiarii alii in aqua perierunt, alii a Barbaris vel trucidati vel captivi abducti sunt. Superstites nudi, pedites-

que ad suorum stationem redierunt. Scythæ, cum præter spem ipsis institutum cecidisset, domum versus iter instituerunt. Cum non mari modo, sed terra etiam redirent (neque enim tantæ multitudini satis erat navium, cum prælio multæ essent demersæ, **555** multæ captæ, multæ naufragio periissent), in Catacalonem Bestam Ambustum tunc Istro vicinæ regioni præfectum inciderunt in ora maris apud Barnam, fusique sunt et magna clade affecti. Octingentos eorum vivos in compedibus ad imperatorem misit. Is Ambustus, et cum primum Scythæ ad Constantinopolin tenderent inque ipsius provinciam egressi pabularentur, militibus suis collectis fortiter invaserat, pulsosque ad sua confugere navigia coegerat. Et tunc iterum oram suæ provinciæ maritimam custodiens, exituique intentus, hoc facinus edidit.

A Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς προτέρας κωπηλασίας καὶ τοῦ διωγμοῦ κατάκοποι ὄντες, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν βαρβαρικῶν σκαφῶν ἀποδειλιάσαντες, ἔκλιναν πρὸς φυγήν. Ἐπεὶ δὲ ἔφθασαν τὰ τῶν Βαρβάρων σκάφη στεφανώσαντα τὸ στόμα κατασχεῖν τοῦ κόλπου καὶ ἄπορος ἦν ἡ πρὸς τὸ πέλαγος διέξοδος, Κωνσταντῖνον μὲν πατρίκιος ὁ Καβαλλούριος, στρατηγὸς ὢν τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν, γενναίως ἔστη πρὸς πόλεμον μετὰ τῆς ἑαυτοῦ τριήρους καὶ λοιπῶν δέκα, καὶ εὐρώστως μαχόμενος κατεκόπη, ἐλήφθησαν δὲ καὶ τέσσαρες τριήρεις αὔτανδροι σὺν τῇ ναυαρχίδι, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐταῖς ἀπεσφάγησαν, τὰ δὲ λοιπὰ Ῥωμαϊκὰ πλοία ἐν βράχεσι καὶ ἀκταῖς καὶ σκοπέλοις ἀπεῤῥίφησαν· ὧν συντριβέντων οἱ μὲν τῶν ἐν αὐταῖς ὑποβρύχιοι γεγόνασι τῇ θαλάσσῃ, ἄλλοι δὲ B ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων καὶ μαχαίρᾳ παρεδόθησαν καὶ δουλείᾳ, οἱ δὲ διασωθέντες πεζοὶ καὶ γυμνοὶ εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ἀνεσώθησαν. Οἱ δὲ Σκύθαι ὡς οὐκ εἰς ἔργον ἐχώρει αὐτοῖς τὰ τῶν ἐλπίδων, τῆς ἐπ' οἴκου πορείας ἐμνήσθησαν. Ὑποστρέφουσι δὲ τούτοις διά τε γῆς καὶ θαλάσσης (οὐδὲ γὰρ ἐξήρκουν τοῖς πᾶσι τὰ σκάφη, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς προηγησαμένης ναυαρχίας καταποντισθέντα τε καὶ ληφθέντα, τὰ δὲ ὑπὸ κλύδωνος καὶ τρικυμίας θλασθέντα, καὶ διὰ τοῦτο οἱ πλείους πεζῇ τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιοῦντο) συναντήσας Κατακαλὼν Βέστης ὁ Κεκαυμένος ἄρχων ὢν τῶν περὶ τὸν Ἴστρον πόλεων καὶ χωρίων, κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς λεγομένης Βάρνας, καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατο, καὶ ἀπέκτεινε μὲν πολλούς, ὀκτακοσίους δὲ ζωγρίας λαβὼν πεπεδημένους ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, Οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ ὅτε πρώτως τῶν οἰκείων ἠθῶν ἀπαναστάντες οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν βασιλίδα ἠπείγοντο καὶ ἐς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀρχὴν ἀποβάντες προνομὰς ἐποιοῦντο, τὸν ἀμφ' αὐτὸν ἀθροίσας λαὸν προσέῤῥαξε τούτοις, καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα σκάφη φυγεῖν ἠνάγκασε· [P. 761] καὶ πάλιν δὲ τὰ ἀγχίαλα τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς φυλάττων χωρία, καὶ προσμένων, τὸ τέλος, ὑποστρέφοντας δεξάμενος καὶ καρτερῶς ὑποστὰς εἰργάσατο τὰ εἰρημένα.

Anno mundi 6552, indictione 12, mense Septembri, vehemens flavit ventus, quo fructus vinearum pene perierunt. Eo ipso anno, nona die Martii, quæ festa est memoriæ divorum Quadraginta Martyrum, **556** imperator ut iis supplicaret publice processurus, seditione populi interceptus est. Cum enim pedes magno satellitum cum comitatu et faustis acclamationibus a palatio usque ad fanum Servatoris in Chalce processisset, inde equo ad martyrum ædem vehi vellet, subito vox e medio multitudinis exaudita est: « Nolumus Sclerænam (sic Romani Duri soror vocabatur, Monomachi concubina) esse imperatricem, neque propter eam dominas nostras porphyrogennetas Zoen ac Theodoram mori. » Atque illico omnia confusionis ac tumultus plena, et imperatorem turba ad necem deposcit. Quod nisi celeriter Augustæ de sublimi prospicientes multitudinem placassent, plurimi haud dubie atque ipse forsitan imperator perituri fuerant. Sedato autem motu imperator, omissa ad martyres processione, in palatium se recepit.

Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ιβ', ἔτους ,ϛφνβ' ἔπνευσεν ἄνεμος σφοδρὸς, ὡς διαφθαρῆναι σχεδὸν C τοὺς τῶν ἀμπέλων καρπούς. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἑορτῆς ἀγομένης τῶν ἁγίων μ' Μαρτύρων, ἐν τῇ θ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς, μέλλων ὁ βασιλεὺς εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἁγίων δημοσίᾳ προόδῳ κατεστασιάσθη παρὰ τοῦ δήμου. Ἐξελθόντος γὰρ τούτου πεζῇ μετὰ πολλῆς δορυφορίας ἀπὸ τοῦ παλατίου καὶ εὐφημίας, καὶ τὸν ἐν τῇ Χαλκῇ καταλαβόντος ναὸν τοῦ Σωτῆρος, καὶ μέλλοντος ἐκεῖθεν ἐξιππάσασθαι καὶ πρὸς τὸν τῶν Μαρτύρων ἀφικέσθαι σηκὸν, ἐξαίφνης ἐξηχήθη φωνὴ ἀπὸ μέσου τοῦ πλήθους· « Ἡμεῖς τὴν Σκλήραιναν βασίλισσαν οὐ θέλομεν, οὐδὲ δι' αὐτὴν αἱ μάνναι (26) ἡμῶν αἱ πορφυρογέννητοι Ζωή τε καὶ Θεοδώρα θανοῦνται. » Καὶ εὐθὺς συνεχύθη τὰ πάντα, καὶ ταραχὴ κατέσχε τὸ πλῆθος, καὶ ἐζήτουν τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι. Καὶ εἰ μὴ τάχιον αἱ D βασιλίδες προκύψασαι ἄνωθεν κατεστόρεσαν τὸ πλῆθος, ἀπολώλεισαν ἂν οὐκ ὀλίγοι, ἴσως δὲ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς. Κατευνασθείσης δὲ τῆς ταραχῆς ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια, τὴν εἰς τοὺς μάρτυρας ἄφιξιν παραιτησάμενος.

Indictione 13 bellum de Anio cœpit. Sed exponendum est cur et qua ratione Anii principi quiescenti, nullaque ab eo orta injuria, imperator bellum intulerit. Georgius Abasgorum princeps bellum adversus **557** Romanos movens socium ejus

Ἰνδικτιῶνος δὲ ιγ' ὁ κατὰ τοῦ Ἀνίου ἀρχὴν ἐλάμβανε πόλεμος. Ἀλλὰ ῥητέον ἄνωθεν πῶς καὶ διὰ τίνα τρόπον ἡσυχίαν ἄγοντι τῷ τοῦ Ἀνίου τοπάρχῃ καὶ μηδὲν ἀπαίσιον διαπραττομένῳ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς πολεμεῖν ἐπεχείρησεν. Ὅτε Γεώργιος ὁ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(26) Non *dominæ*, sed *matres*. GOAR.

Ἀβασγῶν ἀρχηγὸς ὅπλα κατὰ Ῥωμαίων ἐκίνησε, συμμαχῶν ἦν αὐτῷ καὶ Ἰωβανεσίκης ὁ τῆς τοῦ Ἀνίου κυριεύων χώρας. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, Βασίλειος ὁ βασιλεὺς ἀνελθὼν ἐν Ἰβηρίᾳ παρατάξεσιν ἠγωνίσατο κατὰ τοῦ Γεωργίου καὶ τοῦτον ἐτρέψατο καὶ συνέτριψε, φοβηθεὶς ὁ Ἰωβανεσίκης μή πως ὁ βασιλεὺς μηνιῶν διὰ τὴν συμμαχίαν ἀνήκεστόν τι ἐς αὐτὸν διαπράξηται, τὰς κλεῖς τῆς πόλεως εἰληφὼς αὐτομολεῖ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ ἑαυτὸν ἐγχειρίζει ἐθελοντὴς καὶ τὰς κλεῖς παραδίδωσιν. Ὁ δὲ τῆς συνέσεως τοῦτον ἀποδεξάμενος μάγιστρόν τε τιμᾷ καὶ ἄρχοντα διὰ βίου τοῦ Ἀνίου καὶ τῆς λεγομένης μεγάλης Ἀρμενίας προβάλλεται, ἔγγραφον ἀπαιτήσας ἀπ' αὐτοῦ γραμματεῖον ὡς μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐπανήξει πᾶσα ἡ τοιαύτη ἀρχὴ εἰς τὸ δίκαιον αὐτοῦ καὶ μέρος ἔσεται τῆς Ῥωμαϊκῆς. Ἐγένετο ταῦτα. Καὶ θνήσκει μὲν ὁ βασιλεὺς, θνήσκει δὲ μετὰ χρόνους ἱκανοὺς καὶ ὁ Ἰωβανεσίκης· καὶ θανόντος αὐτοῦ Κακίκιος ὁ τούτου υἱὸς διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν εἰρήνην μεν διετήρει πρὸς Ῥωμαίους καὶ ὁμαιχμίαν, κατεῖχε μέντοι τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, [P. 762] καὶ ἀποδοῦναι Ῥωμαίοις οὐκ ἤθελεν, ὡς τὸ πατρικὸν ἐβούλετο γραμματεῖον. Εὑρὼν οὖν ἐν τοῖς ἀνακτόροις τὸ γραμματεῖον ὁ Μονομάχος ἀπῄτει καὶ τὸ Ἀνίον καὶ τὴν πᾶσαν μεγάλην Ἀρμενίαν ὡς Βασιλείου τοῦ βασιλέως διάδοχος. Τοῦ δὲ δοῦλον μὲν ἑαυτὸν ἀνομολογοῦντος Ῥωμαίων, ἀποστῆναι δὲ τῆς πατρῴας ἀρχῆς μὴ ἐθέλοντος (27), πολεμητέον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ. Καὶ δὴ στρατὸν ἀγείρας καὶ Μιχαὴλ Βέστῃ (28) τῷ Ἰασίτῃ ἐγχειρίσας, ἄρχοντι φθάσαντι προβληθῆναι τῆς Ἰβηρίας, πολεμεῖν ἐπεσκόπει τῷ Κακικίῳ· ὁ δὲ ἀπελθὼν, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν, ἔσπευδεν ἐκπληροῦν τὰ προστεταγμένα. Ὅπερ γνοὺς ὁ Κακίκιος, καὶ ὅτι ἀντὶ φίλου καὶ συμμάχου πολέμιος κέκριται, καὶ αὐτὸς τὰς αὐτοῦ δυνάμεις ἀγηοχὼς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν αὐτῷ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο. Κακῶς δὲ φερομένων τῶν πραγμάτων τῷ Ἰασίτῃ, πέμπεται καὶ ὁ Νικόλαος πρόεδρος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου παρακοιμώμενος, μετὰ βαρείας χειρὸς, ὥστε τῷ πλήθει καὶ τῇ δυνάμει κατεγωνίσασθαι τὸν Κακίκιον. Στέλλονται δὲ γράμματα τοῦ βασιλέως πρὸς Ἀπλησφάρην τὸν ἄρχοντα τοῦ Τιβίου καὶ τῆς περὶ τὸν Ἀράξην ποταμὸν Περσαρμενίας, παρακαλοῦντα τοῦτον κατὰ τὸ δυνατὸν δῃοῦν την μεγάλην Ἀρμενίαν καὶ τὴν ὑποκειμένην χώραν τῷ Κακικίῳ. Ἀπελθὼν οὖν ὁ Νικόλαος ἐκεῖ-

A habuerat Jobanesicam Anii dominum. Verum ubi Basilius imperator in Iberiam cum exercitu profectus Georgium prælio fregit, Jobanesices metuens ne ob belli societatem iratus imperator durius de se statueret, cum clavibus urbis ad eum transfugerat, seque et claves ei ultro dediderat. Quam ejus calliditatem approbans Basilius, magistri honore ornatum Anii et Armeniæ quæ Magna dicitur præfectum eum usque ad vitæ ejus exitum constituerat, scripta cautione professum, mortuo ipso eam præfecturam ad suum dominum redituram partemque Romanæ ditionis futuram. Mortuo Basilio atque multis post annis Jobanesica, filius hujus Cacicius occupata præfectura pacem societatemque cum Romanis servavit, paternam interim B ditionem retinens Romanis, quod scriptum jubebat, nequaquam reddidit. Monomachus pacti formula in archivo reperta, Anium universamque magnam Armeniam, ut Basilii hæres reposcit. Cumque Cacicius servum quidem se profiteretur, præfecturam vero quam a patre acceperat restituere recusaret, bello suas res repetere imperator statuit. Proinde collectum exercitum Michaelo Bestæ Jasitæ, qui jam tum præfectus Iberiæ **558** erat designatus, tradit, mandatque ut Cacicio bellum faciat. Atque is in in provinciam profectus mandata imperatoris pro virili exsequitur. Cacicius se pro amico et socio Romanorum hostem judicatum sentiens, ipse etiam suis contractis copiis, se quantum res ferebant tueri intendit. Cum autem res Jasitæ male succederent, mittitur etiam Nicolaus præses scholarum C domesticus, accubitor quondam Constantini imperatoris, cum grandi exercitu, ut vel multitudine opprimeretur Cacicius. Mittit etiam litteras imperator ad Aplespharium Tibii et quæ circa Araxen fluvium est Persarmeniæ præfectum, hortaturque eum ut, quantum possit, Magnam Armeniam et ditionem Cacicii infestet, Nicolaus ubi in provinciam pervenit, statim se rei gerendæ dat, litterasque imperatoris ad Aplespharium mittit, ipse una scribens, eumque donis et pollicitationibus instigans ut imperatoris voluntati morem gerat. Rescribit is ea conditione se id facturum, si imperator litteris ad se missis paciscatur se ipsi omnium quæcunque ipse Cacicio belli jure eripuisset firmam possessionem ac dominium concedere. Hanc con- D ditionem imperator probavit, aureaque bulla id

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ

(27) Sententia videtur mutilata. Hæc autem fuit, Cacicium non detrectasse Romanis subditum esse, sed tamen paterna ditione sibi relicta id voluisse facere Xyl. — Mutilus hic Xylandri, non litteræ sensus. Hujusmodi vero est: *At quamvis se subditum* (vasallum) *profiteretur, cum eo tamen bello decernendum sibi statuit imperator*. Clarius legeret alius: Τῷ δὲ δούλῳ μὲν ἀνομολογοῦντι πολεμητέον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ, *et quantumvis se subditum profitenti bellum indicendum censuit imperator*. Goar.

(28) Bestes postea βεστάρχης dicitur, Bestarcha, ut epitheton sit fortassis ab aliquo officio ductum: nam Catacolo quoque Ambustus infra in bello Medico Bestes vocatur. Xyl. — Existimavi diutius, quod et aliis cum Meursio placuit, vestiariorum præcipuum βεστάρχην vocari. At cum isidem Iasites nuper sit dictus βέστης et ἄρχων τῆς Ἰβηρίας προβεβλημένος, ac infra p. 771, τῆς χώρας, id est, Baaspracanias, ἄρχων Ἀαρὼν βέστης et confestim βέσσης Καταχαλὼν τοῦ Ἀνίου καὶ τῆς Ἰβηρίας κατάρχων legatur, relicta priore sententia, Iberorum dialecto et more religionis principem βέστην nuncupari censui, prout legimus Bulgaros chaganum, Saracenos ameram, Triballos cralem regulos suos vocitare. Goar.

λῆς πολλοὶ τῶν μεγιστάνων καὶ αὐτὸς ὁ τηνικαῦτα A ἔπαρχος εάλωσαν ὡς ἐπίβουλοι καὶ καθοσιώσεως αἰτίᾳ ὑπέπεσον, τῶν οἰκείων στερηθέντες κτήσεων καὶ πάσης τῆς περιουσίας αὐτῶν· Ἐπόθησε δὲ καὶ ἠγάπησε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ βασιλεὺς τήν τε τῶν δημοσίων πραγμάτων ἐπαύξησιν καὶ τῶν ἰδιωτικῶν δικῶν τὴν ἀκρόασιν, κἀν τούτοις τὴν μείζονα φροντίδα κατεκένου τῆς βασιλείας, τῶν ἄλλων ἧττον ἐχόμενος, στρατηγικῶν φημι πλεονεκτημάτων καὶ στρατιωτικῶν ἀνδραγαθημάτων. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ συκοφαντικαῖς ἐπηρείαις καὶ σοφιστικαῖς μεθόδοις καὶ δικανικῶν προβλημάτων ἑσμῷ καὶ σεκρετικῶν ζητημάτων ἐπιπλοκαῖς τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκλονεῖτο καὶ [P. 814] ἐκραδαίνετο, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς στρατευομένους τὰ ὅπλα καὶ, τὴν στρατείαν μεθέντας συνηγόρους καὶ νομικῶν B ζητημάτων καὶ προβλημάτων γενέσθαι ἐραστὰς-μακρὰ χαίρειν εἰπόντας ἐνυαλίῳ τε ἠχῇ καὶ πολεμικῇ ὀρχήσει καὶ περιδινήσει ἀγχιστθφόῳ, Εὐσεβὴς δὲ ὢν εἴπερ τις ἕτερος, καὶ φιλομόναχος φιλόπτωχός τε καὶ περὶ τὸ σῶμα ἧττον κολαστικὸς (11), πρὸς ἄλλο τι ἀμβλὺς ἐτύγχανε καὶ νωθρὸς φειδωλὸς δ' εἰσάγαν καὶ ποριστικὸς καὶ τῶν δημοσίων χρημάτων αὐξητικός. Ἐξουσίαζε δὲ καὶ ταῖς κρίσεσι, καὶ πολλάκις αὐτὰς διὰ τὴν τῶν προσώπων ποιότητα ὑπήλλαττε, βαρὺς δεικνύμενος τοῖς δυνατοῖς καὶ ἀφόρητος. Προσκειμένου δὲ αὐτοῦ τοῖς τοιούτοις διηνεκῶς, τῶν δὲ στρατιωτικῶν ἠμεληκότος καὶ ῥᾳθυμήσαντος, τὰ τῆς Ἀνατολῆς, καὶ μᾶλλον τὰ ἐν τοῖς τέρμασι τῶν μερῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν, ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφέροντό τε καὶ ἤγοντο, καὶ ἐληΐζοντο καὶ διεφθείροντο ἅπαντα τῇ τε τῶν Τούρκων ἐπιδρομῇ C καὶ κατισχύσει καὶ τῇ βιαίᾳ ὑποχωρήσει καὶ δειματώσει τῶν ἠμελημένων στρατιωτῶν· συνεχεῖς γὰρ ὑπῆρχον ἐκδρομαὶ καὶ λεηλασίαι συχναί, ἀφανιζομένου τοῦ προστυχόντος παντός. Διὸ καὶ ἡ εὐδαίμων χώρα τῆς Ἰβηρίας ἠρίπωτο παντελῶς καὶ ἠφάνιστο, ἤδη προκατειργασμένη καὶ ἠσθενηκυῖα καὶ κατὰ μικρὸν ἐπιλείπουσά τε καὶ φθίνουσα, συμμεταλαμβανομένου δὲ τοῦ δεινοῦ καὶ ὅσαι ταύτῃ παρέκειντο, Μεσοποταμία τε καὶ Χαλδαία, πρὸς δὲ Μελιτηνὴ καὶ Κολώνεια καὶ τὰ τῷ Εὐφράτῃ συγκείμενα ποταμῷ, ἀλλὰ μὴν τό τε Ἀρμενιακὸν καὶ τὰ Βαασπρακάν, καὶ εἰ μὴ πολλάκις στρατεύμασιν, ἐνίοτε δὲ καὶ φήμαις μόναις δυνάμεων ἀνείργοντο τὰ τῶν Βαρβάρων. Καί τινες ἀρχηγοὶ τούτων, Χωροσαλάριος καὶ Σαμούχ, εἰ μὴ ἀγαθῇ τινι τύχῃ τὴν ἧττω D συμβαλόντες ἐκληρώσαντο, κἂν μέχρι Γαλατίας καὶ Ὀνωριάδος καὶ αὐτῆς Φρυγίας τὸ ἀντίπαλον περιέδραμεν. Ἐστέλλετο μὲν γὰρ τὸ στρατιωτικόν, ψιλὸν δὲ καὶ ἄοπλον καὶ γυμνόν, τῶν κρειττόνων ἀπελαυνομένων ἑκάστοτε τῆς στρατηγίας τοῦ πλήθους τῶν ὀψωνίων ἕνεκεν καὶ τῶν μειζόνων βαθμῶν. Ἃ καὶ καταγνώσεως ἐκτὸς οὐκ ἦν, μηδενὸς γενναίου καὶ ἀξιολόγου πραττομένου διὰ τοῦτο. Συνέβαινε δὲ ἐκ τούτων τοὺς μὲν Ῥωμαίους ταπεινοῦ-

rum et læsæ majestatio rei effeoti, et idcirco possessionibus et suis omnibus bonis privati. Concupivit autem et præ cæteris omnibus maxime amavit imperator publicarum rerum incrementum, et præcipuo studio privatas causas audiendi tenebatur, in quibus majorem quam in imperio administrando curam exhauriebat, aliis rebus minus vacans, ducum inquam amplificandæ dignitati, et iis quæ militibus prospere ac strenue gesta essent. Et propterea in calumniatorum conviciis et sophisticis commentis ac judicialium quæstionum examine Romana res publica versans occupabatur, ita ut ipsi milites armis depositis advocati et patroni quæstionum ad leges spectantium et causarum fierent, omisso Martio sono et bellicis exercitationibus et equorum agitatione. Pius vero cum esset ut si quis alius, et monachorum et pauperum studiosus, et in iis quæ ad cultum corporis pertinent non admodum occupatus, in aliis quoque hebes ac segnis erat : at in augendis publicis pecuniis admodum parcus et civilis. Nimis sibi arrogabat in judiciis, et ea subinde propter personarum qualitatem mutabat, gravem se potentibus ostendens, et ejusmodi cui non possent resistere. Cum iis rebus ille totus incumberet, re militari neglecta, ac nimium se otio dedisset, res Orientis, præcipue loca in finibus Romanorum, ab hostibus agi ferri ac diripi, et omnia vastari et **653** Turcorum excursionibus et oppressione ac violenta fuga et terrore neglectorum militum : continentes enim fiebant incursiones, crebræ direptiones et quæcunque occurrebant hostibus, evertebantur, et idcirco felix Iberiæ regio omnino desolata fuit et prorsus deleta, jam ante confecta et imbecillis, ac sensim deserta et corrupta. Atque hujus mali participes erant Mesopotamia et Chaldæa et insuper Melitene et Colonia et loca ad fluvium Euphratem sita, quin etiam Armenia et Baaspracania. Ac nisi sæpe exercitu et interdum sola fama copiarum compressi fuissent Barbari, et quidam ipsorum duces Chorosalarius et Samuch bona quædam fortuna commisso prælio cladem sortiti essent, etiam usque ad Galatiam et Onoriadem atque ipsam Phrygiam adversarii excurrissent : mittebatur enim exercitus male instructus et inermis, quod semper præstantiores abdicarentur præfectura majorum stipendiorum et honorum causa ; quæ quidem culpa minime vacabant, cum nihil strenuum aut memorabile hac de causa gereretur. Quibus rebus effectum est ut Romani imbecilliores redditi terrore complerentur, Barbari vero inflati animo efferrentur et multa confidentia irruptiones facerent ; cum etiam ad Anium missus fuerit dux Armenius quidam, nomine Pancratius, pollicitus res ad exercitum qui ibi aderat spectantes se pro virili parte administraturum. Cum vero

JACOBI GOARI NOTÆ.

(11) *Corpus edomare ei austeritatibus subigere assuetus, circa quodcunque aliud segnis ac hebes.*

sultanus illac iter faceret, **654** neque tamen Romanorum regionem vexaret, quidam ex iis qui cum Pancratio erant, erumpentes extremum agmen sultanici exercitus lædebant et cædebant. Quibus de causis sultanus graviter indignatus ulterius progredi desistens ad Anium reversus est, et paucis diebus tum ipsum Anium, tum finitima omnia loca in suam potestatem redacta et præsidio imposito munita ac ducibus idoneis tradita Romanorum exemit imperio. Hæc igitur in hoc statu erant, et tantæ vexationi obnoxia erant Romanorum loca in Asia et in omni Orientis regione : in Occidente vero circa tertiam indictionem, cum præessent oppidis ad Istrum fluvium sitis magister Basilius Apocapes et magister Nicephorus Botaniates. Uzorum natio (hi etiam sunt genere Scythæ, et Patzinacis nobiliores et multitudine superiores) cum tota gente et propriis impedimentis transmisso Istro longis navibus et lembis e caudice cavato factis et utribus, milites transitum prohibentes, Bulgaros inquam et Romanos et qui cum ipsis erant, statim debellarunt, ac duces ipsorum Basilium Apocapem et Nicephorum Botaniatem captivos abduxere, omnemque ad Istrum planitiem complerunt. Excreverat enim natio, ut ii qui viderant confirmabant, ad sexcenta bellicosorum virorum millia. Et quædam haud **655** minima pars ipsorum divisa usque ad Thessalonicam et ipsam Græciam irrupit, et obvia omnia vexavit diripuitque, infinita abacta præda. Sed cum in vehementem hiemem incidisset, quando ad suos redibat, non solum aliena sed etiam sua fere omnia amisit, et infortunio accepto in castra reversa est. Imperator autem de eorum multitudine certior factus cruciabatur animo et ægre ferebat, exercitum tamen cogere et idoneas copias contra ipsos mittere cunctabatur, ac segnis erat, ut quidam aiebant, sumptibus parcens : erat enim, ut diximus, avarus, et nummum omnibus rebus anteponebat : ut vero alii, quod non confideret adversus tantas vires posse acie decertare : omnes enim asserebant adversariorum multitudinem inexpugnabilem, omnibusque impossibilis redemptio ducum videbatur, et de migratione jam plures cogitabant. Imperator autem missis legatis ad principes nationis tentabat, si factu possibile esset, ipsos abducere et sibi conciliare, multis missis muneribus, quibus delinirentur, atque adeo aliquos ex ipsis crebris beneficiis exceperat. Sed natio maxima, et idcirco quotidie irruptionem faciens, ut stipendium illud haberet, in multas Bulgariæ partes, jam ipsam quoque Thraciam et Macedoniam opprimebat. Non ferens autem convicia imperator, quod ab omnibus palam ut avarus atque sordidus

A σθαι καὶ κατεπτηχέναι, τοὺς Βαρβάρους δὲ φυσᾶσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι καὶ μετὰ πολλῆς προσρήγνυσθαι πεποιθήσεως· ὅτε δὴ καὶ ἐς τὸ Ἄνιον ἀποστέλλεται δοὺξ Ἀρμένιός τις Παγκράτιος τοὔνομα, ἐκ τῶν ἐνόντων ὑποσχόμενος τὰ ἐκεῖσε στρατεύματα διοικεῖν. Τοῦ δὲ σουλτάνου (12) παριόντος, μὴ μέντοι γε πημαινολένου τὴν χώραν τὴν Ῥωμαϊκὴν, τῶν περὶ τὸν Παγκράτιον ἐξιόντες τινὲς τὴν οὐραγίαν τοῦ σουλτανικοῦ στρατοπέδου ἐσίνοντο καὶ κατέκαινον. [815] Ἐφ' οἷς καὶ δυσθυμήσας ὁ σουλτάνος ἐφίησι τοῦ πρόσω ἰέναι. Πρὸς τὸ Ἄνιον δὲ ἀνθυπέστρεψε, καὶ δι' ὀλίγων ἡμερῶν αὐτό τε τὸ Ἄνιον καὶ τὰ περὶ αὐτὸ πάντα περιποιησάμενος στρατῷ τε ὀχυρώσας, καὶ τρατηγοῖς ἀξιολόγοις τὰ ἐκεῖσε παραδοὺς, τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας αὐτό τε
B καὶ τὴν αὐτὸ χώραν ἀπεστέρησεν. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰς τοσοῦτον σκυλμὸν (13) τὰ Ῥωμαϊκὰ περιηγοντο κατά τε τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν Ἀνατολήν. Ἐν δὲ τῇ Δύσει κατὰ τὴν τρίτην ἰνδικτιῶνα, ἀρχόντων τῶν περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν τοῦ μαγίσορου Βασιλείου τοῦ Ἀποκάπου καὶ τοῦ μαγίστρου Νικηφόρου τοῦ Βοτανειάτου, τὸ τῶν Οὔζων ἔθνος (γένος δὲ καὶ οὗτοι Σκυθικὸν καὶ τῶν Πατζινάκων εὐγενέστερόν τε καὶ πολυπληθέστερον) παγγενεὶ μετὰ τῆς οἰκείας ἀποσκευῆς τὸν Ἴστρον περαιωθὲν ξύλοις μακροῖς καὶ λέμβοις αὐτοπρέμνοις (14) καὶ βύρσαις, τοὺς διακωλύοντας τὴν αὐτῶν περαίωσιν στρατιώτας, Βουλγάρους τέ φημι καὶ Ῥωμαίους καὶ λοιπούς τοὺς ὄντας σὺν αὐτοῖς, κατηγωνίσαντο αἰφνιδίως, καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τόν τε Ἀποκάπην Βασίλειον καὶ τὸν
C Βοτανειάτην Νικηφόρον αἰχμαλώτους ἀπήγαγον, καὶ τὴν περὶ τὸν Ἴστρον πᾶσαν ἐπλήρωσαν ὕπαιθρον· συνεποσοῦτο γὰρ τὸ ἔθνος, ὡς οἱ εἰδότες διεβεβαιοῦντο, εἰς ἑξήκοντα μυριάδας μαχίμων ἀνδρῶν καὶ πολεμιστῶν. Μοῖρα δέ τις αὐτῶν οὐκ ἐλαχίστη τούτων ἀποτμηθεῖσα ἄχρι Θεσσαλονίκης καὶ αὐτῆς Ἑλλάδος εἰσήῤῥησε, καὶ πᾶν τὸ προσουχὸν κατελυμήνατο καὶ ἐκεράϊσε, καὶ λείαν ἤλασεν οὐκ ἀριθμητήν. Χειμῶνι δὲ περιπεπτωκυια πολλῷ, ὅτε πρὸς τοὺς σφετέρους ὑπέστρεφεν, οὐ μόνον τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτῆς σχεδὸν ἀπέβαλεν ἅπαντα, καὶ δαστυχὴς εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐπανέζευξεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς πυνθανόμενος περὶ τοῦ πληθυσμοῦ ἤσχαλλε μὲν καὶ ἠδημόνει, στρατιὰν δὲ ἀθροῖσαι καὶ δυνάμεις ἀξιομάχους ἀφεῖναι κατ' αὐτῶν ὀκνηρότερος ἦν, ὡς
D μέν τινες ἔλεγον, τῶν ἀναλωμάτων φειδοῖ (ἦν γὰρ, ὡς ἔφαμεν, φιλοχρήματος καὶ τὸν ὀβολὸν παντὸς προτιμῶν), ὡς δ' ἔνιοι, μὴ ἀπσθαῤῥῶν πρὸς τοσαύτην ἰσχὺν ἀντιπαρατάξασθαι· ἅπαντες γὰρ ἀπρόσμαχον τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος διισχυρίζοντο, καὶ ἀμήχανος ἐδόκει πᾶσιν ἡ λύτρωσις, καὶ μετοικίαν ἤδη οἱ πλείους ἐβουλεύοντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρεσβείαν πρὸς τοὺς ἐθνάρχας αὐτῶν ἐστάλκὼς ἐπειρᾶτο ὡς

JACOBI GOARI NOTÆ.

(12) Sultani vocabulum Cedrenus significare dicit παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων, hoc est imperatorem et regem regum. A Turcis jam vulgo pro domino usurpatur; et nomen hoc princeps eorum habet κατ' ἐξοχὴν ceu solus et maximus dominus. Ita Leunclavius.

(13) Lego κατακλυσμόν, qua voce moderni nogotiorum ingentem procellam solent interpretari.

(14) Cedrenus et Constantinus *de Adm. Imp.* μονόξυλα vocant.

οἷόν τε παρενεγκεῖν αὐτοὺς καὶ καταστεῖλαι, πολλὰ τούτοις ἀποστείλας ἐπαγωγὰ καὶ θελκτήρια· χαρίσμασι γὰρ ἐνίους αὐτῶν ἁδροῖς ἐδεξιώσατο. Μέγιστον δὲ ἔθνος ὄν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς πορισμὸν ὁσημέραι ἐπιῤῥηγνύμενον, ἐν πολλοῖς μέρεσι τὴν Βουλγαρίαν, [P. 816] ἤδη δὲ τήν τε Θρᾴκην καὶ τὴν Μακεδονίαν συνέθλιβε. Μὴ φέρων δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ λεγόμενα (ἀνέδην γὰρ παρὰ πάντων ὡς φειδωλὸς καὶ γλίσχρος διεσύρετό τε καὶ διεβάλλετο) ἔξεισι τῆς βασιλίδος, καὶ περὶ τὸν τόπον ὃς Χοιροβάκχοι καλεῖται τὴν σκηνὴν πήγνυσιν, οὐ πλείους τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα στρατιωτῶν ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ· ὅθεν καὶ πολλοῖς θαυμάζειν ἐπῄει ὅπως μετὰ τοσούτων ἀνδραρίων πρὸς τοσαύτην πληθὺν ἀπεδειλίασεν. Ἐν τοιαύτῃ δὲ παρασκευῇ ὄντος αὐτοῦ καὶ περὶ συναγωγῆς βουλευομένου στρατοῦ, δρομαίως προσελθόντες τινὲς ἐδήλουν τῷ βασιλεῖ τήν τε τῶν ἡγεμόνων λύτρωσιν καὶ τοῦ ἔθνους παντὸς τὴν ἀπώλειαν, φράζοντες ὡς οἱ μὲν ἡγεμόνες αὐτῶν ἐμβάντες σκάφεσι τὸν Ἴστρον διαβεβήκασι, τὸ δὲ περιλειφθὲν πλῆθος λιμῷ τε καὶ λοιμῷ τοῖς τε παρακειμένοις Βουλγάροις καὶ Πατζινάκοις καταπολεμηθέντες ἄρδην ἀπώλοντο, Θεοῦ τὸ πᾶν ἐργασαμένου. Λέγεται γὰρ ὡς ἀπογνοὺς ὁ βασιλεὺς ἐκ πάντων, νηστείαν παραγγείλας τῷ τε πλήθει καὶ ἑαυτῷ, λιτανείαν ἐκτενῆ ἐποιήσατο, αὐτὸς πεζὸς συμπορευόμενος μετὰ δακρύων καὶ συντετριμμένης καρδίας, καθ' ἣν ἡμέραν ἐφάνη τοῖς ἐν τῷ Τζουρολῷ ἐσκηνωμένοις τῶν Οὔζων πλῆθος στρατιωτικὸν ἐπιστὰν ἐναέριον, διάττον σὺν σπουδῇ, βέλη κατ' αὐτῶν ἀφιέναι συνεχῆ, ὥστε μηδένα ἐξ αὐτῶν ἀπομεῖναι ἄτρωτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Θεῷ θύσας τὰ χαριστήρια εὐθὺ τῆς βασιλίδος πεπόρευτο. Εὗρε δὲ καὶ ταύτην ἐκπλήξεως γέμουσαν καὶ τὰ σῶστρα τῷ Θεῷ ἐπιθύουσαν. Ἀλλὰ πάντες ἁπλῶς θεοσημίαν τὸ γεγονὸς ἐλογίζοντο καὶ τῇ τοῦ βασιλέως περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ τὸ πᾶν ἀνετίθεσαν, ἀρετῇ μὴ κακίᾳ καὶ τῇ ἄρχοντος ῥοπῇ καὶ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβείᾳ τὸ θεῖον ἐπικλινόμενον. Προσῆλθον δὲ τούτων τινὲς μετὰ τὸν τοιοῦτον ὄλεθρον τῷ βασιλεῖ, καὶ χώραν λαβόντες δημοσίαν ἀπὸ τῆς Μακεδονικῆς τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνησαν, καὶ σύμμαχοι καὶ ὑπήκοοι τούτων μέχρι τῆς δεῦρο γεγόνασι, καὶ ἀξιωμάτων συγκλητικῶν καὶ λαμπρῶν ἠξιώθησαν. Ἦν δὲ τὸ τηνικαῦτα ἔτος μὲν ἕκτον βασιλεύοντι τῷ Δουκί, ἰνδικτιὼν γ', ἔτος ,ϛφογ' τῆς κοσμικῆς κτίσεως.

incessebatur et accusabatur, regia urbe egressus ad locum qui Chœrobachi vocatur **656** castra ponit, haud plures centum et quinquaginta militibus secum adducens, ex quo plures admirari quomodo cum hisce homunculis adversus tantam multitudinem congredi auderet. Verum cum ille in hujuscemodi apparatu versaretur ac de cogendo exercitu consuleret, quidam ad ipsum accurentes accessere, atque duces redemptos nuntiarunt et totius nationis interitum, asserentes duces ipsorum conscensis navigiis Istrum transmisisse, reliquam vero multitudinem fame ac peste et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiisse, Deo omne illud opus procurante. Fertur enim imperator, desperatis rebus, indixisse jejunium et sibi et populo, et assiduas supplicationes adhibuisse, ipse pedes simul cum lacrymis incedens et contrito corde. Qua die conspecta est in Tzurolo ab Uzis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie emicare et cum summa festinatione crebra contra ipsos tela jacere, ita ut ex ipsis nemo illæsus remanserit, quin vulnus acceperit. Imperator autem Deo sacrificio cum gratiarum actione peracto, recta ad regiam urbem se contulit, quam reperit admirationis ac stuporis plenam votaque Deo pro accepta salute persolventem. Verum omnes quod factum erat divinum miraculum censentes, imperatoris erga Deum pietati ascribebant, quod virtute et non vitio aut potentia imperatoris, sed religione Deus ipse flexus esset. Post hujuscemodi cladem quidam ex **657** ipsis ad imperatorem se contulere, a quo acceptis agris publicis Macedoniæ Romanis steterunt, et socii ipsorum atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus senatoriis atque illustribus dignati. Agebatur autem tunc sextus annus imperanti Ducæ, indictione tertia, anno 6573 ab orbe condito.

Πρὸ δὲ τούτου τοῦ ἔτους κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως, κγ' ἄγοντος τοῦ αὐτοῦ μηνός, περὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτός, σεισμὸς ἐξαίσιος γέγονε τῶν πώποτε γενομένων ἐκπληκτικώτερος, ἐκ τῶν Ἑσπερίων μερῶν ἀρξάμενος. Τοσοῦτος δὲ ἦν τὸ μέγεθος ὡς καὶ οἰκίας ἀνατρέψαι πολλὰς καὶ ναοὺς καὶ κίονας. Τὰ ὅμοια δὲ τοῖς εἰρημένοις πεπόνθασι Ῥαιδεστός τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον, ὡς καὶ μέρη τειχῶν [P. 817] ἀνατραπῆναι ἄχρις ὑποβάθρας καὶ πλείστας οἰκίας, καὶ φόνον γενέσθαι πολύν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ Κύζικος, ὁπότε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Ἑλληνικὸν ἱερὸν κατεσείσθη καὶ τῷ πλείστῳ μέρει κατέπεσε, μέγιστον ὂν χρῆμα πρὸς θέαν δι' ὀχυρότητα καὶ λίθου τοῦ καλλίστου τε καὶ μεγίστου ἁρμονίαν καὶ ἀνοικοδομὴν καὶ ὕψους καὶ μεγέθους διάρκειαν. Καὶ μέχρι δὲ δύο ἐνιαυτῶν ἔκτοτε φοράδην ἐπεφοίτων σεισμοὶ μηδαμῇ τοῖς

Anno vero superiore circa mensem Septembrem indictione secunda, vicesima tertia die mensis, circa secundam noctis vigiliam, terræ motus ingens factus et omnium qui unquam fuere maxime terribilis, ab Occidentis partibus incipiens, atque adeo vehemens ut et domos multas everterit et templa et columnas. Et similia iis quæ jam diximus accidere Rædesto et Panio atque Myriophyto, ita ut murorum partes usque ad ipsum fundamentum dirutæ sint et domus plurimæ, et multa cædes facta. Quinetiam Cyzicus haud expers damni fuit, siquidem templum Græcorum, quod in ipsa erat, commotum est ita ut maxima illius pars deciderit, cum esset maximum spectaculum, tum quod munitissimum erat, tum quod ex pulcherrimo lapide et maximo admirabilem structuræ ordinem habebat, tum vero quod ædificium videretur et altitudine

et magnitudine idonea in perpetuum permansurum. Et usque ad duos annos ex eo tempore frequentes terræ motus fiebant adeo ingentes ut ejusmodi majores natu minime meminissent. Eadem damna perpessa est Micæa, in qua templum sanctæ Sophiæ dicatum et sanctorum Patrum **658** ædes conquassata sunt, et muri cum civium domibus collapsi sunt, et loca quoque Dromi penitus corruerunt. Erant hæc peccatorum exacta supplicia et prorsus ita divina, et innuebant modo dictæ nationis adventum et interitum : in divinis enim portentis non præsens tantum sed etiam futurum prævidetur et præsignificatur.

Maio quoque mense, quarta decima indictione, apparuit crinita stella post solem occidentem, lunæ magnitudine, quando ipsa plena est lumine : quæ eo tempore fumum emittere et nebulam videbatur, et insequenti die cœpit crines ostendere, qui quantum protendebantur, tantum stellæ magnitudo deficiebat; immisit autem radios ad Orientem, et ad eam partem progredi quadraginta diebus perseveravit.

Mortuo vero patriarcha Constantino, Joannes monachus, cognomento Xiphilinus deligitur, Trapezunte natus, vir sapiens et eruditissimus et in rebus politicis spectatus et virtutem sedulo sectatus, adeo ut in principio florentis ætatis monasticam administrationem susceperit et vitam solitariam degere instituerit tempore haud exiguo in Olympo monte : quare nemo præter ipsum dignus habebatur qui ad altum patriarchæ gradum perduceretur, tametsi recusans ac fugiens ad eum honorem compulsus est. Quin etiam vita functo Theodulo Bulgariæ archiepiscopo **659** delegit imperator Joannem quemdam, monachum Lampensem, qui idem monasterium cum Xiphilino coluerat.

A mense autem Octobri morbus gravis imperatorem invasit, qui eum graviter affligebat usque ad insequentem mensem Maium, quo ipsum profligavit et vita privavit. Ejus vero exsequiæ non ubi exspectabat celebratæ sunt, sed per mare ductus in monasterio sancti Nicolai, quod Molibotum vocatur, situs est. Vixit in imperio annos septem, menses sex. Fuere ipsi liberi ex Eudocia Augusta, quam adhuc privatus duxerat uxorem, mares tres, Michael, Andronicus et Constantinus. Horum porphyrogenitus erat Constantinus, omnesque imperatores declaravit. Feminæ autem tres, Anna, Theodora et Zoe. Et cum Cæsarem suum fratrem Joannem delegisset, socium arcanorum consiliorum et deliberationum ascivit. Cum diem suum obiturus esset, ab omnibus syngrapham petiit, in quo pollicerentur nunquam se præter ipsius liberos alium imperatorem suscepturos : et omnes subscripsere. Quin etiam imperatrix Eudocia nunquam ad alterum conjugium se transituram promisit. Perfectamque ipsam syngrapham patriarchæ ser-

A ἐξωροτέροις μνημονευόμενοι. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ Νίκαια πέπονθε· κατεσείσθη γὰρ καὶ ταύτῃ ὅ τε ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸς καὶ ὁ λεγόμενος των ἁγίων Πατέρων σηκός, καὶ τὰ τείχη δὲ σὺν τοῖς πολιτικοῖς οἰκήμασι καταπεπτώκασιν, ὅτε δὴ καὶ τὰ τοῦ τρόμου κατέληξε τέλεον. Ἦσαν δὲ ταῦτα καὶ εἴσπραξις μὲν ἁμαρτημάτων καὶ χόλος θεῖος ἐξ ἅπαντος, ᾐνίττολτο δὲ καὶ τὴν τοῦ ῥηθέντος ἔθνους ἐπέλευσιν καὶ κατάλυσιν· ἐν γὰρ ταῖς θεοσημίαις οὐ τὸ ἐνεστὼς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον πρωταθεώρηται καὶ προσημαίνεται.

Καὶ Μαΐῳ δὲ μηνὶ τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος ἐφάνη κομήτης κατόπιν τοῦ ἡλίου δύνοντος, τὸ μέγεθος σε-B ληναῖον φέρων, ὅτε ἤδη πλησιφαὴς γένηται. Καὶ ἐῴκει μὲν τηνικαῦτα ἐκπέμπειν καπνὸν καὶ ὁμίχλην, ἐν δὲ τῇ ἐπιούσῃ ἤρξατο παραδεικνύειν βοστρύχους τινάς, καὶ ὅσον οὗτοι προετάννυντο, τὸ μέγεθος τοῦ ἀστέρος ὑπέληγεν. Ἀπέτεινε δὲ τὰς ἀκτῖνας ὡς πρὸς Ἑῴαν, καὶ πρὸς ἐκείνην προήχθη, καὶ ἦν ἐπικρατῶν ἄχρις ἡμερῶν μ.

Κωνσταντίνου δὲ τοῦ πατριάρχου θανόντος Ἰωάννης μοναχὸς ὁ ἐπίκλην Ξιφιλῖνος προχειρίζεται, ἐκ Τραπεζοῦντος μὲν ὁρμώμενος, ἀνὴρ δὲ σοφὸς καὶ πρὸς ἄκρον παιδεύσεως ἐληλακὼς κἀν τοῖς πολιτικοῖς περίβλεπτος γεγονὼς καὶ ἀρετῆς εὐφρόνως ἐπιμελούμενος, ὥστε ἐν ἀρχῇ τῆς εὐημερίας καὶ τῆς ἡλικίας τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀσπάσασθαι καὶ τῶν ἀναχωρητικὸν ἑλέσθαι βίον χρόνον οὐκ ἐπὶ μικρὸν C παρὰ τὸ τοῦ Ὀλύμπου ὄρος. Ὅθεν καὶ οὐδεὶς ἄξιος πλὴν αὐτοῦ ἐνομίζετο πρὸς τὸν ὑψηλὸν τοῦ πατριάρχου βαθμόν, εἰ καὶ ἀπαναιόμενος καὶ φεύγων ἐδιώχθη πρὸς τῆς τιμῆς. Ἀλλὰ μὴν καὶ Θεοδούλου τοῦ Βουλγαρίας ἀρχιερέως κοιμηθέντος προχειρίζεται ὁ βασιλεὺς Ἰωάννην τινὰ μοναχὸν ἐκ τῆς Λάμπης μὲν ὡρμημένον, συνασκητὴν δὲ καὶ σύμπονον τοῦ Ξιφιλίνου.

Ἀπὸ δὲ μηνὸς Ὀκτωβρίου νόσος ἐνσκήψασα τῷ βασιλεῖ κατέτρεχεν αὐτὸν δεινῶς ἄχρι τοῦ ἐπιόντος Μαΐου μηνός· ἐν αὐτῷ δὲ τοῦτον κατειργάσατο καὶ τῆς ἐντεῦθεν ζωῆς ἀπήγαγεν. Ἡ δὲ ὁσία τούτου οὐκ ἔνθα προσεδόκησε γέγονεν, [P. 818] ἀλλὰ διαπόντιος ἀχθεὶς ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐναπετέθη, ἣ καλεῖται Μολιβωτόν. Ἔζησε δὲ ἐν τῇ βασιλίδι χρόνους ζ' καὶ μῆνας ἕξ. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ Εὐ-D δοκίας τῆς βασιλίδος, ἣν ἔτι ἰδιωτεύων ἠγάγετο ἄῤῥενας μὲν τρεῖς, Μιχαήλ, Ἀνδρόνικος καὶ Κωνσταντῖνος (τούτων πορφυρογέννητος ἦν ὁ Κωνσταντῖνος, πάντας δὲ βασιλεῖς ἀνηγόρευσε)· θήλειαι δὲ τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Θεοδώρα, καὶ Ζωή. Καίσαρα δὲ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην προχειρισάμενος κοινωνὸν βουλευμάτων μυστηριωδῶν καὶ σκεμμάτων ἐτίθετο. Μέλλων δὲ τελευτᾷν ἔγγραφον ἀπήτησεν ἐκ πάντων ὡς οὐκ ἄν ποτε παρὰ τοὺς αὐτοῦ παῖδας βασιλέα ἕτερον δέξαιντο· ἐν ᾧ καθυπέγραψαν ἅπαντες, ἅμα μὴν καὶ ἡ βασιλὶς Εὐδοκία ὡς οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὴ πρὸς δεύτερον ἐλεύσηται συνοικέσιον, καὶ ἀπαρτισθὲν τῷ πατριάρχῃ φυλάττειν δεδώκασιν. Ὅθεν καὶ

παρὰ τῇ γυναικὶ καὶ βασιλίδι τὰ πάντα πεποίηκε, σωφρονεστάτη τε νομιζομένη τἀνδρὶ καὶ παιδοτριβῆναι ἀκριβεστάτη καὶ πρὸς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν ἱκανωτάτη. Τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτῶν ὢν ἑξήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. Εἴθιστο δὲ λέγειν περὶ τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ ὡς τιμῆς μὲν καὶ χρημάτων οὐκ ἀποστερήσει τούτους, ἀντ' ἐλευθέρων δὲ ὡς ἀργυρωνήτων ἐχρήσατο· « Ἀφειλόμην δὲ οὐκ ἐγὼ τὴν ἐλευθερίαν αὐτούς, ἀλλ' οἱ νόμοι ἐκπτώτους τῆς πολιτείας ποιήσαντες. » Τοῖς δὲ λόγοις ἐξόχως προσκείμενος, « Ὄφελον, ἔλεγεν, ἐκ τούτων ἢ τῆς βασιλείας ἐγνωριζόμην, » Γενναῖος δὲ ὢν τὴν ψυχὴν πρός τινα εἰρηκότα ὡς αὐτὸς ἂν ἡδέως μαχόμενος ἐκείνου τὸ ἴδιον σῶμα προβάλοιτο, « Εὐφήμει, εἶπε, καὶ εἰ βούλοιό γε πεσόντι ἐπένεγκαι πληγὴν καὶ αὐτός. » Πρὸς δὲ τὸν τοὺς νόμους ἐξακριβούμενον ἐπὶ τῷ βούλεσθαι ἀδικεῖν, « Οὗτοι, ἔφησεν, οἱ νόμοι ἡμᾶς ἀπολωλέκασι »

Κατέσχον δὲ τὰ σκηπτρα τῆς βασιλείας ἥ τε σύζυγος αὐτοῦ καὶ οἱ παῖδες. Οἱ δὲ τὴν Ἑώαν κατατρέχοντες Τοῦρκοι πάλιν τοῖς περὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἐφήδρευον, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ Μελιτηνὴν ἐστρατοπεδευμένοις Ῥωμαϊκοῖς στρατεύμασιν, οἵπερ τοῦ ὀψωνισμοῦ ἐνδεήσαντες καὶ τῶν συνήθως παρεχομένων αὐτοῖς σιτηρισίων στερούμενοι ἐνδεῶς εἶχον καὶ ταπεινῶς, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὀργίλως διὰ τὴν ἔνδειαν, καὶ μὴ τοῖς ἰθαγενέσι σρατιώταις βούλεσθαι συνελθεῖν καὶ τὸν Εὐφράτην σὺν αὐτοῖς περαιώσασθαι. Ἐπερχομένων οὖν τῶν Τούρκων, μόνοι οἱ Μελιτηνοὶ ἀντιστάντες ἄτερ αὐτῶν εὐμαρῶς ὑπὸ τῶν Βαρβάρων ὡς ἑκηβόλων ἐλυμαίνοντο καὶ κατετιτρώσκοντο, ἀπαθῶν αὐτῶν διαμενόντων, ἕως ἀναγκασθέντες [P. 819] εἰς τὸν ποταμόν τε ἔφυγον καὶ πρὸς μάχην καὶ ἄκοντες ἔστησαν καὶ νῶτα δοῦναι παρεβιάσθησαν· καὶ τροπῆς γενομένης ἔπεσον συχνοὶ ἐξ αὐτῶν, τινὲς δὲ καὶ ζωγρίαι ὑπὸ τῶν Βαρβάρων ἐλήφθησαν. Οἱ δὲ λοιποὶ τῷ ἄστει τῆς Μελιτηνῆς ἀνεδύθησαν. Περιφρονήσαντες δὲ τούτους οἱ Βάρβαροι ὡς ἤδη καταστραφέντας καὶ ἀσθενεῖς ἐκτρέχουσιν ἄχρι Καισαρείας, καταληϊζόμενοι πάντα καὶ καταστρέφοντες καὶ πῦρ αὐτοῖς ὑπανάπτοντες. Καὶ τῷ σηκῷ τοῦ μεγάλου καὶ περιωνύμου Βασιλείου εἰσπηδήσαντες δῃοῦσι μὲν ἅπαντα καὶ τὰ ἱερὰ καθαρπάζουσι, προσραγέντες δὲ καὶ τῇ τοῦ ἁγίου σορῷ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ λειψάνῳ δρᾶσαί τι πονηρὸν οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν· προκατησφάλιστο γὰρ καὶ περιεδεδόμητο κτίσμασιν ὀχυροῖς [οὐ] χρόνου δεομένοις πολλοῦ πρὸς καθαίρεσιν. Τὰ δὲ τὰς ὀπὰς περιστέλλοντα θυρίδια χρυσῷ καὶ μαργάροις ἐξειργασμένα καὶ λίθοις ἐξαίρουσι, καὶ τὸν ὅλον κόσμον ὁμοῦ συμφορήσαντες αἴρουσιν ἐκεῖθεν, παραδόντες πολλοὺς τῶν Καισαρέων σφαγῇ καὶ τὸν ναὸν καταχραναντες. Κἀκεῖθεν ὑποστρέψαντες διέρχονται τοὺς εἰς Κιλικίαν ἄγοντας στενωπούς, μηδενὸς προγνόντος τὴν τούτων ἔφοδον, καὶ τοῖς Κίλιξιν ἐπιφανέντες ἐκπλήκτως ἐμφόβους εἰργάσαντο, φόνον πολὺν ποιοῦντες τῶν παρεμπιπτόντων αὐτοῖς. Χρονίσαντες δὲ τῇ

vandam tradidere. Quare et dum uxor et dum Augusta fuit, omnia ita fecit ut et viro castissima et in instituendis liberis diligentissima et in administranda republica maxime idonea haberetur. Moritur imperator annos **660** natus sexaginta et paulo amplius. Consueverat autem dicere de iis qui sibi insidiarentur, se honore et pecuniis haudquaquam eos privaturum, sed ut captivis argento emptis usurum, non autem eos ut liberos homines habiturum : « Ademi autem, aiebat, non ego ipsis libertatem, sed leges, quæ jure civitatis ipsos excidere fecerunt. » Disciplinis eximie deditus, aiebat, « Utinam ex iis potius quam ex imperio cognoscerer. » Cumque alto animo esset, cuidam qui sibi dixerat se libenter pugnantem proprium corpus pro illo oblaturum, « Meliora, inquit, loquere, ac si me lapsum videris, ipsemet mihi plagam infer. » Ad eum qui studiose leges inquirebat propterea quod peccare cuperet, dixit, « Istæ nos leges perdidere. »

Obtinuere autem imperii sceptra et conjux ipsius et liberi. Turci vero Orientis regionem percurrentes rursus eas Romanorum copias quæ ad Mesopotamiam erant, sed maxime eas quæ ad Melitenem castra posuerant, obsidebant; quæ commeatus indigentes, et iis cibis qui sibi frequenter suppeditari consueverant privati, inopia conflictabantur ac misere degebant. Ad hæc irati ob rerum inopiam cum indigenis militibus conjungi ac fluvium Euphratem cum ipsis transire nolebant. Advenientibus igitur Turcis, cum soli Meliteni restitissent sine ipsis, facile a Barbaris procul jaculantibus lædebantur et vulnera accipiebant, **661** cum illi nihil detrimenti acciperent, quoad coacti ad fluvium fugerunt, et ad pugnandum constitere vel inviti, et terga dare vi compulsi sunt. Cumque superati essent, multi ex ipsis cecidere, quidam a Barbaris vivi capti, reliqui in urbem Melitenem se incolumes receperunt; quos Barbari contemnentes veluti debellatos et imbecilles, percurrunt usque ad Cæsaream omnia diripientes et evertentes atque igne succenso cremantes. Impetu quoque facto in magni ac celeberrimi Basilii templum omnia incendunt et sacra diripiunt; et irrumpentes ipsius sancti sepulchrum sanctis ejus reliquiis nihil detrimenti inferre potuerunt : erat enim diligenter præmunitum, et circum structa quædam ædificia ita corroborata, ut ad demoliendem diuturno tempore indigerent. Ostia vero quo foraminibus apposita fuerant, auro et margaritis elaborata pretiosisque lapidibus, adimunt; omnibusque sublatis ornamentis, inde proficiscuntur, multis interfectis Cæsariensibus temploque polluto. Et inde reversi transeunt per angustas vias ad Ciliciam ducentes, ita ut nemo præsenserit ipsorum adventum. Cumque repente comparentes Cilicas multo terrore complessent, multam eorum qui sib occurrerent cædem fecerunt. Diutiusque in ipsa provincia commorati cum eam vexassent; spoliis

ac præda et captivis multis potiti ad Chalep se recepere, a quodam transfuga Amertice nomine eo perducti, qui Romanis infestus **662** erat et imperante sene Michaele ad eum transfugerat, magnaque dona et honores ac præmia consecutus fuerat. Sed apud imperatorem Constantinum Ducam accusatus quod ipsum gladio iuterfecturus esset, hac de causa perpetuo fuerat exsilio condemnatus. Verum cum rursus revocatus adversus Turcos missus esset, tunc ob rerum quæ ad victum necessariæ sunt inopiam sese Turcis adjunxerat, et regionem pessime vexabat. Conjuncti igitur Turci et Chalepitæ, inita inter se societate, Antiocheam Syriæ ejusque finitima loca male vexarunt, cædentes, comburentes, diripientes, deprædantes, captivos abducentes, et pessima quæque perpetrantes. Nam et adversus ipsos coacti fuerant idonei exercitus Nicephoro Botaniate duce: sed avaritia et segnities rursus effecere ut omnis labor irritus esset, neque enim integer commeatus, sed mediocris quædam pars illis tradita militibus torporis causa fuit; qui accepto quod sibi datum fuerat, in suam quisque patriam dissipati sunt. Ac rursus Barbari regionem incendere et sine metu percurrere. Exiguas vero juvenum copias, qui modo e suis domibus, ubi educati fuerant, prodierant, parvis ec minimis sumptibus coactas Antiochiæ duci tradiderunt; qui aliquod quidem facinus perpetrare cupiebant, juvenili audacia militantes, sed belli imperiti et sine equitatu ac fere inermes et nudi, cum ne quotidianum quidem victum haberent, intolerabilia multa **663** passi in patriam suam sine gloria reversi sunt; quos dux Botaniates cum suis protectoribus et quibusdam externis copiis facile potuit repellere. Verum cum ille abdicatus esset magistratu, Barbari longe audaciores sunt effecti, commeatus inopia plurimum civitates opprimente, et aliarum rerum quæ ad victum usui sunt indigentia.

Sed cum necessario res ipsæ indigerent imperatore, qui eas posset constituere et in æquum statum adeo adversis temporibus redigere, censebatur maxime idoneus Botaniates et alii multi: attamen divinum vicit consilium, et idcirco ad hæc perducitur bestarches, Romanus Constantinus Diogenis filius. Quo autem modo perductus fuerit, mox dicam. Erat creatus dux Sardices Diogenes. Cum autem patricius esset, petiit ab imperatore Constantino Duca hoc honore affici ut esset bestarches. Imperator autem respondens, « Ostendens opera reposce mercedem, » inanem ipsum re infecta dimisit, ejus petitioni minime consentiens. Egressus igitur Diogenes, cum ad Sardicem pervenisset incidissetque in Patzinacas, qui eruperant et regionem diripiebant, de ipsis tropæa erexit, et ex captis vivos quamplurimos, interfectorum vero capita imperatori misit. Et idcirco bestarches ab

A χώρᾳ καὶ ταύτην λυμηνάμενοι, καὶ λαφύρων ἑαυτοὺς ἐμπλήσαντες καὶ λείας καὶ αἰχμαλωσίας πολλῆς, ἀπίασι πρὸς τὸ Χάλεπ, παρά τινος αὐτομόλου Ἀμερτικῆ λεγομένου ὁδηγηθέντες ἐκεῖσε, δυσμενῶς τοῖς Ῥωμαίοις διακειμένου .ἐπὶ τοῦ γέροντος μὲν Μιχαὴλ αὐτομολήσαντος καὶ τυχόντος μεγάλων δωρεῶν καὶ τιμῶν καὶ ἀξιώσεων, κατηγορηθέντος δὲ παρὰ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ τῷ Δούκᾳ ὡς μέλλοντος αὐτὸν μαχαίρᾳ διαχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο καταχριθέντος ἀϊδίῳ φυγῇ, πάλιν δέ γε τυχόντος ἀνακλήσεως καὶ ἀποστάντος κατὰ τῶν Τούρκων, τηνικαῦτα δὲ διὰ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων προσθεμένου τε τοῖς Τούρκοις καὶ τὴν χώραν διατιθέντος κάκιστα. Γενόμενοι γοῦν ἓν οἵ τε Τοῦρκοι καὶ οἱ Χαλεπῖται, καὶ ὁμολογίαν δόντες ἀλλήλοις, τὴν ἐν Συρίᾳ Ἀντιόχειαν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν κακῶς διετίθεσαν, B σφάζοντες, πυρπολοῦντες, ἀνδραποδίζοντες, λεηλατοῦντες, αἰχμαλωτίζοντες καὶ πᾶν εἴ τι χείριστον διαπραττόμενοι. Συνηθροίσθησαν γὰρ στρατεύματα ἐπ' αὐτοῖς ἀξιόλογα, Νικηφόρου ὄντος τοῦ Βοτανειάτου ἐν ταύτῃ δουκός, ἡ δὲ φειδωλία καὶ ἡ γλισχρότης ἄπρακτα πάλιν τὰ πάντα ἀπέδειξεν. Οὐ γὰρ ὁλόκληρον τὸ ὀψώνιον, ἀλλὰ μερικὸν αὐτοῖς καὶ μέτριον δοθὲν ναρκῆσαι τοὺς στρατιώτας ἐποίησε· λαβόντες γὰρ τὸ δοθὲν εἰς τὰ οἰκεῖα διεσκεδάσθησαν, καὶ πάλιν ἦσαν οἱ βάρβαροι τὴν χώραν δῃούμενοι καὶ ἀδεῶς κατατρέχοντες. [P. 820] Νεολαίαν δέ τινα βραχεῖαν ἄρτι τῶν οἰκημάτων, οἷς ἐνετρέφοντο, ἐκπεπηδηκυῖαν μικροῖς καὶ ἐλαχίστοις ἀθροίσαντες ἀναλώμασι τῷ τῆς Ἀντιοχείας ἡγεμόνι ἐνεχείρισαν· οἳ δρᾶσαι μέν τι προεθυμοῦντο ἀπὸ νεωτερικῆς θρασύτητος C στρατηγούμενοι, ἀπειροπόλεμοι δὲ ὄντες καὶ ἄφιπποι, σχεδὸν καὶ ἄοπλοι καὶ γυμνοὶ καὶ μηδὲ τὸν ἡμερήσιον ἄρτον ἔχοντες, πολλὰ παθόντες ἀνήκεστα εἰς τὴν σφῶν ἀκλεῶς ἐπανέστρεψαν γῆν, τοῦ δουκὸς Βοτανειάτου μετὰ τῶν οἰκείων ὑπασπιστῶν καί τινων ξενικῶν δυνάμεων μετρίως αὐτοὺς ἀποσοβῆσαι ἰσχύσαντος. Παραλυθέντος δὲ ἐκείνου τὰ τῶν Βαρβάρων ἐπὶ πλέον ἐθρασύνθη, σιτοδείας ἐπὶ πλέον πιεζούσης τὰς πόλεις καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐνδείας.

Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐξ ἀνάγκης βασιλέως ἐδεήθη τὰ πράγματα δυναμένου αὐτὰ ποσῶς καταστῆσαί τε καὶ ὁμαλίσαι ἐν οὕτως ἐναντίοις καὶ καιροῖς, ἐπεψηφίζετο μὲν ἀξιολογώτατος ὁ Βοτανειάτης καὶ ἄλλοι πολλοί, νικᾷ δὲ ὅμως ἡ θεία βουλή, διὸ καὶ ἀνάγεται D ἐπὶ ταῦτα ὁ βεστάρχης, Ῥωμανὸς ὁ Κωνσταντῖνος, τοῦ Δοιγένους υἱός. Ὃν δὲ τρόπον ἀνήχθη, ἔνθεν ἐρῶ. Ἦν μὲν προβεβλημένος δοὺξ Σαρδικῆς ὁ Διογένης· πατρίκιος δὲ τυγχάνων ἐζήτησε τὸν βασιλέα Κωνσταντινον τὸν Δούκαν τιμηθῆναι βεστάρχης. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπειπὼν αὐτῷ· « Δεικνύων ἔργα ἀπαίτει μισθούς » κενὸν αὐτὸν καὶ ἄπρακτον ἀπεπέμψατο, μὴ προσέχων τῇ αἰτήσει αὐτοῦ. Ἐξελθὼν οὖν ὁ Διογένης καὶ τὴν Σαρδικὴν καταλαβών, περιτυχὼν Πατζινάκοις ἐξελθοῦσι καὶ λεηλατοῦσι τὴν χώραν, τρόπαιον ἐστήσατο κατ' αὐτῶν, καὶ τῶν ἑαλωκότων ζῶντας μὲν πολλούς, κεφαλὰς δὲ τῶν ἀνῃρημένων τῷ βασιλεῖ πεπομφὼς ἐτιμήθη βεστάρχης, γράψαν-

τὸς αὐτῷ τοῦ βασιλέως ὡς « Οὐκ ἐμὸν δῶρον, ὦ Διόγενες, τοῦτο, ἀλλὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας. » Διατρίβων δὲ ἐκεῖσε ἠβουλήθη μὲν ἀντᾶραι τῷ βασιλεῖ, ἀλλὰ τὸ μελετώμενον εἰς φῶς ἀγαγεῖν δεδιὼς ἦν. Ὅμως ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς ἀπῆν καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἐχήρευον, κοινολογεῖταί τινι τῶν πιστικωτάτων τὸ πρᾶγμα, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς παρακειμένοις ἔθνεσιν ὁμιλήσας περὶ ταυτοῦ πράγματός, φιλίως αὐτῷ διακειμένοις, ἦρξεν ἡμερῶν τινων, τῆς αὐτοῦ γενναιότητος πεῖραν ἔχουσι δαψιλῆ. Καὶ μηνύεται παρά τινος Ἀρμενίου τὸ γένος, καὶ δὴ συλληφθεὶς δεσμώτης πρὸς τὴν βασιλίδα ἀπαγεται. Ἐλεγχθεὶς δὲ καὶ καταθέμενος καὶ διὰ τοῦτο κατακριθεὶς θανάτου ὡς ἐπίβουλος ὑπερορίζεται καὶ τῆς πόλεως ἐκβάλλεται, πᾶσιν ἀνίαν ἐνθέμενος ὅσοι τῆς αὐτοῦ γενναιότητος καὶ ἀνδρίας ἐν πείρᾳ καθίσταντο. [P. 821] Οἱ δ' ἀγνοοῦντες ἐκ τῶν εἰδότων ταῦτα παραλαμβάνοντες ὑπῆρχον ἐξ ἀνάγκης ἐρασταί. Καὶ διὰ τοῦτο δι' εὐχῆς ἦν τοῖς ὅλοις ἀνώτερον τὸν ἄνδρα γενέσθαι κολαστηρίων καὶ χαρισθῆναι τῇ Ῥωμαίων τοῦτον ἀρχῇ. Ἐπεὶ δὲ ὁ σκοπὸς ζήλου θείου ἦν καὶ οὐ φιλαυτίας, περιαλγῶς τῆς τῶν Χριστιανῶν πληθύος πασχούσης καὶ κακῶς κεραϊζομένης ὁσημέραι πρὸς τῶν Ἀγαρηνῶν, ἐνηργήθη λοιπὸν τοῖς εὐχομένοις τὰ τῆς εὐχῆς. Παραστάντος γὰρ αὖθις αὐτοῦ τῷ βασιλικῷ βήματι περιέσχεν ἔλεος ἄσχετον τὴν Αὐγοῦσταν Εὐδοκίαν· ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ μετὰ τῶν τῶν ἄλλων καὶ θεαθῆναι ἀγαθὸς, ἐπιμήκης τε τὴν ἡλικίαν ὢν καὶ στέρνων καὶ νώτων ἐν καλῷ ναθορώμενος, εὐόφθαλμός τε, εἴπερ τις ἄλλος, καὶ τοῦ πάθους αὐτόθεν παράκλησιν ἐκκαλούμενος, μήτ' ἀκριβὲς τὸ λευκὸν μήτε τὸ μέλαν ἀποσώζων, ἀλλ' οἷον συγκεκραμένα κατ' ἴσον ἀμφότερα. Ὡς οὖν καὶ ἡ παρεστῶσα γερουσία συνέπαθεν, εὐθὺς ἐπηκολούθησεν ἡ συμπάθεια, καὶ περισωθεὶς τοῦ κινδύνου παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν βασιλικῆς ἀξιώσεως ἔτυχε. Διὸ καὶ ἀπολυθεὶς παρὰ πάντων ἠσπάζετο. Ἐξιὼν οὖν εἰς τὴν Καππαδοκῶν, ἐξ ἧς καὶ γέννησιν ἔσχηκε, πάλιν μεταπεμφθεὶς εἰς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελήλυθε, καὶ τοῖς γενεθλίοις τοῦ Σωτῆρος (15) Χριστοῦ μάγιστρος τιμᾶται καὶ στρατηλάτης προβέβληται παρὰ τῆς βασιλίδος προελθούσης βασιλικῶς μετὰ των ἰδίων παίδων εἰς τὸν μέγιστον καὶ περίπυστον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας σηκόν. Δεδοικυίας δὲ τῆς βασιλίδος τήν τε σύγκλητον καὶ τὸν πατριάρχην καὶ τοὺς ὑπογράψαντας καὶ ὀμόσαντας, καὶ διὰ τοῦτο μὴ τολμώσης συζευχθῆναί τινι τῶν ἐπιφανῶν καὶ βασιλέα ἀναγορεῦσαι αὐτὸν, ἔγνω δεῖν ὑπὲρ γυναῖκα μὴ φρονῆσαι, πανουργίᾳ δὲ καὶ δόλῳ τὸν πατριάρχην ὑπελθεῖν καὶ οὕτως αὐτῇ τὸ ἐφετὸν καταπράξασθαι καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ποσῶς ἀναχαιτίσαι ὁρμήν. Κοινοῦται γοῦν τὸ πρᾶγμά τινι τῶν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ὡς ἐπιτηδείῳ πρὸς τοῦτο. Ὁ δὲ ὑπισχνεῖται ἐκ παντὸς τρόπου συμπράξειν αὐτῇ πρὸς τὸ σπουδαζόμενον, ξυρὸς εἰς ἀκόνην, τὸ τοῦ λόγου, ὢν εἰς τὰ τοιαῦτα. Ἀδελφὸς ἦν τῷ πατριάρχῃ Βάρδας ὄνομα, λαγνίστατός τε

A imperatore creatus est; qui quidem ei scripsit: « Non meum donum, o Diogenes, hoc, sed tuæ virtutis et fortitudinis. » Ibi autem commorans voluit contra imperatorem **664** insurgere. Sed inceptum in lucem proferre verebatur. Attamen postquam abfuit imperator et imperium orbum erat, rem cum suo quodam fidelissimo communicat, et per ipsum cum quibusdam finitimis gentibus, quibus esset ipsius explorata virtus, collocutus quibusdam partibus imperavit. Indicatur autem a quodam Armenio, et comprehensus ad urbem regiam perducitur, convictusque et capitis damnatus ut proditor in exsilium mittitur, urbe expellitur, non sine maximo dolore eorum omnium apud quos suæ virtutis ac strenuitatis specimen dederat. Qui vero B ipsum ignorabant, famam ab aliis percipientes statim ipsius amore capiebantur. Et idcirco omnes optabant virum supplicio liberari et Romanorum imperio donari. Et quia divini zeli propositum, non autem proprii amoris erat, quippe cum Christianorum turba quotidie ab Agarenis miserabiliter vexata cruciaretur, deinceps optata eorum qui vota faciebant ad exitum perducta sunt. Cum enim rursus ad regium suggestum adductus fuisset, Augusta Eudocia immensa misericordia commota est: erat enim vir præter alia spectatu quoque dignus, statura procerus, pectore et humeris pulcherrimus, et pulchritudine oculorum ut si quis alius præstans, his omnibus levamen calamitatis efflagitans, neque prorsus album neque prorsus nigrum sed ex utroque æqualiter **665** mistum colorem C conservans. Ut igitur etiam præsens senatus commotus est, statim misericordia judicium subsecuta est. Et a periculo servatus præter omnem spem atque exspectationem regiam dignationem est consecutus; et idcirco absolutum omnes amplectebantur. Egressus igitur in Cappadociam, unde oriundus erat, rursus ad regiam urbem accersitus sese recepit die natali Salvatoris Christi, et magistri honore decoratus dux exercitus ab Augusta creatur, quæ imperatoris more cum suis filiis processerat ad maximum et celeberrimum Sophiæ templum. Cum autem vereretur Augusta et senatum et patriarcham et eos qui jurati subscripserant, et idcirco non auderet cum illustriore aliquo matrimonio copulari ipsumque imperatorem de- D clarare, statuit supra muliebrem animum nil sibi aggrediendum, sed potius dolo ac fraude circumveniendum patriarcham; et ita se voti compotem futuram et gentium impetum repressuram, quam tum in se esset, existimabat. Communicat igitur rem quodam cum eunucho ex gynæceo ut ad id idoneo, qui omnino se ei rem e sententia confecturum pollicetur, utpote qui novacula ad cotem esset, ut dici solet, ad hæc negotia: frater erat patriarchæ, Bardas nomine, maxime lascivus vir,

JACOBI GOARI NOTÆ.

(15) Quo die sese cuncti apud Græcos muneribus excipiunt.

:et voluptatibus ita addictus ut omnia in omni vita eis posthaberet. Accedit exsectus ille ad patriarcham, eique arcano factum aperit, denuntiatque, si velit, imo **666** si tantum annuat, nihil pericli metuendum ex horribili illo chirographo : ejus fratrem germanum cum imperatrice copulatum statim imperatorem declaratum iri. Utque totum habuit sibi patriarcham veluti inescatum, jamque studiose matrimonium tantum non procurantem, consuluit ut hac ipsa de re senatus quoque sententiam percunctetur. Singulis igitur ad se accersitis patriarcha rei necessitatem confirmabat, scriptum illud accusans et iniquum et minus legitimum, ab unius viri zelotypia profectum, cui communis utilitas minus proposita fuisset; « Cui prorsus, inquit, consuletur si cum generoso et forti viro copuletur regina Augusta : rursus enim res Romanorum efflorescent, quæ jam eo redactæ sunt ut atteri et penitus exstingui cito posse metus impendeat. » Ut vero illi omnes consensere, alii suasu et adulatione, alii pecuniæ largitione et crebris muneribus, neque metus ullus suberat transigendæ rei, adducitur Diogenes noctu in regiam armatus, et cum Augusta conjungitur, statimque imperator declaratur Januarii mensis prima die, indictione sexta, anno 6576, clam omnibus Augustæ filiis. Ac repente a Barangis exoritur multa perturbatio, quod non sustinerent id vulgari præter omnium sententiam. Verum cum Michael ipsius Augustæ filius cum fratribus advenisset, de sua sententia factum id esse dixerunt, ac subito conversi magno et elato clamore ipsi quoque eum imperatorem declararunt. Ut igitur re comprobatum est, haud temere complures propter **667** ipsum bene sperarunt. Itaque Augusta cum filiis suis menses septem et paulo amplius imperavit.

Romanus autem Diogenes ita adeptus imperium haud minorem præsentium rerum rationem habuit quam militaris rei bene componendæ atque constituendæ, etiam si quam maxime consiliarios habuit privignos, imo ut verius dicam, insidiatores, et Joannem Cæsarem superioris imperatoris fratrem, qui ei semper ad finem fuere impedimento et Romanorum res in pessimum statum deduxere, qui nunc cernitur. Cœpit autem et digniores amplecti, et cum prudentioribus ac peritioribus colloqui, et belli munera suscipere, et legatos parare, atque undique hostibus aditum intercludere. His de causis duobus exactis mensibus, Orientis cura ipsum cepit, et ultionis justitiæque zelus delicias et animi mollitiem, quæ in urbe regia inerat, vicit; quod quidem omnes perculit, celer videlicet apparatus et ordo, quem maxime necessario requirebant res Antiochiæ et Ciliciæ excursionibus, quas superius diximus, defatigatæ et in extrema adductæ discrimina. Ad partes autem magis Boreæ subjectas ipse sultanus cum omni exercitu irrupit graves secum copias et quibus resisti nequire, adducens. Et ad fines Romanorum autumno acces-

A καὶ πρὸς ἡδονὰς ἐπτοημένος καὶ μηδὲν ἄλλο διὰ βίου ἔχων προτέρημα. Πρόσεισι τῷ πατριάρχῃ ὁ τομίας, ἀπαγγέλλει αὐτῷ μυστικῶς τὰ τοῦ πράγματος, καὶ ὡς εἰ θελήσειε, μᾶλλον δὲ ἐπινεύσειε μόνον μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι ἐκ τῆς φρικτῆς ἐκείνης χειρογραφίας, ζευχθήσεται μὲν τῇ βασιλίδι ὁ τούτου αὐτάδελφος, παραυτίκα δὲ βασιλεὺς ἀναγορευθήσεται. [P. 822] Ὡς δὲ ἔσχεν ὅλον τὸν πατριάρχην καταπιόντα τὸ δέλεαρ καὶ ἤδη μόνον οὐχὶ τὴν συναρμογὴν ἐπισπεύδοντα, βουλεύεται πυθέσθαι περὶ τούτου καὶ τὴν σύγκλητον. Ἕνα καθ' ἕνα γοῦν ὁ πατριάρχης παρ' ἑαυτὸν προσκαλεσάμενος τὸ ἀναγκαῖον τοῦ πράγματος κατεσκεύαζε, διασύρων τὸ ἔγγραφον ὡς ἔκνομόν τε καὶ ἄθεσμον καὶ διὰ ζηλοτυπίαν ἑνὸς ἀνδρὸς γεγονὸς καὶ μὴ πρὸς κοινὴν λυσιτέλειαν ἀφορῶν. B Ὅπερ ἔσται πάντως, εἰ ζευχθήσεται ἡ βασιλὶς ἀνδρὶ γενναίῳ τε καὶ θυμοειδεῖ· ἀναθηλήσουσι γὰρ τὰ Ῥωμαίων ἐσαῦθις, ἤδη μαρανθῆναι καὶ ἀποσβεσθῆναι ἐλπιζόμενα. Ὡς δὲ ἔσχε πάντας συμψήφους, τοὺς μὲν πειθοῖ καὶ κολακείᾳ, τοὺς δὲ καὶ χρημάτων παροχῇ καὶ μειλίγμασιν ἁδροτέροις, καὶ τῷ παραχθησομένῳ δέος οὐχ ὑπῆν, ἄγεται μὲν ὁ Διογένης νυκτὸς εἰς τὰ βασίλεια ἔνοπλος καὶ τῇ βασιλίδι προσζεύγνυται, ἀναγορεύεται δὲ παρευθὺς βασιλεὺς κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἰανουαρίου μηνός, τῆς ϛ' ἐπινεμήσεως, ἔτους ,ϛφοϛ', λαθὼν πάντας τοὺς τῆς βασιλίδος υἱούς. Γίνεται δὲ παραυτίκα τάραχος παρὰ τῶν Βαράγγων πολύς, μὴ ἀνεχομένων αὐτὸν φημίσαι παρὰ τὰ κοινῇ δόξαντα. Ἐπιφανεὶς δὲ ὁ ταύτης υἱὸς Μιχαὴλ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς γνώμῃ αὐτῶν τὸ γεγονὸς ἀπαγγέλλουσι γενέσθαι, καὶ αὐτίκα μετατραπέντες C μεγάλαις καὶ διατόροις φωναῖς αὐτὸν καὶ αὐτοὶ ἀναγορεύουσιν. Ὡς δ' οὖν ἐφάνη ἐκ τούτου, ὡς οὐ μάτην ἠλπίκασιν ἐπ' αὐτῷ οἱ πολλοί. Ἐκράτει γοῦν ἡ βασιλὶς σὺν τοῖς υἱέσι μῆνας ἑπτὰ καὶ μικρόν τι πρός.

Ῥωμανὸς δὲ ὁ Διογένης οὕτω τῶν σκήπτρων ἐπιτυχὼν οὐκ ἔλαττον τῶν ἐν ποσὶ πραγμάτων τῆς στρατιωτικῆς καὶ εὐταξίας ἐφρόντισε καὶ συστάσεως, κἂν ὅτι μάλιστα συνέδρους εἶχε τοὺς προγονούς, ἐφέδρους δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, καὶ τὸν τοῦ προβεβασιλευκότος ἀδελφὸν Ἰωάννην τὸν Καίσαρα, οἳ καὶ ἐμποδὼν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους γεγόνασι, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ κακῶς διέθεσαν πράγματα καὶ εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται ἔχοντα. Ἤρξατο γὰρ τούς τε ἀλογωτέρους δεξιοῦσθαι καὶ τοῖς ἐχέφροσι καὶ πεD πειραμένοις ὁμιλεῖν τῶν στρατιωτῶν, καὶ πολεμικῶν ἔργων ἀντέχεσθαι, πρεσβευτάς τε ἑτοιμάζειν, καὶ πανταχόθεν τοῖς ἐναντίοις ἐπιτειχίζειν τὴν πάροδον. Διὰ ταῦτά τοι διὰ δύο μηνῶν παρολκην ἡ τῆς Ἑῴας αὐτὸν δέχεται Προποντίς, καὶ ὁ ζῆλος τῆς ἐκδικίας ἐνίκησε τὴν ἐν τῇ βασιλίδι τρυφήν τε καὶ ῥᾳθυμίαν. Ὃ καὶ πάντας κατέπληξεν, ἡ ταχεῖα δηλαδὴ ἑτοιμασία καὶ διάταξις καὶ παρασκευὴ πρὸς ἀνάγκης αὐτῷ γενομένη πολλῆς. [P. 823]. Τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Κιλικίαν ταῖς προειρημέναις ἐκδρομαῖς ἀπειρηκότα ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις· ἐν δὲ τοῖς βορειοτέροις αὐτὸς ὁ σουλτάνος πανστρατιᾷ ἐξελήλυθε, δυνάμεις ἄγων ἀνυποίστους καὶ βαρείας,

καὶ τοῖς ὁρίοις τῶν Ῥωμαίων τῷ καιρῷ τοῦ φθινοπώρου προσήνωτο, βουλόμενος παραχειμάσαι ἐκεῖσε καὶ ἀρχομένου τοῦ ἔαρος προσεχῶς προσβαλεῖν καὶ ἄρδην ἀνατρέψαι τὴν Ῥωμαίων καὶ καθελεῖν. Ὁ δὲ βασιλεὺς στρατὸν ἐπαγόμενος οὐχ οἷον εἰκὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, ἀλλ' οἷον παρεῖχεν ὁ καιρὸς ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Βουλγάρων καὶ Καππαδοκῶν καὶ Οὔζων καὶ τῶν ἄλλων παρατυχόντων ἐθνικῶν, πρὸς δὲ καὶ Φράγγων καὶ Βαράγγων, τῆς ὁδοῦ σπουδαίως ἐφήψατο. Καὶ συνήχθησαν δὲ οἱ πάντες κελεύματι βασιλικῷ ἐν τῇ Φρυγίᾳ ἤτοι τῷ θέματι τῶν Ἀνατολικῶν, ἔνθα καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ παράδοξον, τοὺς διαβοήτους προμάχους τῶν Ῥωμαίων τῶν πᾶσαν τὴν Ἑῴαν καὶ τὴν Ἑσπέραν καταδουλωσαμένων ἐξ ὀλίγων συγκειμένους ἀνδρῶν, καὶ τούτων συγκεκυφότων τῇ πενίᾳ καὶ κακουχίᾳ καὶ πανοπλίας ἐστερημένων, B ἀντὶ μαχαιρῶν καὶ ἄλλων ὀργάνων πολεμικῶν, τὸ τῆς Γραφῆς ἐρεῖν, ζιβύνας καὶ δρέπανα οὐκ ἐν καιρῷ εἰρήνης ἐπαγομένους, ἵππου τε πολεμικοῦ καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς ἐνδεῶς ἔχοντας, ἅτε μὴ στρατευσαμένου βασιλέως ἐκ πολλοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀχρήστων καὶ ἀσυντελῶν καὶ τὸν ὀψωνικὸν αὐτῶν παραιρεθέντων καὶ τὸ ἀνέκαθεν σιτηρέσιον (δειλοὶ γὰρ καὶ ἀνάλκιδες καὶ πρὸς οὐδὲν γενναῖον χρησιμεύοντες κατεφαίνοντο)· καὶ αὐτὰς τὰς σημαίας σιωπηρῶς ἀποφθέγγεσθαι πιναρὰς ὁρωμένας ὥσπερ ἀπὸ λιγνύος ἐζοφωμένας καπνοῦ, καὶ ὀπαδοὺς ἐχούσας εὐαριθμήτους καὶ πενιχρούς. Ταῦτα τοῖς παροῦσιν ὁρώμενα πολλὴν ἀθυμίαν προσῆγον καὶ ἐνεποίουν, ἀναλογιζομένοις ἐξ οἵων ποῖ κατηντήκασι τὰ Ῥωμαίων στρατόπεδα, καὶ αὖθις τίνα τρόπον κἀκ ποίων χρημάτων καὶ διὰ πόσου τοῦ χρόνου εἰς τὸ ἀρχαῖον C ἐπανελεύσονται, τῶν μὲν γηραιοτέρων και πεπειραμένων ἀφίππων ὄντων καὶ ψιλῶν, τῆς δὲ νεαλοῦς στρατιᾶς ἀπειροπολέμου καθεστηκυίας καὶ τῶν πολεμικῶν οὐκ ἐθάδος ἀγώνων. Καὶ αὖθις τὸ τῶν ἀντιτεταγμένων φιλοκινδυνότατον ἐν πολέμοις, ἐπίμονον καὶ ἔμπειρον καὶ ἐπιτήδειον. Πάντοθεν οὖν ὁ βασιλεὺς ἐξαπορούμενος ὅμως διὰ τὴν κοινὴν λυσιτέλειαν ἔκρινεν ὡς ἐνῆν τοῖς ἐχθροῖς ἀντιπαρατάξασθαι καὶ τῆς πολλῆς αὐτοὺς ποσῶς ἀναχαιτίσαι καὶ ἀναστεῖλαι ὁρμῆς. Τοὺς γὰρ ἐναντίους ἀγνοοῦντας τὰ οἴκοι τὸν βασιλέα πιέζοντά τε [P. 824] καὶ θλίβοντα ἡ ἀθρόα τούτου ὁρμή τε καὶ ἔφοδος μᾶλλον ἐξέπληξεν, οἰηθέντας, ὥσπερ καὶ ὕστερον μεμαθήκαμεν, ὅτι κινδύνων οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐδένα λόγον πεποίηται, ἀλλ' ἔαρος ὢν φοιτητὴς καινοποιήσει καὶ D ἀνηβήσει τὰ Ῥωμαίων πράγματα καὶ ἀντισηκώσει τοῖς ἐχθροῖς τὰ ἐπίχειρα. [Διὰ] ταῦτά τοι ὁ μὲν σουλτανος ὀπισθόρμητος γέγονε, μοῖραν δέ τινα μεγάλην ἀποτεμόμενος, καὶ ταύτην διχῇ διελών, τὴν μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν τὴν ἄνω νοτιωτέραν ἐκπέμπει, τὴν δὲ βορειοτέραν παραγγέλλει γενέσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς ἐνῆν τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπιῤῥώσας ὅλῃ χειρί, καὶ ἀξιώμασι καὶ δώροις ἀναθαῤῥῆσαι πεποιηκώς, καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχας ἀρίστους ἑκάστῳ τάγματι ἐπιμελῶς προστησάμενος, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ στρατιὰν ἀξιόλογον κατεστήσατο, καὶ μετ' αὐτῆς ἐπὶ Πέρσας προθυμότερον ἤλαυνεν. Ὡς δὲ τὸ βόρειον στρατόπε-

A serat, ut ibi hiemaret, et ineunte vere ut **668** ex propinquo posset invadere et penitus Romanorum res evertere ac demoliri. Imperator autem adducens exercitum, non qualem decebat Romanorum imperatorem, sed qualem præsens occasio præbuit ex Macedonibus et Bulgaris et Cappadocibus et Uzis et aliis, ut fors tulerat, nationibus, insuperque e Francis et Barangis, studiose iter arripuit, et coacti sunt imperatoris jussu omnes qui erant in Phrygia seu provincia Orientalium. Ubi cernere poterat nescio quid incredibile, celebres illos antesignanos Romanorum, qui omnem et Orientem et Occidentem in servitutem redegerant, ex paucis viris collectos, iisque paupertate et vexatione demissis atque omni armorum genere spoliatis, pro B gladiis et aliis bellicis armis, ut Scriptura dicit, jacula et falces non tempore pacis adducentibus, et bellico equitatu alioque indigentibus apparatu, quippe cum imperator illuc cum exercitu jampridem profectus non esset, et hac de causa illis tanquam inutilibus adempta essent cibaria et qui præberi consueverat commeatus : timidi enim et imbecilles et ad nullam rem strenuam usui censebantur; ita ut etiam ipsa signa silentio responderent, sordida conspecta, tanquam ab extincto lumine obscurato fumo, et paucos habentia ministros eosque pauperes. Hæc iis qui aderant cernentibus causa erant ut multum desponderent animum et metuerent, cogitantes ex quo statu in quem redacti sint Romanorum **669** exercitus, et rursus quanam ratione et qui- C bus opibus et quanto tempore in antiquum statum vindicari possint, cum majores natu et veterani milites et periti carerent equitatu et inermes essent, tirones autem imperiti neque bellicis certaminibus assueti. Ad hoc adversarios quoque maxime strenuos et audaces ab subeunda belli pericula, et stabiles atque peritos et idoneos norant. Ex omni igitur parte anceps et sollicitus imperator tamen communis utilitatis causa, statuit, quantum in se erat, contra hostes instrui, eorumque ex aliqua parte ingentem impetum comprimere. Et adversarios quidem, ignaros quibus malis domi vexaretur ac premeretur imperator, repentinus ipsius conatus et adventus magis perterruit, ratos, ut postea didicimus, hominem hunc D periculorum nullam rationem habiturum, sed verno tempore adventurum, auctoremque fore ut rursus Romana res efflorescat et paria hostibus rependat. Quibus de causis sultanus recessit. Verum divisa haud exigua exercitus manu in duas partes, alteram in Asiam superiorem ad Istrum magis sitam emittit, alteram ad partes magis aquilonares. Imperator autem suis, quantum licuit, confirmatis omni potestate et dignitate ac muneribus, et bono animo esse jussis, manipulorumque ductoribus et optimis præfectis unicuique legioni diligenter attributis, brevi tempore idoneum contraxit exercitum, et cum ipso in Persas alacrius proficiscebatur. Ut

quædam pugna et metus plena conflata est, Comnenus autem signo dato iis qui in insidiis erant ut erumpentes in hostes violento impetu invaderent, auctor fuit ut Bryennius profligaretur. Captus est igitur Bryennius vivus, plures ex ipsius militibus occubuere, et haud pauciores capti, et qui aliis præstabant. Bryennius autem captus tantæ dementiæ pœnas sustinuitoculorum amissionem, multum secum lugens ac conquerens de suo pessimo consilio. Qua de re certior factus imperator Deo atque ejus Matri gratiarum actiones persolvit.

Occiditur etiam frater ipsius Byzantii a Barangis : nam cum Bryennius defecisset et cum eo Barangi qui extra erant conspirassent, Barangi in palatio delectum unum ex suis ad suos gentiles mittunt, petentes ut relicto perduelli ad imperatorem accederent Sed cognitus et detentus graviterque examinatus omnia quæ sibi indicata fuerant aperuit. Cui Joannes ob hoc offensus nares amputat. Quare haud æquo animo contumeliam hanc ferens Barbarus Joannem e palatio exeuntem occidit, **738** gentili gladio ipsum percutiens. In imperatorem quoque Barangi insurexerunt, eumque occidere studebant. Verum cum !se illis opposuissent imperatoris milites, ad preces conversi placato imperatore veniam consecuti sunt.

Imperator autem, vita functa ejus uxore Berdena, quæ una cum ipso regina declarata fuerat, aliam duxit : multæ enim ipsi despondebantur, Zoe imperatoris Ducæ filia, virgo et forma decora, et senatorum filiæ multæ ætate jam nubiles. Sed ille unam e duabus petebat, vel uxorem ducis ac rursus Diogenis Eudociam, vel Michaelis, qui nuper regnaverat, Mariam ex Alanis. Mittit igitur qui sibi adducerentEudociam, quæ cum summa voluptate sequebatur. Quo cognito monachus, qui tunc summa cum virtute vixerat, quemque pro alio quovis nomine sanctissimum vocabant, omnibus modis studuit impedire absurdum hoc facinus, multa et in memoriam redigens quæ ipsam ab hac cupiditate reprimere possent. Ducit igitur Mariam, omni pudore remoto, imperator, et cum ipsa sacrilegio conjungitur, statimque sacerdos abdicatur ut aperto commisso adulterio. Michael autem detonsis capillis sententia patriarchæ et metropolitarum Ephesi archiepiscopus deligitur. Semel tamen ad ipsam urbem accessit, et reversus in Manuelis monasterium ibi mansit, suis manibus elaborans. Egregie vero cultus est ab Alexio **739** Comneno, qui postmodum imperavit, sub cujus etiam imperio diem suum obiit, suam uxorem Ma-

JACOBI GOARI NOTÆ.

(48) Ἁγίους, ut Latini *fratres*, se mutuo vocitant Græci monachi : hunc itaque ceu præcipua sanctitate fulgentem πανάγιον compellabant. Hæc apud Græcos honoris monstra.

riam, post Botaniatæ abdicationem monacham factam, venia eorum quæ in se admiserat in ipsa morte dignatus.

Nicephorus autem Basilacius primus præses, cum Dyrrachium pervenisset, exercitum ex omnibus illis locis coegit. Accersivit etiam Francos ex Italia per episcopum Diabolæ Theodosium muneribus ac donis adversus Bryennium conciliatos. Coacto autem idoneo exercitu ex Francis et Bulgaris Romanisque et Arbanitis, profectus inde ad Thessalonicam contendebat; cumque pervenisset Achridas, cupiebat ibi declarari, sed diligentia ac studio illius qui ibi archiepiscopus erat prohibitus fuit. Thessalonicæ autem certior factus est de Botaniatæ declaratione, et litteras quidem ad ipsum misit, quibus se ei subjectum declarabat. Verum clam contra eum nescio quid moliebatur, adjutore sibi ad hoc ascito quodam nomine Gymno et Gregorio Mesemero et Tessaracontapechy; accersivit item sibi Patzinacas in societatem. Imperator vero ubi ejus consilium cognovit et institutum, scripto aureo diplomate, quo ipsum ab hoc incepto averteret, quemdam ex familiaribus ad ipsum misit, qui omni eum metu liberans nobilissimi quoque dignitatem polliceretur. Ille autem beneficia quæ sibi in prompto erant aspernatus, postea deflevit incassum. Et adversus ipsum mittitur nobilissimus Alexius, eo honore **740** affectus ut esset Augustus, cum idoneo exercitu. Cum igitur præsidium Basilacii esse Peritheorii comperisset, cui præfectus erat Gymnus, prælio id ipsi eripuit, trajiciensque exercitum Thessalonicam omnium malorum expers ibi se recepit, et ex quodam intervallo constructo vallo trans fluvium nomine Bardarium ibi exercitum et castra locare decreverat. Sed Basilacius victoriam præripere contendens, cogitavit noctu per insidias in ipsum invadere et vi captum cum omni exercitu perdere atque omnino delere. Verum cum insidias Gemistus indicasset Augusto, eas evitavit tum ipse tum qui cum eo erant. Profectus igitur Basilacius per totam noctem improvisus et incognitus, quantum sibi videbatur, in difficile prælium incidit. Igitur omnino victus, et pluribus ex suis amissis, præsertim ex Francia, et cum domestico præliatus et ab ipso debellatus in Thessalonicæ arcem confugit, existimans loci munitione se prohibiturum Augusti impetum. Augustus autem nihil curans expugnationem oppidi, suos hortatus est ut quam primum impetum facerent. Qui crebro et efficaci impetu facto Thessalonicensibus sibi consentientibus statim hostes superarunt; et Augustus arce potitus est. Capitur autem ipse Basilacius, et in ferrea vincula conjectus ad imperatorem vinctus mittitur. Hujus rei nuntio ad imperatorem perlato, ipsius jussu et oculi effodiuntur, proxime Chrysopolim, et ex eo tempore **741** locus ille appellatus est Fremitus

καὶ ἐκοιμήθη, τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον Μαρίαν μετὰ τὴν τοῦ Βοτανειάτου καθαίρεσιν μοναχὴν γενομένην συμπαθείας τῶν εἰς αὐτὴν ἐπταισμένων ἀξιώσας ἐν τῇ τελευτῇ.

Ὁ δὲ πρωτοπρόεδρος Νικηφόρος ὁ Βασιλάκιος τὸ Δυῤῥάχιον καταλαβὼν στρατὸν ἤθροιζεν ἐκ πασῶν τῶν ἐκεῖσε χωρῶν, μετεπέμψατο δὲ καὶ Φράγγους ἐξ Ἰταλίας διὰ τοῦ ἐπισκύπου Διαβολέως Θεοδοσίου, φιλοτίμοις ταῖς ἀξιώσεσι κατὰ τοῦ Βρυεννίου συσκευαζόμενος. Συναγηοχὼς δὲ στρατιὰν ἀξιόλογον ἔκ τε Φράγγων καὶ Βουλγάρων Ῥωμαίων τε καὶ Ἀρβανιτῶν, ἄρας ἐκεῖθεν πρὸς Θεσσαλονίκην ἠπείγετο. Ἀφιγμένος δὲ εἰς Ἀχρίδας ἠβούλετο μὲν ἐκεῖσε ἀναγορευθῆναι, σπουδῇ δὲ τοῦ ἐκεῖκε ἀρχιερατεύοντος ἐκωλύθη. Ἐν δὲ Θεσσαλονίκῃ γενόμενος ἐπληροφορήθη τὴν τοῦ Βοτανειάτου ἀναγόρευσιν, καὶ δουλικὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλε γράμματα, ἐν τῷ λεληθότι τὰ τῆς ἀνταρσίας διεπράττετο, συνεργὸν ἔχων πρὸς τοῦτο τόν τε λεγόμενον Γυμνὸν, καὶ Γρηγόριον τὸν Μεσήμαρ, καὶ τὸν Τεσσαρακοντάπηχυν. Προσεκαλεῖτο δὲ καὶ τοὺς Πατζινάκους εἰς συμμαχίαν. Ὁ βασιλεὺς δ' ὡς ἔγνω τὸν τούτου σκοπὸν καὶ τὴν προαίρεσιν, χρυσοβούλλῳ γραφῇ τὸ ἀμέριμνον αὐτῷ περιποιησάμενός τινα τῶν οἰκείων πρὸς αὐτὸν ἐξαπέστειλε, παντὸς μὲν ἀπολύων δέους αὐτὸν καὶ νωβελισσίμου βραβεύων ἀξίωμα. Ὁ δὲ τὰς ἐν χερσὶν εὐεργεσίας περιφρονήσας ἀνόνητα μενεκλαύσατο ὕστερον. Διὸ καὶ στέλλεται κατ' αὐτοῦ ὁ νωβελίσσιμος Ἀλέξιος τιμηθεὶς σεβαστὸς μετὰ στρατιᾶς ἀξιολόγου καὶ ἱκανῆς. Φρουρὰν οὖν ἐν τῷ περιθεωρίῳ τοῦ Βασιλακίου καταλαβὼν στρατηγὸν ἔχουσαν τὸν Γυμνὸν, πολέμῳ τοῦτον ἀνήρπασε. Προβιβάζων δὲ τὴν στρατιὰν ἄχρι Θεσσαλονίκης ἀπαθὴς διεσώθη κακῶν. Ἔκ τινος δὲ διαστήματος τὸν χάρακα θεὶς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Βαρδαρίου, ἐκεῖσε τὸν στρατὸν διαναπαῦσαι ἐσκόπησεν. Ὁ δὲ Βασιλάκιος τὴν νίκην κλέψαι ἀγωνιζόμενος, ἐσκέψατο νυκτίλοχος ἐπιπεσεῖν αὐτῷ καὶ τοῦτον κατὰ κράτος ἑλεῖν καὶ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι παντελεῖ. Τοῦ δὲ Γεμιστοῦ τὴν ἐπιβουλὴν καταμηνύσαντος τῷ Σεβαστῷ, ἐφυλάξατο ταύτην αὐτός τε καὶ οἱ περὶ αὐτόν. Ἐλάσας τοίνυν ὁ Βασιλάκιος δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἀπροόπτως τῷ δοκεῖν καὶ ἀδιαγνώστως, πολέμῳ χαλεπῷ περιέπεσε. Κατὰ κράτος οὖν ἡττηθεὶς καὶ τῶν οἰκείων πλείστους ἀποβαλὼν, καὶ μᾶλλον τῶν Φράγγων, καὶ αὐτὸς δὲ τῷ δομεστίκῳ ἀντιταχθεὶς καὶ παρ' αὐτοῦ καταπονηθεὶς εἰς τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἀκρόπολιν καταπέφευγεν, οἰόμενος τῷ ὀχυρώματι ἀποσοβῆσαι τὴν τοῦ Σεβαστοῦ ἐπέλευσιν. [P. 866] Ὁ δὲ Σεβαστὸς μηδὲν μελλήσας τὴν ἅλωσιν τοῦ φρουρίου τοῖς ἀμφ' αὐτὸν προετρέψατο διὰ τάχους ποιήσασθαι· οἳ καὶ ἐνεργεῖς τὰς προσβολὰς ποιησάμενοι, τῶν Θεσσαλονικέων συμφρονησάντων αὐτοῖς, ταχὺ τούτου περιγίνεται καὶ τῆς ἀκροπόλεως ἐκυρίευσεν. Ἁλίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς, σιδηροῖς ἐμβάλλεται δεσμοῖς, καὶ τῷ βασιλεῖ ἀποστέλλεται δέσμιος. Τῆς δὲ ἀγγελίας καταλαβούσης τὸν βασιλέα προστάξει αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται ἐγ-

γιστα τῆς Χρυσουπόλεως· καὶ ἔκτοτε ὁ τόπος ὠνόμασται βρύσις (49) τοῦ Βασιλακίου. Τούτου γενομένου ἤχθη ἐφ' ἁμάξης φόρτος ἐλεεινὸς καὶ δυστυχὲς καταγώγιον.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ στρατεύματα εἰς τὴν περὶ τὸν Βασιλάκιον ἠσχολοῦντο ἐκστρατείαν, Πατζινάκοι ἀναμὶξ Κομάνοις τῇ Ἀδριανουπόλει ἐπῆλθον, ὀργιζόμενοι διὰ τὸ παρὰ τοῦ Βρυεννίου ἀναιρεθῆναί τινας αὐτῶν. Πυρὰν οὖν ὑφάψαντες πολλὰ τῶν ἐκεῖσε οἰκημάτων κατέπρησαν, καὶ μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες ὑπέστρεψαν.

Ὡμολόγησε δὲ τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Φιλάρετος κουροπαλάτης ὁ Βραχάμιος πίστιν τῷ βασιλεῖ καὶ δούλωσιν. Ἐν τισι γὰρ τόποις ὀχυροῖς τείχεσι καὶ ξυναγκείαις περιειλημμένοις τὴν οἴκησιν ποιούμενος, Ἀρμενίων τε πληθὺν καὶ συγκλύδων ἀνδρῶν συλλεξάμενος, τῷ μὲν προβεβασιλευκότι Μιχαὴλ ἀκαταδούλωτος ἦν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐπικράτειαν ἑαυτῷ οἰκειούμενος, τοῦ δὲ Βοτανειάτου περιζωσαμένου τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα δοῦλος αὐτεπάγγελτος γέγονε.

Λέκας δέ τις ἀπὸ Παυλικιάνων Φιλιππουπόλεως ὡρμημένος ἐξ Ἐπιγαμβρίας ηὐτομόλησε τοῖς Πατζινάκοις, καὶ τούτοις συμφρονῶν τῇ Ῥωμαίων ἠπείλει τὰ φοβερώτατα· ἀλλὰ καὶ Δοβρομηρός τις ἐν Μεσημβρίᾳ διακυκῶν. Καὶ τῷ βασιλεῖ ἀνταῖραι μελετῶντες, δείσαντες καὶ τοῖς τῶν ἄλλων σωφρονισθέντες κακοῖς, πρὸ τῆς πείρας δουλικῷ ζυγῷ τοὺς αὐχένας ὑπέκλιναν καὶ προσῆλθον ἱκέται αὐτόμολοι. Τότε δὴ ὁ Λέκας τὸν ἐπίσκοπον Ζαρδικῆς Μιχαὴλ τὰ τοῦ βασιλέως φρονοῦντα καὶ τὴν πόλιν αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παραινοῦντα ἀνεῖλε, τὴν θείαν καὶ ἱερατικὴν στολὴν ἀμπεχόμενον. Ἠξίωσε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πρὸ τοῦ Αὐγοῦσταν Εὐδοκίαν προνοίας μεγάλης. Ἄρτι δὲ τῶν Τούρκων τὴν Ἑῴαν κατατρεχόντων, στρατὸν ἀξιόχρεων συνηλικῶς στρατηγὸν αὐτοῦ ἐφίστησι Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα. Καὶ αὐτίκα διαπεράσας νεωτερίζει κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεὺς αὐτίκα ἀναγορεύεται παρὰ τοῦ ἐν Χρυσοπόλει συνόντος αὐτῷ στρατιωτικοῦ πλήθους. Ἀξιώσας δὲ περὶ τούτου ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εἰσακουσθεὶς, τοὺς μὲν δώροις καὶ ἀξιώμασι μειλιξάμενος, ἄλλους δὲ ἄλλον τρόπον μεταχειρισάμενος, λαμβάνει τοῦτον ἀναιμωτὶ, [P. 869] αὐτῶν τῶν ἀναγορευσάντων προδεδωκότων αὐτόν. Ἀποκείρει γοῦν αὐτὸν μοναχὸν καὶ εἴς τινα νῆσον περιορίζει. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ εἰς πρεσβυτέρου ἀνήχθη βαθμόν.

Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ιγ', κεραυνὸς ἐνσκήψας ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κίονι, οὗ ἄνωθεν ἡ στήλη αὐτοῦ (50) ἵστατο. Ἀπόλλωνος οὖσα ἀφίδρυμα πρότερον, εἰς ὄνομα δὲ μετονομασθεῖσα, μέρος τε τούτου διέτεμε, καὶ ζωστῆρας τρεῖς, σιδηροῦς μὲν τὰ ἔνδον, τὰ δὲ ἔξω χαλκοῦς, κατέκαυσε. Τοῦ δὲ ἀρχιερέως τῆς Βουλγαρίας

A Basilacii; quo facto perductus est in curru onus miserabile et infelix ludus.

Interea vero dum exercitus in expeditione adversus Basilacium occupatur, Patzinaci cum Comanis conjuncti Adrianopolim invasere, irati quod a Bryennio quidam ex ipsis interfecti fuerant. Succensa igitur pyra multas ibi domos combussere, nullaque re memoratu digna gesta reversi sunt.

Professus est hoc anno etiam Philaretus curopalates Brachamius fidem et servitutem imperatori: in quibusdam enim locis muris munitis et convallibus comprehensis habitans coacta Armeniorum et advenarum multitudine, nunquam Michaeli, qui antea imperaverat, subjici voluit, et sibi regiam potestatem vindicaverat. Verum cum Botaniates adeptus esset imperium, servus ultro ad eum accessit. B

Lecas autem quidam a Paulicianis ex Philippopoli profectus, Epigambria ad Patzinacas transfugit, et cum his consentiens Romanis formidabilia minabatur; quin etiam Dobromiris quidam in Mesembria res perturbans. Et uterque meditantes imperatori resistere, veriti et aliorum malis edocti, ante conatum servili jugo cervices submisere, et ad eum ultro supplices accesserunt. Tunc Lecas episcopum Sardices imperatoris studiosum, et civitatem ut hoc ipsum faceret adhortantem, occidit 742 sacram et sacerdotalem vestem indutum. C Magnam quoque curam gessit imperator Eudociæ illius quæ ante se fuerat Augusta. Cum vero nuper Turci Orientem percurrerent, coacto idoneo exercitui ducem præfecit Constantinum Constantini Ducæ filium; qui statim trajecto exercitu adversus imperatorem res innovat, et e vestigio imperator ab ea militari multitudine quæ cum ipso erat Chrysopoli salutatur. Cumque de ipso imperator voluisset nescio quid statuere, non exauditus, alios donis atque honorum pollicitationibus deliniens, alios alia ratione ab incepto abducens, ipsum sine sanguine accipit, proditum sibi ab iis qui eum imperatorem declaraverant. Detondet igitur illum monachum, et in quamdam insulam relegat. D Fertur etiam ad presbyteri gradum perductus.

Octobri autem mense, indictione decima tertia, fulmen magni Constantini columnam percussit, supra quam stabat ipsius columna, quæ prius erat sedes Apollinis, deinde nomine ipsius appellata; et partem ejus discidit, triaque vincula intus ferrea, extra ærea combussit. Vita autem functo Joanne Bulgariæ archiepiscopo in transitu Basilacii, alium

JACOBI GOARI NOTÆ.

(49) *Fontem* βρύσιν vel βρύσην hodie vulgo Græci nuncupant. Βασιλακίου itaque βρύσις locus ubi ex effossis ejus oculis sanguis erupit est dictus.

(50) *Ejus statua.*

in ejus locum imperator declaravit, Joannem itidem nomine, qui Aoinus, id est abstemius, vocabatur, quod nunquam vinum gustaret. Similiter mortuo Antiochiæ patriarcha declaravit imperator quemdam Nicephorum Maurum **743** cognomento. Scopiorum autem dux delectus est Alexander Cabasilas. Leo vero Diabatenus in Mezembriam missus res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percusso fœdere consensit. Dedit item sororis suæ filiam Synadenen, Theodulo Synadeno genitam, crali Ungariæ uxorem, quo etiam mortuo rursus est Byzantium reversa. Et alii multi metropolitæ et sacri viri ipso imperante delecti sunt; qui omni reprehensione caruerunt. Imperator autem frugalitati et simplicitati assuetus nulla ex parte a suis moribus declinavit. Erat autem maxime promptus ad largiendum et liberalissimus et ad omnes propensus. Erant ipsi duo servi Borilus et Germanus, qui non ei ut servi obediebant, sed quæcunque ipsis liberent, sine controversia peragebant; propter quos ille odiosus erat senatus principibus, qui ægre ferebant illorum in omnes facinora. Ubi vero, ut superius declaratum est, logotheta ad Ruselium confugit et apud ipsum commoratus est, detonsusque ab ipso servabatur, Ruselium veneno interficit. Sed a propinquis Ruselii ad Botaniatem perductus in Prota insula asservatur. Cumque ii qui cum ipso erant optime nossent, si solum ipsum videret, fore ut veniam consequeretur, utpote qui multarum rerum usu præditus esset, et imperator ipse ad res gerendas esset hebetior, qui cum imperatore erant haud conducere sibi existimantes (fore enim sibi impedimento **744** suspicabantur) misso magno hetæriarcha Straboromano eum interficiunt; cui tamen ab imperatore id unum mandatum fuerat, ut de iis pecuniis quæ ad regiam urbem pertinerent eum modo interrogaret, neque ulterius in rebus ei molestiam exhiberet. Ille autem simul atque ad eum pervenit, vinciri jubet et acerbe torqueri, adeo ut in ipsis tormentis animam efflarit, quamvis promitteret, si non torqueretur, se et confessurum et redditurum ipsas pecunias. Verum, ut dixi, non tantum ipsis curæ erant regii thesauri, quantum efficere ut e medio tolleretur, priusque in conspectum veniens imperatoris cum eo colloqueretur. Et quæ ad cædem logothetæ pertinent hunc exitum habuere.

A Ἰωάννου τελευτήσαντος ἐν τῇ τοῦ Βασιλακίου διόδῳ, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς προεβάλετο, Ἰωάννην καὶ αὐτὸν καλούμενον, Ἄοινον δὲ ὀνομαζόμενον διὰ τὸ μηδ' ὅλως μετέχειν αὐτοῦ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ Ἀντιοχείας πατριάρχου κοιμηθέντος προεβάλετο ὁ βασιλεύς τινα Νικηφόρον, Μαῦρον τὴν ἐπωνυμίαν φέροντα. Σκοπίων δὲ δοὺξ προεβλήθη ὁ Καβασίλας Ἀλέξανδρος. Λέων δὲ ὁ Διαβατηνὸς εἰς Μεσημβρίαν ἀποσταλεὶς τὰ ἐκεῖσε ἦν διοικῶν καὶ μετὰ τῶν Πατζινάκων καὶ τῶν Κομάνων συμβιβάσεις καὶ σπονδὰς τιθέμενος. Δέδωκε δὲ καὶ τὴν ἀνεψιὰν αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς τὴν Συναδηνήν, θυγατέρα οὖσαν Θεοδούλου τοῦ Συναδηνοῦ, τῷ κράλῃ Οὐγγαρίας εἰς γυναῖκα, οὗ καὶ τελευτήσαντος αὖθις εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπέστρεψε. Καὶ χειροτονίας δὲ πολλὰς B μητροπολιτῶν τε καὶ τῶν ἄλλως ἱερωμένων γεγόνασιν ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, μὴ ἔχουσαι τὸ ἀνεπίληπτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς λιτότητι καὶ ἁπλότητι συνειθισμένος κατ' οὐδὲν τοῦ οἰκείου ἐξέστη τρόπου. Φιλοδωρότατος δὲ ἦν καὶ προετικὸς καὶ πᾶσιν ἑτοίμως ἐπικλινόμενος. Ἦσαν δὲ τούτῳ δοῦλοι δύο, Βορίλος τε καὶ Γερμανὸς, οὐ κατὰ δούλους αὐτοῦ ὑπακούοντες, ἀλλὰ πᾶν τὸ αὐτοῖς βουλητὸν διαπραττόμενοι ἀνενδοιάστως· δι' οὓς καὶ φορτικὸς τοῖς ἐξοχωτέροις τῆς συγκλήτου ἐνομίζετο, δακνομένοις ἐφ' οἷς εἰς πάντας ἐπεδείκνυντο. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἱστόρησεν, ὁ λογοθέτης τῷ Ῥουσελίῳ προσέδραμε καὶ παρὰ τούτῳ διῆγε κατασχεθείς τε πρὸς αὐτοῦ ἐτηρεῖτο, τὸ μὲν Ῥουσέλιον φαρμάκῳ ἀναιρεῖ, παρὰ δὲ τῶν ἐπιτηδείων τοῦ Ῥουσελίου τῷ Βοτανειάτῃ προσαχθεὶς φρουρεῖται ἐν τῇ νήσῳ Πρώτῃ. C Τῶν δὲ περὶ αὐτῶν εἰδότων ἀκριβῶς ὡς εἰ μόνον ἴδῃ αὐτὸν, συμπαθείας τε τεύξεται καὶ εἰς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν προσληφθήσεται ὡς πολύπειρος, ἀμβλύτερον πρὸς ταῦτα τοῦ βασιλέως ἔχοντος, ὅπερ μὴ συμφέρον αὐτῷ οἱ περὶ τὸν βασιλέα λογιζόμενοι (ἔσεσθαι γὰρ αὐτὸν σκόλοπα ἑαυτοῖς ὑπελάμβανον) ἀποστείλαντες τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην τὸν Στραβορωμανὸν ἀναιροῦσιν αὐτὸν, παρὰ μὲν τοῦ βασιλέως προστεταγμένον ὃν περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων (51) πυθέσθαι μόνον αὐτοῦ καὶ μὴ περαιτέρω τούτῳ ἐνοχλῆσαι. [A. 852] Ὁ δὲ ἅμα τῷ ἀφικέσθαι δεσμεῖ τε αὐτὸν καὶ ἐτάζει σφοδρῶς, ὃς δὴ καὶ ἐν τῷ ἐτάζεσθαι ἀφῆκε, τὴν ψυχήν. Καίτοι γε ὑπισχνεῖτο, εἰ μὴ ἐτασθείη, ὁμολογῆσαι ταῦτα καὶ ἀναδοῦναι· ἀλλ', ὥσπερ ἔφην, οὐ τοσοῦτον ἔμελεν αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ὅσον ποιῆσαι αὐτὸν ἐκποδὼν πρὸ τοῦ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν καὶ ὁμιλίαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ λογοθέτου τοιοῦτον ἔσχε τέλος.

JACOBI GOARI NOTÆ.

(51) Hæc logothetam ærarii præfectum esse si non convincunt, sol alter meridie serenoque cœlo desiderandus est.

ANNO DOMINI MLXXII

MICHAEL PSELLUS

—

LEONIS ALLATII

DE PSELLIS ET EORUM SCRIPTIS

DIATRIBA.

—

Diatribam hanc post editionem Romanam anni 1634 recudit Fabricius in *Bibliothecæ Græcæ* tomo V. Integram damus, quia, cum, de ipso Michaele Psello nostro agens (inde a § XXI), ad alios sæpenumero, de quibus jam egit aut acturus est, provocet auctor, fit ut scriptores ab eo recensiti nexu quodam inter se jungantur.

—

SYLLABUS PSELLORUM

De quibus in hac Diatriba disserit Allatius.

I. Michael Psellus sive Τραυλὸς imperator, ab A. C. 820 ad 829. Sect. 1.
II. Michael Psellus, Leonis Byzantini, cognomento Philosophi, præceptor, Photii discipulus, clarus circa A. C. 870. Sect. 2-20.
III. Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa A. C. 1050. Sect. 21-33. Ejus scripta edita. Sect. 34, 52 et 78; inedita, sect. 53-77. — Hujus etiam sunt capita illa de omnifaria doctrina, quæ hic primum cum Allatio edidi.
Michael Ephesius a Psello diversus. Sect. 31. Forte ipse Michael Ducas imp. Pselli discipulus. Sect. 32.
IV. Michael Psellus, medicus, sub Constantino Perphyrogenneta. Sect. 71.
V. Michael Psellus, vir militaris, sub Theodoro Lascari. Sect. 79.
VI. Joannes Psellus. Sect. 49, 56, 80.
VII. Constantinus Psellus. Sect. 50 et 80.

I. *Michael Psellus, sive* Τραυλὸς *imp.*

[1] I. Primus omnium (*a*) sit Michael Amorianus (*b*), post Leonem Armenium imperator Constantinopolitanus, quem alii Τραυλὸν, *Balbum* dixere. nos Ψελλὸν (idem enim erit, quidquid alii dicant) vocabimus. Suidas, Ψελλὸς ἀσήμως, ἀνάρθρως λαλῶν, Τραυλὸς, *Psellus, obscure, inarticulate loquens, Balbus*. Sed ne cognomina, summa etiam religione conservanda, in alias ejusdem significationis voces immutare, etsi non novo exemplo, videamur, en testem omni exceptione majorem, ea prope tempora scribentem, Nicetam, qui et David dicebatur, Paphlagonem, in Vita sancti Ignatii patriarchæ, qui dictum imperatorem non alio quam Pselli cognomine insignit. Μιχαὴλ γὰρ, ὃν καὶ Ψελλὸν φασι, δομέστικος τῶν ἐξκουβίτων ὢν τότε, καὶ ὡς τυραννίδα μελετῶν διαβληθεὶς καὶ κατακλεισθεὶς διὰ τῶν αὐτοῦ συνωμοτῶν. *Etenim Michael, quem Psellum nominant, excubitorum tunc domesticus, de affectato regno delatus, et in custodiam datus a commilitonibus suis, et sociis conjurationis*, etc. Hic tamen in posterioribus historicis sub Τραυλοῦ, *Balbi*, nomine innotescit: in Christianæ fidei dogmata, res ecclesiasticas, et præcipue in adorationem sacrarum imaginum, voce et opere vere ψελλὸς, *blæsus*, vere τραυλὸς, *balbus*.

II. *Michael Psellus, Photii discipulus, circa A. C.* 870.

[2] II. Alter Michael Psellus in Antro insula, doctus vir, in cognoscendis atque tradendis optimis artibus ac disciplinis studium omne suum posuerat; multis ipse nominibus commendatus, sed eo præcipue, quod solus, cæteris omnibus in deploratissima Græcia, somno ac luxu marcescentibus, emortuas Musas omnes non intermisit, sed accuratius pertractavit, volentibusque philosophiæ fontes aperuit. Ab hoc Leo Byzantius, Joannis patriarchæ Constantinopolitani nepos, stirpe Morocharzaniorum, cognomento Philosophus, post studia puerilia liberalium disciplinarum elementa hausit, ut refert Joannes Scylitza in *Historia Orientali* et ex Scylitza Cedrenus in *Synopsi*, Τὰ μὲν

NOTÆ.

(*a*) Non omittendus erat omnibus ab Allatio memoratis antiquior *Simon Psellus*, Flavii Josephi πρόπαππος sive atavus, cujus ipse meminit in limine Vitæ suæ.

(*b*) Amorium Phrygiæ oppidum, quo oriundus Michael Balbus obiit A. C. 829, mense Octobri, cum imperasset annos VIII, menses 9 et dies totidem.

οὖν ´γράμματα ἔλεγεν ὁ Λέων, καὶ ποιητὰς μυηθῆναι κατὰ τὴν Βασιλίδα, ῥητορικὴν δὲ, καὶ φιλοσοφίαν, καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις, καὶ τὰς τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν ἐφόδους κατὰ τὴν νῆσον Ἄντρον γενόμενος· ἐκεῖσε γὰρ σπουδαίῳ τινὶ ἐντυχὼν ἀνδρὶ Μιχαὴλ τῷ Ψελλῷ, καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον, καί τινας λόγους, καὶ ἀφορμὰς λαδὼν παρ' αὐτοῦ, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐδούλετο εὕρισκε, περιενόστει τὰ μοναστήρια, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ἀποκειμένας βίβλους ἀνερευνῶν τε καὶ ποριζόμενος, καὶ σπουδαίως ἐμμελετῶν πρὸς τὸ τῆς τοσαύτης γνώσεως ὕψος ἀνεδιβάσθη. Id est, *Litteris et poetis Leo, ut ipse ferebat, initiatus fuit Byzantii. Rhetoricam, philoxophiam, arithmeticam, et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello, præstante viro, ab eoque principiis tantum et quibusdam præceptis, `occasionibus discendi instructus, neque tantum, quantum desiderabat adeptus, monasteria pervagatus est, librosque in iis repositos perquirens, atque scrutans, studioseque meditans ad tantæ doctrinæ fastigium evasit.* Leonem primis litteris initiatum, Musisque litasse Byzantii vides.

III. Profanis tamen studiis Gentiliumque disciplinis addictissimus, rem Christianam omnino neglexerat, adeo ut multis aliis, et præsertim Constantino discipulo, visus sit, repudiata Christianorum fide, in gentilismum et futiles antiquorum Græcorum τελετὰς animum applicasse, cultumque exosculatum, deos improbe adorasse. Viri ingenium conviciis Constantinus acriter verberavit, et carmine elegiaco insectatus est, quod ita clausit :

Ταῦτα δὲ Κωνσταντῖνος ὁ σῆς γάλα Καλλιοπείης,
  Καλὸν ἀμελξάμενος, φησὶν ἐπισταμένως,
Ὅς ῥα τεῆς κραδίης μυστήρια λεπτολογήσας,
  Ὀψὲ μόγις κακίην κευθομένην ἐδάην.

Id est : [3] *Hæc vero Constantinus, qui tuæ luc Calliopes pulchrum ebibit, expertus dicit : Qui tui cordis arcana intime expendens, tandem aliquando iniquitatem occultam percepi.* Discipuli calumniam Psellus ægre tulit, et carmine iambico, eoque prolixo, quo se Christi asseclam, et gentium hostem palam fatetur, injuriam propulsavit. Carmen elegantissimum, sicut et alia ejusdem inedita apud me sunt ; et tibi non invidissem, sed brevitatis studio in alia magis necessaria ducor. Ut tamen melius res Christianas pertractaret, Photio patriarchæ post Ignatii restitutionem, ad mysteria nostræ fidei addiscenda, totum se tradidit, a quo divina doctrina instructus, prioribus studiis valedixit, quod ipse elegiaco illo carmine refert :

Ἔῤῥε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια. Ἔῤῥετε, Μοῦσαι,
  Αὐταρ ἐγὼν ἀπὸ νῦν ῥητορικῆς ἔραμαι,
Φώτιον ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον εὑρὼν,
  Ὅς με γάλακτ' ἔθρεψεν θείων ναμάτων.

Id est : *Vale mihi, o ter miseranda Polymnia. Valete, Musæ. Ipse enim nunc demum rhetorices desiderio teneor, cum Photium summum præsidem senem magistrum adinvenerim, qui me lacte enutrivit divinarum scaturiginum.* Vocat Photium γεροντοδιδάσκαλον, vel quod senex, vel quod senem erudiret ; ambo quippe erant ætate provectiore. Idque commodius Leoni successit, inter aulæ primates non postremo. Nam Photius dignitate spoliatus in regia Basilii Macedonis vitam agens, Leonem ac Constantinum, cæterosque Basilii filios ad humanitatem, eloquentiam et alias disciplinas informabat. Hinc etiam aditus Leoni ad diviniora studia capessenda datus est. Id habeo ex Constantino Porphyrogenneta (c) de vita et rebus gestis Basilii Macedonis : Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸ τούτου διέλιπε φιλοφρονούμενος αὐτὸν, Φώτιον, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παντοδαπὴν σοφίαν τε καὶ ἀρετήν. Ἀλλὰ κἂν εἰ τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν τοῦ δικαίου θέλων ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῶν εἰς παραμυθίαν οὐδὲν ἐνέλιπε παρεχόμενος. Ὅθεν κἂν τοῖς βασιλείοις διατριβὴν αὐτῷ δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παιδευτὴν καὶ διδάσκαλον. Id : est *Neque vero antea humanitatis in eum, Photium, studia prætermiserat : quinimo propter omnimodam in eo sapientiam ac virtutem honoribus auxit. Et licet a patriarchali sede dimovisset, justitiæ primas concedens, attamen omnia in eum, quibus solari posset, officia contulit. Unde et in regiam evocatum propriorum filiorum informatorem ac magistrum constituit.*

[4] IV. Leo itaque, sive tradendæ philosophiæ munere, sive præstantia, qua et ipse in philosophicis alios superabat, philosophi sibi cognomen vindicavit. Id cum ecclesiasticæ parens historiæ in Annalibus annotasset, anno Domini 859 Michaelem Psellum floruisse, non incongrue affirmavit. Eo namque tempore Michael Psellus non illaudatus vir in philosophandi scientia probabatur, a Michaele altero Psello sub Constantino et Michaele Ducis, diversus, quos parum caute plerique confundentes, misere historiæ ordinem ac tempora perturbarunt, adeo ut non nemo in paucissimis verbis quam plurima mendacia et nugas legentibus obtrudat. Ne nimius sim, en Gregorii Gyraldi verba *De poet. histor.*, Dialogo 5 : *Fuit quidem non incelebris Leo ille, qui Basilii filius, Philosophus cognominatus est, qui circiter annum 887 a Verbo Dei corporato, Byzantii et Orientis annis 25 imperium tenuit, cujus filius Constantinus Ducas fuit, qui et de Christiana religione probe sensit, et optimis artibus et disciplinis operam naviter impendit. Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum fœdera, hostium vires, quæ e quantæ essent, aliaque omnia ad imperium spectantia complexus est : quem librum hodie Venetorum respublica in sua peculiari bibliotheca diligentissime*

NOTÆ.

(c) In Allatii Symmictis, p. 83.

custodire facit. Hujus quoque Constantini tempore, A *vir cum in omni liberalium artium scientia, sed et peregrinarum floruit M. Psellus, cujus innumerales pene libri curiosorum et studiosorum manibus teruntur. Ad hunc certe Constantinum Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta et de auro conficiendo, hoc est, Chrysopæia libri exstant, quos quidam non sane indoctus Constantino magno datos perperam etiam scripto credidit : ut Commentaria mittam, quæ in Zoroastris Chaldaica symbola leguntur, et Canones astronomicos*, etc. ; et paucis interjectis : *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et M. Pselli discipulus, Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria, quæ in exordio ejus principatus Constantinopolitanam urbem invaserat, Parapinaceus cognominatus fuit. Hic quidem* B *Michael cætera ignarus ac socors nisi quod bonis artibus sub Psello profecit, atque imprimis in factitandis versibus, qua in re Græca illum imperatorem commendat historia.*

V. Miror hominem sanæ mentis tam inconsiderate locutum. Leo Philosophus, Leo illi est imperator, Basilii filius. Error. Certum est Leonem imperatorem humanioribus, philosophicis sacrisque studiis addictissimum plurima, quæ etiam exstant, laudabiliter in disciplinarum omni genere conscripsisse: ideoque σοφὸν, sapientem [5] scilicet cognominatum, at nunquam illi philosophi nomen attributum ab eruditioribus est. Ex Leone itaque non Philosopho, altero Sapiente unum facit Leonem, eumque filium Basilii. Imperitius lapsus est auctor *Theatri vitæ humanæ*, vol. XXI, lib. II, pag. C 3759. *Litteris Leo Philosophus imperator initiatus fuit Byzantii, rethoricam, philosophiam, arithmeticam et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello. Cedrenus.* Ingens sane imperatoris et ardens studium, licet auctoritas et facultates nullæ, qui relicta domo neglectisque summi fastigii opibus, in insulam Antrum pro capessendis disciplinis ad magistrum Psellum pererraverit. Nonne multo facillius, præmio, quod poterat, maximo proposito, Psellus vocatus accessisset? Falsum etiam est id asserere Cedrenum, qui Philosophum Leonem a Leone Sapiente et imperatore diversum novit. Et Cedrini verba de Leone Philosopho sunt, quæ supra adduximus.

VI. Pergit Gyraldus : *Cujus*, Leonis scilicet, *filius* D *Constantinus Ducas fuit.* Quis id dixit? Constantinus Ducas longe ab his temporibus vixit. Neque Constantinus Leonis filius Ducæ sibi cognomen unquam ascivit, sed Porphyrogennetæ, quo maxime gaudet et gestit. Ducæ cognomen post centum sexaginta ad minus annos in imperio cepit. *Qui et de Christiana religione probe sensit.* De Constantino Duca forte verum fuerit. Verum quanam ratione Constantinus Leonis filius schismatis propugnator de Christiana religione probe sentire potuit, judicent alii. Conatus illius in vindicando ab injuriis Photio, vel solo Unionis tomo, a Leunclavio in Jure Græco-Romano lib. II edito, satis superque liquet. *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit.* Eum ex codice bibliothecæ Palatinæ, qui Baptistæ Ignatii olim fuisse perhibebatur, descriptum, Græce et Latine edidit Joannes Meursius, cum aliis ejusdem Constantini opusculis, Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1627, in-8°. Verum is non Ducæ, sed Porphyrogennetæ fuit. *Hujus quoque Constantini tempore floruit Michael Psellus.* Si de Psello, cujus innumerabiles, ut ipse ait, libri circumferuntur, sermo est, fallit. Ille etenim non eo tempore vixit. Si de præceptore Leonis Philosophi, licet non fallat, ille tamen innumerabilium librorum editione non celebratur. De quo, an aliquid (*d*) scripserit, adhuc dubitamus. *Ad hunc certe Constantium Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta.* Hoc [6] quoque falsum est. Nam Psellus qui *De victus ratione* conscripsit, Constantino Ducæ (*e*), vel si placet, Constantino Monomacho librum nuncupavit. *Et de auro conficiendo.* Nihil minus. Libellum etenim illum ad patriarcham Michaelem Cerularium, cujus hortatu illum conscripserat, misit. *Quos quidam non sane indoctus.* Optime hic aliorum ineptias abdicat, et nonnulla Pselli commentaria, non tamen Leonis Philosophi magistri, recenset. Subdit, *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et Michaelis Pselli discipulus Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria Parapinaceus* (*f*) *cognominatus fuit.* Nugæ, Constantini, Leonis filii, nullus fuit filius Michael, sed Romanus, cui librum, ut Gyraldus supra dixerat, moriens, *De administrando imperio* reliquit. Et Michael iste sub Psello præceptore Constantinum Ducam patrem cognoscit. Annon bene tractat historiam Gyraldus? Annon bene de Psello atque his imperatoribus meritus, quos fœdissime commiscendo confundit, et loco suo ejectos ad alia tempora conjicit?

VII. Possevinus item, dum scripta recentioris Pselli ad veterem illum Leonis præceptorem transfert, satis male antiquitatem accipit : *Michael Psellus, qui Leonis, cognomento Philosophi, fertur fuisse præceptor, pleraque scripsit, tum ad theologiam, tum ad philosophiam atque ad alias disciplinas, sive mechanicas, sive medicas spectantia ; si tamen omnia, quæ ascribuntur, legitima sunt illius opera.* Nec plus sapit Franciscus Bosquetus, præfat. ad lectorem in Michaelis Pselli de legibus

NOTÆ.

(*d*) Præter carmina, ut illa de quibus supra § 3.

(*e*) Aliter tamen ipse Allatius infra § 11.

(*f*) Quod πινάκιον sive quarta pars modii eo tempore ementibus subtraheretur. Vide Cangium in Πινάκιον.

Syntagma : *Michaelem Psellum, qui præter propter annum Christi* 850 *Leonis Philosophi imperatoris*, etc.

VIII. Et sane parum caute Andreas Schotius Præfat. ad Psellum in Cantica canticorum, et Gerhardus Vossius de *Historicis Græcis* lib. II, cap. 26, Cæsari Baronio et Bellarmino imponunt, sibi et aliis persuasisse conati, floruisse Psellum Christi anno 859, quo Constantinopoli imperator Leo Philosophus fuit, quem et Psellus litteris informavit. Licet enim de Psello verum sit, nec in eo Baronius fallitur; fuit enim vere eo tempore Psellus ¡quidam, litteratura insignis; nunquam tamen Baronius eum Psellum Leonem imperatorem litteris imbuisse affirmavit, sed Leonem Philosophum longe ab imperatore Leone diversum. *Baronius,* dicunt, *a Psello, non Leonis æquali, sed multo recentiore, Simeonem Metaphrastam oratione panegyrica celebratum narrat.* Ita est. Sed non dixerat unicum tantum Psellum exstitisse. Et nos ad [7] quemnam Psellum oratio referri debeat, certo affirmare non possumus. Conjectura tamen, eaque levissima ducimur, hunc recentiorem esse illius auctorem; quod et plura scripserit in omni disciplina et scriptorum gloria celeberrimus fuerit. An vero senior ille aliquid scripto tradiderit, certo non constat.

IX. Ego vero nullus dubito, si verum fateri velimus, Psellum illum sub Basilio Macedone, multa philosophica scripto consignasse, eaque nunc affinitate nominis indistincta sub recentioris Pselli nomine circumferri. Scripta namque omnia, quæ Psellum patrem indigitant, cum et tractandi ratione, et inveniendi acumine, nec eadem dicendi forma, nec figurarum coloribus gestiant, sed alia incomptam illam, et Græcam philosophiam, non barbaram scilicet, sed virilem, et quæ suo splendore nitescat, præ se ferant; alia cum Musis ludant, et Gratiis, et verborum flosculis, et compto periodorum instructu hilariter subsiliant; diversos sibi parentes pro genii diversitate reposcunt. Et licet magni viri aliquando rerum excelsarum parturitione defatigati videantur destitui, et in alias atque alias se dicendi formas convertere, semper tamen in illis vis quædam naturæ, a semetipsa nunquam degenerans, inclarescit, qua nasuta ingenia et acres operum judices verum auctorem expiscantur. Quamvis deturpata facie et pedibus distortis Ganymedes claudicet, non ita in alium virum migrare poterit, ut Ganymedes esse non cognoscatur; adhuc lineamenta illa, et pessime exceptas pulchritudinis scintillas, et latentes in membris radios, si fungus omnino non es, prompte dignoscas. Sæpeque in confracto, exeso ac partibus mutilato marmore cœlum Praxitelis deprehendi. Cum itaque in hisce operibus longe diversa sint omnia,

A non uni ascribentur parenti, et quæ junioris Pselli non erunt, ad antiquiorum esse referenda plane judico. Præcipua illa erunt, quæ Aristotelis libros pleros que per modum paraphrasis, non ineleganter exponunt. Semperque de Dialogo illo, in quo operationes dæmonum asseruntur, deque ejus auctore subdubitavi. Stylus florido solidior, res extra Peripateticorum scholas, cum Platonis et Zoroastræ sententiis affinis, et magica illa nugamenta alterum a Psello recentiore Psellum indicant. Hic in Dialogo Marcus in Chersone insula commorans peregrino magiæ arcana exponit; Leo Philosophus philosophica ac reliquas scientias in Antro insula a Michaele Psello edocetur. Video Leonis historiam sub alienis nominibus quasi personatum [8] in theatrum educi. Illud etiam, quod se dicit

B Timotheus a paterno avo audisse de Euchaitarum pessimis moribus, annon magis senioris Pselli ætati, tunc cum Massalianorum hæresis, ut de hæresibus narrat, Joannes Damascenus, crudelissime in Ecclesiam Dei grassabatur, quæ tempore junioris prope exstincta languebat, videtur convenire? Adde Dialogo tractatum (*g*) *de Dæmonibus*, nondum editum Græce, quod sciam, ex Græcorum sententia, uterinum dixeris ac germanum fetum, et Leonem Philosophum ac Joannem ejus consanguineum magiæ insimulatos et accusatos tradunt historici, quam verisimile est non ab alio quam a Michaele illo Psello didicisse.

X. Libellus etiam Pselli *De lapidibus* a Maussaco editus, vel huic seniori Psello, si me con-

C jectura non fallit, tribuendus est, vel certe nulli. Audi quid ipse dicat, dum in fine auctores, qui de lapidum virtutibus causas reddidere, enumerat, post omnes subdit: Τῶν δὲ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος. Id est : *Ex his autem, qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis, ad omnia etiam naturæ occultiora enucleanda, ut plura paucis complectar promptissimus.* Anne paulo ante tempora Pselli, qui sub Constantino et Michaele Ducis florebat, Alexander Aphrodiensis, qui sub Antonino et Severo scribebat, vixisse dicendus est? Si octingentorum et quinquaginta annorum spatium modicum temporis intervallum Psello

D est, quod erit longum? Ergo vel hic libellus Psello huic seniori vindicandus est, vel si sexcenti etiam et plures anni diuturniora tempora sunt, ideoque nec seniori tribuendus, alius nobis opusculi auctor quærendus est sedulo, ne Psellum, dum hæc scriberet, dormitasse nugacissime fateri cogamur.

XI. Liber etiam *Medicus* et *Therapeuticus* Pselli, quem Constantino Porphyrogennetæ, nisi nos ludit inscriptio, nuncupavit, forte Psello seniori

NOTÆ.

(*g*) De hoc infra § 39. Laudat et Allatius diss. de Engastrimytho c. 2 et 16.

tribuendus est, si vitam eo usque protraxit; certe recentiori tempora negant.

XII. Verisimile itaque est, Psellum hunc plura in *Philosophicis Rhetoricis* composuisse. At non scripsit, inquies, quidquid de aliis sit, in Simeonem Metaphrastem panegyricum, ut Baronius somniat, [9] cum illum Psellus recentior scripserit. Quare Baronius falsus est, et in Psello, quem in aliud tempus amandat, et in Metaphraste, quem ob imaginarium Psellum annis ferre ducentis, antequam esset, suam Ecclesiæ operam contuluisse in enarrandis sanctorum vitis contendit. Nec feliciori eventu Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, sæculo IX, anno 850; Jacobus Gaulterus in *tabula Chronologica*, sæculo IX, pag. 598; Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis* c. 10, et alii, Baronium secuti sunt.

XIII. Hic historiæ ecclesiasticæ hostes, et Simeonis Metaphrastæ acerrimi defensoris oppugnatores, tantorum virorum lapsu triumphare sibi videntur. Sed nulla id evidenti ratione conantur, ni me mea fallit opinio. Pselli tempora Baronius non distinxit; at quonam ipsi modo distinguunt? Ipsi Panegyrim illam in Metaphrastem Juniori Psello, sed quonam argumento adjudicant? Prorsus nullo. Auctorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistrum nunquam evincent. Scripsit ille plurima, ut versimile est; quare non et hanc orationem scribere potuit? Et scripsisse argumunto hoc ad probandum firmissimo, ni me codices manuscripti fallunt, ni ipsi, qui contrarium astruunt, lapides sunt, demonstrabo. Concedant et concedere debent orationis parentem cognomento Psellum fuisse, vixisseque non diu post Metaphrastæ tempora. En illius verba (*h*): Ἔδειξε γὰρ κἀν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετιμῆσθαι αὐτὸν οἱ συνεωρακότες φασὶν, οὐδὲ διῃρῆσθαι, ἀλλ' ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερούμενος, καὶ εὐμαρῶς πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύματι. Id est: ***Nam vel in fine ostendit, qualem vitam egerat. Non enim eum veluti abscissum, aut divisum fuisse dicunt ii, qui viderunt: sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari, et hilari nutu se extendere ad ducentes angelos.*** Neque negare poterunt, Nicetam qui, et David dicebatur, Paphalgonem divo Ignatio Constantinopolitano, æqualem, iisdem cum senioris Michaelis Pselli temporibus, scriptis editis celeberrimum, vixisse. Ipse hoc de se, in principio Vitæ Ignatii a se conscriptæ. tradit. Nicetam hunc eumdem cum Niceta Serrone faciunt plerique codices Vaticani. Expositionem siquidem in Carmina Gregorii Nazianzeni, ejusdem, qui et in alia Gregorii commentatus est Nicetæ, Serronis scilicet, quod et plurimi codices manuscripti confirmant, huic Nicetæ Davidi tribuunt. Habent enim satis evidenter, Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγονίας [10] Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἔπη τοῦ Θεολόγου. Et, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυῒδ', Ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτά. *Nicetæ Philosophi Paphlagoniæ Expositio in Carmina Theologi, et Nicetæ, qui et David, expositio in eadem.* Neque ab his diversi sunt codices mss. Augustani; confirmatque editio Veneta sub anno 1563. Ut hinc videas una tot manuscriptorum codicum conspiratione, non unius exscriptoris oscitantia illarum expositionum immutatum' sed continuata serie pluribus comprobatum, auctorem Nicetam fuisse, qui et David et Paphalgo Philosophus dicebatur. Serron itaque Nicetas et David auctoritate horum codicum unus est et idem auctor. Ea præ, sequere, mi Gaffarelle. Nicetas, præter expositiones in Gregorii orationes, et alia ingenii sui in omni genere doctrinarum, erudita sane et docta monumenta, in divi Lucæ Evangelium, quatuor libris distinctam, satis uberem et luculentam Catenam ex pluribus Patribus et scriptoribus ecclesiasticis venuste admodum concinnavit; inter eos non infimi sunt Simeon Metaphrates et Psellus. Fateri possumus ergo, Psellum hunc, qui sub Constantino Duca floruit, esse? Apage. Meræ nugæ. Ante Nicetæ tempora obiisse eum certo constat. Eum de novo post Nicetam revixisse probent ipsi, si poterunt.

XIV. Argumentum hoc sane efficax, mihi in præsentia, ut verum fateor, non satisfacit. Nec fide manuscriptorum codicum, quos supra recensui, Nicetam Davidem eumdem esse cum Niceta Serrone, Catenæ in Lucam compilatore probatum satis puto: longum enim temporis intervallum inter utrumque intercessisse existimo. Nam Nicetas Serron, diaconus primum Magnæ Ecclesiæ, et magister, seu doctor. Catenæ in Lucam, Matthæum et alios auctor, et Heracleensis postea archiepiscopus, iisdem cum Thephylacto archiepiscopo Bulgariæ temporibus floruit, ad quem nonam Theophylacti epistolam inter impressas a Meursio, legi. Sed de his alius erit inquirendi locus.

XV. Quod si novatorum doctrinis insistere vellem, Metaphrastes in ultima Christianæ Ecclesiæ antiquitate ipsis etiam apostolorum discipulis σύγχρονος fuit, tantum abest ut recentissimus sit. Nodus quem nescio, an unquam expedient adversarii. Gesnerus, et ejus Epitomator suspicantur, Hippolytum Thebanum, Chronici Ecclesiastici scriptorem, cujus fragmentum Canisius in *Antiquit.* tom. III, nobis Græce et Latine exhibuit, illum esse, cujus Hieronymus meminit in libro *De viris illustribus*, Portuensem duntaxat, nec incongrue; cum et Nicephorus Callistus *Histor. Eccles.* lib. II, c. 3, Glycas, (*i*) et [11] Theodorus Metochita in *An*-

NOTÆ

(*h*) Apud Allatium de Simeonibus p. 335. Quem vide etiam p. 48 seq.

(*i*) Glycæ etiam sunt quos sub Metochitæ nomine annales Meursius edidit. Hippolytus vero Chronici auctor floruit sæculo XI.

nalibus, ea, quæ sunt Hippolyti Thebani, tribuant Hippolyto, Portuensi episcopo, substituantque pro Thebano Portuensem. Verum Portuensis sub Alexandro imperatore, anno scilicet Christi 229, martyrium passus est. Est ergo Metaphrastes antiquior, cum Metaphrastæ Simeonis in Chronico mentio fiat, et suspicione ipsorum una cum discipulis apostolorum floruit. Plures jam hic Metaphrastas parturient, omnium tamen recentissimum Vitas sanctorum scripsisse dicent. Nugæ et somnia.

XVI. Metaphrastes Simeon unicus esto, Thebanus a Portuensi, uti est Hippolytus diversus existimetur; et nos parquam obscura illius tempora et vitæ institutum aliunde quam a tempore Pselli, et, si fieri potest, ab eodem etiam Metaphraste inquiramus. Auctor Vitæ sanctæ Theoctistæ Lesbiæ, Lippomano et Surio, (*j*) aliisque sine ulla hæsitatione, quamvis nescio quid ad incertum auctorem transmittat, Metaphrastes hic est. Comprobaturque certissimo ipsius Pselli testimonio. Psellus namque, dum in Metaphrastem canone, commentationes Metaphraste insinuat, scribit illum consilio atque monitu Parii anachoretæ munus aggressum scribendi, primum omnium colloquium illud composuisse, et Theoctistæ virginis vitam graphice admodum celebrasse, Ode 6. Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ Προνοίας θεϊκῆς, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. Et, Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοκτίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὴν, μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. Id est : *Prima tua commentatio ex divina Providentia et colloquio facta est sacri senis et anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro insula conspexisti*. Et, *Pro dignitate laudati Lesbiæ illustria et divina certamina, vere Theoctistæ, a Deo fabricatæ, quæ angelicam et tantum non incorporeum absolvit sapienter vitæ rationem*. In hac autem scriptione, et colloquium senis in Paro, et adhortamenta, et vita Theoctistes pro humani ingenii tenuitate exponuntur. A ratione ergo alienus esset, quicunque scriptum hoc Metaphrastæ esse genuinum denegaret. At in hoc vitæ institutum ejusdem, et ætatis tempora plane et sine ullis ambagibus proponuntur. Frustra itaque ex alio, nec ab ipso Simeone, de Simeone, testimonium quærimius. Discamus vero a Simeone, eum non a ducenda uxore abhorruisse, sed ex illa liberos etiam procreasse, civilibusque muneribus functum, tunc demum cum Himerio, ducendarum copiarum peritissimo, legatum [12] ad Arabas, qui Cretam invaserant, missum fuisse : et, cum non liceret per ventos ulterius, Parum adnavigasse, et cum sene illo anachoreta cognomine, a quo et res gestas Theoctites ea conditione, ut omnia scriptis mandaret, perceperat, col-

A locutum familiarissime, suæque legationis finem fortunatum, ob eamque munera ab imperatore reportanda, præsagiente divino illo sene, audisse : post absolutam navigationem, scribendo ea, quæ viderat et audierat, præcepta senis adimplesse. Illa ergo tempestate vivebat, cum Arabes Ægei insulas, et oras Græciæ maritimas non infelici eventu, misera tamen Græciæ calamitate ac clade afflixerunt. Sed tunc potissimum, cum in Arabas classe ac ferro Himerius, ipse verbo ac muneribus expugnandos mittitur, tunc cum nondum ad scriptionem animum adjecisset. Sed ista evenere temporibus Leonis Sapientis, Basilii Macedonis filii, si Cedreno, Curopalatæ, Zonaræ aliisque historicis Græcis fides habenda est. Ergo tunc Simeon iste Metaphrastes, Vitarum scriptor, floruit, B muneribus ac dignitatibus auctus. Et si quid conjectura augurari licet, Simeon ille a secretis sub hoc Leone, qui aurum a Rhodophyllo relictum Leoni Tripolitæ infami apostate obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoque ab imperatore patricii et secretarii primarii dignitatibus condecoratas, nullus alius est, quam Simeon iste noster Metaphrastes, qui Logothetæ nomine a Psello, ut dicemus inferius, et ab aliis insignitur.

XVII. Metaphrastes ergo Simeon scriptionem exorsus est sub Leone, et sub Constantino Porphyrogenneta, Leonis filio, et nepote Romano, ætate etiam ipse provectiore assiduis laboribus absolvebat; ut ex illius oratione de exportatione manus dextræ Joannis Baptistæ apud Lippomanum et C Surium (*k*) colligi poterit. Ait enim ea ætate sub Constantino et Romano imperatoribus a Jobo diacono manum Antiochia Byzantium delatam fuisse. Id autem sub dictis imperatoribus evenisse confirmant Cedrenus et Zonaras in Constantino Porphyrogenneta.

XVIII. Errat ergo Gerardus Vossius, et alii, qui putant Simeonem Metaphrastem sub Constantino Duca, vel saltem circa ea tempora floruisse : errasseque Baronium et Bellarminum, cum Simeon, ut Vossius ipse putat, ducentis annis posterior vixerit, quam illi existimarunt.

XIX. Quantum præterea immaniter hallucinatus sit Hospinianus, dum Metaphrastas et Psellos pro arbitratu, ut ita dicam discerpsit, [13] abunde satis D ostendit Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis*, c. 19. Conferam et ex meo nonnulla, præter jam dicta, ad messem tam uberem, ut veritas clarius elucescat. Fuit Metaphrastes non (*l*) trivialis Constantinopoli ludimagister, sed genere clarus illustri familia natus, divitiis abundans, in aula imperatoria celebris, a secretis et consiliis intimis, et post mortem etiam miraculis illustris. Psellus in eumdem : Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας οἴκοθεν

NOTÆ

(*j*) Ad 10 Novembr.
(*k*) Ad 29 Augusti.

(*l*) Confer Allatium de Nilis p. 29 edit. nostræ.

κεκτημένος, βαθεῖ τε πλούτῳ κομῶν, καὶ οἷς ἄν τις πρὸς παίδευσιν ἀποκνήσειεν. *Et quod est admirabilius, et propter quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, et ex illustri familia natus, et abundaret divitiis, et iis quæ segniorem effecerint quempiam ad disciplinas*, etc. Hinc idem Psellus ejusdem Officium composuit, quod ab ecclesiasticis in ejus solemnitate, sicuti fieri amat in aliis Sanctis, decantaretur, in eo Oda 3 scribit, Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου ὡς ἀνὴρ βουληφόρος τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum terreni senatus dignitatibus condecoratus fuisses, veluti vir consiliarius, vitæ ducendæ rationem in cœlis acquieras, et supernum senatum decorasti.* Sæpeque Logothetam nominat. Ode prima : Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου, Λόγε Θεοῦ, εὐφημεῖν ὁρμήσαντι τὸν θεράποντα τὸν σὸν Συμεῶνα τὸν Μεταφραστὴν τὸν κυρίως λογοθέτην ἀξιάγαστον. *Melos mihi concinnum Verbum Dei, cum celebrare inceperim servum tuum Simeona Metaphrastem, proprie Logothetam admirabilem*, Et alibi : Εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις ᾠδαῖς τὸν μέγαν Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα τὸν ἅγιον λογοθέτην. *Celebremus omnes condignis cantibus magnum Dei servum Simeona sanctum Logothetam.* Fuit ergo Logothetæ officio conspicuus, quod quidnam fuerit, pluribus alii exponere conati sunt : eos, qui plura desiderat, videre poterit. Satis mihi erit pro hac re stabilienda elegantissimi item, ac prudentissimi, licet sequioris sæculi scriptoris, Joannis Cinnami testimonium; in quo vertendo, illustrandoque diu me exerceo, (*m*) speroque laborem hunc meum, propter pulcherrimam historiam, ad hunc diem cum vetustate luctantem, meis vigiliis, et amicorum opera, et scopulo in tranquillum illatam, historicæ veritatis studiosis non ingratum futurum. Is itaque *Histor. Romanæ* lib. IV de rebus gestis Manuelis Comneni, de Richardo Antri domino verba faciens, scribit : Ὡς δὲ τῶν πυλῶν ἀλογιστήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογίᾳ ἔσχεν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προσιόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου Καντζηλαρίῳ συγγεγονώς, ὃν λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίζων ἀνήρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρπασόμενος. [14] *Cum vero portæ urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit Hinc pro occupandis cæteris cum comitibus aliis, nec non Guilielmi Cancellario, quem Logothetam Græca quis lingua expresserit, consilium inibat, et Tranim usque tum illis processit, quasi primo impetu Urbem direpturus fuisset.* Alium hujus vocis significatum, antequam majestas illa imperii statis veterum officiorum formis abrogatis, exteris Barbarorum moribus, nova omnia approbando, cessisset, lege apud Procopium in *Historia Arcana*.

XX. Vitis, ut hoc etiam hic obiter notem, a A Simeone conscriptis aliquas a junioribus esse adjectas observarunt Baronius, et Bellarminus, et alii, cum viri illi post Simeonis tempora vixerint. At eas a Psello, recentiore nempe, annexas in lucem vulgatas opinatur Andreas Schottus, præfatione ad lectorem, in Cantica canticorum. Unde id habuerit Schottus non liquet, etsi verum sit Psellum, sive Simeonis æmulatione, sive religione in sanctos, perplures sanctorum Vitas non ineleganti stylo accuratissime descripsisse, utinam, puerilibus argumentis neglectis, in quibus nonnunquam totus esse videtur, in istis seriis pertractandis plures, quam fecit, horas insumpsisset! Illius in sanctos conatus in Catalogo operum infra recensebimus.

III-VII. ***Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa an. — 1050. Alii.***

B

XXI. Tertius fuit Michael Psellus, Michaelis Ducæ præceptor, qui maxime omnium de republica litteraria meritus, honorificam sui apud posteros memoriam consecravit, ita ut reliquos alios ejus cognomines acumine ingenii, eruditionis copia, profunditate scientiarum, argumentorum varietate, multitudine scriptorum et splendore gloriæ obruerit; quare, aliorum exstincta, et, ut ita dicam, obliterata memoria, ipse solus nomen illud meruisse videtur. Sic poetam et oratorem cum dicimus, Homerus nobis atque Demosthenes, de Græcis loquor, statim sese offerunt, mentisque oculis repræsentant.

XXII. Fuit patria Constantinopolitanus, e consulum ac patriciorum prosapia, quamvis non tam C felici fortuna. Ipse id ait de se in Epitaphio matris: Τῷ τοίνυν ἐμῷ πατρὶ τὸ μὲν ἄνωθεν γένος ἐς ὑπάτους ἀνῆκτο καὶ πατρικίους· τὰ δὲ κατ' ἐκεῖνον πράγματα οὐχ οὕτω δεξιῶς εἶχεν. *Patris igitur mei genus antiquum ad consules et patricios referebatur, res vero ipsius non nimis prospere se habebant.* Post duas femellas tertio ipse partu, multis matris suspiriis, et ad Deum precibus effusis, in lucem editur. Mirum est, quod in ejus ortu narratur, nullas eum lacrymas profudisse, neque usquam postea in maximis etiam necessitatibus plorasse, sed [15] semper ætate illa tenella lætos ac puniceos oculos habuisse : tantum parentis, nullisque aliis quam maternis, ad quæ vel usu vel sententia ferebatur, uberibus inhiasse. Quinquennis præceptori D traditur, adeoque robuste studiorum pondus excepit, ut ludicra omnia, præter litterarum studium, quo summopere delectabatur, sordescerent. Ex illius affectum ejusdemmet verbis expressum : Ἐντεῦθεν οὖν ἡ μήτηρ πρὸς τὰ κρείττω χειραγωγουμένη εἰς πέμπτον ἔτος τελέσαντα διδασκάλῳ ἐφίστησι. Καὶ ἦν μοι τὸ μάθημα οὐ μόνον τὸ εὔχερές, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ ἀντ' ἄλλης τινὸς παιδιᾶς. Ἠνιώμην γοῦν, εἰ μέ μοι διὰ πάσης ἡμέρας διδοίη τὰ παιδικά. Καὶ ἦν μοι παιδιὰ μὲν ἡ σπουδὴ δὲ παιδιά, οὐχ ὡς ταῦτα παίζοντι, ἐκεῖνα δὲ σπουδάζοντι, etc.

NOTÆ.

(*m*) Cinnamus Allatii nunquam prodiit. Exstant editiones Corn. Tollii et Cangii.

Id est : *Hinc igitur mater ad meliora manuducens quinto ætatis anno magistro commendat. Et erat mihi disciplina non tantum facilis, sed dulcis præ quolibet alio ludo. Ægre itaque ferebam, si mihi per totum diem delicias non suggereret. Eratque mihi ludus studium, studium ludus, non quod hoc ludibrio haberem, illi vero incumberem.* Ætate grandiore, dum inter parentes non convenit, cuinam studiorum generi esset addicendus, Joannes Chrysostomus et apostoli, matri in somniis visi, decernunt. Hinc disciplinarum quam voluptatum cupidior, æqualibus in studio superatis, non longo intervallo ad suprema quæque doctrinarum culmina gradum fecit, onibusque innotuit. Hæc ipse prolixe nimis, oratione In matrem, prosequitur, et ex eo Anna Comnena *Alexiados* lib. v, brevissime concinnavit, dum de Italo verba faceret : Καὶ Μιχαὴλ ἐκείνῳ τῷ Ψελλῷ ἐν ὑστέρῳ προσωμίλησεν, ὃς καὶ πάνυ τοι παρὰ διδασκάλοις σοφοῖς ἐφοίτησε. Διὰ φύσεως δὲ δεξιότητα, καὶ νοὸς εὐθύτητα, τυχὼν μέντοι καὶ Θεοῦ ἀρωγοῦ. Πρὸς τούτοις διὰ τὴν θερμοτάτην ἱκεσίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐπαγρυπνούσης συχνῶς τῷ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου τῆς Θεοτόκου σεπτῷ εἰκονίσματι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκκαλ ουμένης, εἰς ἄκρον σοφίας ἁπάσης ἐληλακὼς, καὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων ἀκριβωσάμενος, γέγονε τοῖς τότε χρόνοις περιβόητος ἐν σοφίᾳ. Id est : *Tandemque in Michaelis Pselli consuetudinem venit, qui præceptores, sapientes oppido, nactus, naturæ dexteritate et intellectus acumine, Deo quoque illi coadjuvante, adhuc et matris intensissimis precibus, sæpius in templo Domini ante Deiparæ venerandam imaginem invigilantis, spississque pro filio lacrymis exorantis, ad universæ sapientiæ culmen pervenit, et Græcorum ac Chaldæorum decretis accuratissime conquisitis, ea tempestate celebre sapientiæ nomen consecutus est.* Subdit deinde inter Italum et Psellum dissidia exorta. Medicinæ quoque operam dedit, ut ipse de se Oratione in Matrem, sæpius laudata, affirmat, dum de patre moribundo loquitur. Ὡς δὲ καὶ τοῖς [16] δακτύλοις τὰς τῆς ἀρτηρίας κινήσεις ἐτεκμηράμην. Ἐσπουδάζετο γάρ μοι μακρόθεν ἡ περὶ τούτου τέχνη. *Ut vero et digitis arteriæ motus observavi : jam enim diu aliquid in eam artem studii, et operæ contuleram.* Studium in capessendis disciplinis, et omnibus addiscendis ardens ac pertinax, ipse libello *De admirabilibus lectionibus* in fine explicat. Ἐγὼ δὲ οὐ περὶ ἐργασίας ἕνεκα, νὴ τὴν ἱεράν σου ψυχὴν, ἀλλὰ φιλομαθείας τὰ πλείω τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. Ἐγένετο γάρ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν σπούδασμα, καὶ οὐδὲν ἄν με βουλοίμην διαλαθεῖν. Ἀλλ' ἀγαπῴην ἂν, εἰ καὶ τὰ νέρθεν εἰδείην τῆς γῆς. Καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ περὶ τοῦτο μὲν ἐσπούδακα, ἐκεῖνο δὲ ἀπωσάμην, ἀλλὰ καὶ τῶν φαύλων, ἢ ἄλλως ἀποτροπαίων ἐπιγνῶναι τὰς μεθόδους ἐσπούδακα, ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Id est : *Ego vero, non curiositatis ergo, ita sacrum tuum*

A *animum Deus sospitet, sed amore discendi pleraque ex disciplinis collegi. Namque natura cujuscunque studii avida, nunquam scientiis potuit saturari. Nullamque vellem esse, quod mei notitiam fugeret ; nec molestum mihi foret, etiam si sub terranea, noscerem. Neque ut plurimi, in hoc tantum incumbo, illud vero negligo, sed et pravorum etiam, et abominandorum mihi notitiam comparo, ut inde habeam, quod ea usurpantibus opponam.* Plura de hoc, *Orat. de matre*, in qua singula quæque ad fastidium usque enumerat. Ea lector, ne ipse fastidio sim, videat.

XXIII. Interea satis ætatis ac prudentiæ habens in aula imperatoribus innotuit, qui in maximis negotiis proficuam illius operam experti sunt. Nam
B Michael Stratioticus inter selectos ex patribus conscriptis viros, quos Comneno Isaacio ad rebelles in concordiam redigendos misit, Psellum quoque nostrum legavit, non contemnendo elogio celebratum a Zonara tomo III : Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς· οἱ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπὸς, καὶ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Legantur igitur ad Comnenum selecti viri ex patribus conscriptis, Constantinus Lichudes præses, Leo Alopus præses et Michael Psellus, sapientissimus princeps tunc philosophorum.* Et Cedrenus in Synopsi : Ἐκεῖ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβευταὶ βασιλέως ὁ πρόεδρος Κων-
C σταντῖνος ὁ Λειχούδης, Θεόδωρος ὁ Ἀλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς, ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος. Οὗτοι γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλὸς ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεῦσαι, καὶ προσεδόκησεν ὁ βασιλεὺς μεγάλα καταπράξασθαι διὰ τῆς ἐκείνων [17] εὐστομίας, καὶ χάριτος. *Ibi ei occurrerunt legati imperatoris præses Constantinus Lichudes, præses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus, philosophorum princeps. Etenim hi tres viri supientia, et facundia, omnium qui tunc vivebant, primi habiti, et quidem extra comparationis sortem Psellus, ad eam legationem fuerant delecti ; quod imperator eorum eloquentia et gratia se maxima consecuturum sperabat.* Ubi exscriptoris incuria, pro Michaele, Constantinus irrepsit. Et in eo falsæ
D legationis accusatur ab eodem inferius : Λέγεται δὲ ὅτι καὶ οἱ πρεσβευταὶ παραπρεσβεύσαντες ἄλλο τε ἄλλως λάθρα τῷ Κεκαυμένῳ προσιόντες παρεκάλουν ἔχεσθαι τῆς ἐνστάσεως, καὶ μηδόλως ἐνδοῦναι. Τοῦτο δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ οἱ καλῶς εἰδότες ἐπληροφόρουν ἄνδρες οὐχ οἷοίτε ψεύδεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν πληροφοροῦντες ἐνωμότως, ὡς ἅπαν τὸ ἀστυκὸν πλῆθος περιχαχῶς εἰς αὐτὸν ἔχει. Καὶ ὡς εἰ μόνον ἐγγίσει τῇ πόλει, τὸν γέροντα ἐξωθήσαντες, μετ' ἐπινικίων, καὶ ὕμνων αὐτὸν προσδέξονται. *Ac proditum est memoriæ, ipsos etiam legatos prævaricatos fuisse, et modo hunc, modo illum diversis temporibus Cecaumeno suasisse, ut oppugnaret acriter oblatas*

conditiones, neque quidquam concederet. Et quidem hoc eos egisse pro certo perhibent ii, quibus ista optime sunt nota, et a mendacii suspicione sunt immunes, aiuntque eos, interposito jurejurando, affirmasse Comneno, ardenter eum ab urbana multitudine diligi; ac, si tantum accessisset ad urbem, fore ut ipsam ea, sene exturbato, cum gratulatoriis victoriæ, et imperii carminibus exciperet.

XXIV. Isaacius Comnenus, cum Michaelem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum abdicare niteretur, aliorum, et Psseli præcipue opera, qui, in eum Oratione conscripta, multorum ac variorum facinorum reum fecit, usus est Zonaras ibidem : Εἶτα καὶ καθαιρέσει ὑποβαλεῖν αὐτὸν διὰ φροντίδος ἐτίθετο, καὶ τισι τῶν ἀρχιερέων συνεργοῖς πρὸς τοῦτο ἐκέχρητο, καὶ τῷ Ψελλῷ αἰτιαμάτων πολλῶν, καὶ ἀλλοκότων συναγωγεῖ, ἃ ἐν τῷ κατ' ἐκείνου λόγῳ συνήθροισέ τε, καὶ συνεγράψατο, δηλοῖ τε διά τινων τῷ ἀνδρὶ ἀπείπασθαι τὴν ποιμαντικὴν, ἵν' ἑκὼν δοκεῖ παραιτεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτο, καὶ ἄκων αὐτὴν ἀφαιρεθήσεται, εἰς μέσον κατ' αὐτοῦ προτιθεμένων αἰτιαμάτων. *Deinde de abrogando illi patriarchatu cogitans, opere quorumdam episcoporum utitur, et Pselli, variarum et absurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum scripta congressit, et per quosdam viro significat ut simulet se ultro pontificatu cedere quem alioquin invitus cum publica infamia sit amissurus.*

[18] XXV. Diogeni imperatori infensus, primus ipse inter senatores, et Joannes Cæsar, et filii, Eudociam imperatricem in monasterium trudunt; Michaelem Ducam imperatorem denuntiant; Diogenem jam revertentem imperio abdicant, auctore et adjutore consiliorum eodem Psello. Zonaras, in Romano Diogene : Ὁ γοῦν Καῖσαρ Ἰωάννης καὶ οἱ ἐκείνου υἱοὶ ἀεὶ, ὡς εἴρηται, ἐγκοτοῦντες τῷ Διογένει ἁρπάζουσι τὸν καιρὸν, καὶ προσλαβόμενοι τῶν τῆς συγκλήτου ἐνίους, ὅσοι ὡμοφρόνουν αὐτοῖς, ὧν ἐξῆρχεν ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς, ὕσνους καὶ αὐτὸς τῷ Διογένει τυγχάνων, τὴν Βασίλισσαν Εὐδνκίαν εἰς τὴν παρ' αὐτῆς δομηθεῖσαν μονὴν κατὰ ὧν τὸν ἐν τῇ Προποντίδι πορθμὸν περιορίζουσιν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀνακηρύττουσιν αὐτοκράτορα, etc, *Joannes igitur Cæsar, ejusque filii, Diogeni semper, ut dictum est, infesti, arrepta occasione, quibusdam etiam ex senatu sui facinoris, quorum Psellus vir honoratissimus princeps erat, et ipse Diogenis inimicus, adhibitis, imperatrice Eudocia in monasterio, quod ipsa circa fretum Propontidis struxerat, relegata, Michaelem imperatorem appellat.*

XXVI. A puero itaque liberaliter educatus, animo circa artes doctrinasque gestiente, fructus, quos ab eis expetebat, decerpsit, non breves atque incertos, sed uberes et tempestivos. Eloquentiam enim, horridam tunc et incultam, excoluit, nec ad perniciem et pestem convertit, sed ad salutem. Tandem philosophandi rationem omnem

A complexus, loco in illo uberrimo ac feracissimo, frugiferam sibi, et aliis diligentiam expertus, extraxit malorum radices ; de natura et rebus occultis optime planeque disseruit, quod verum et quod falsum est in oratione, aperuit, summisque imperatoribus fuit et vivendi præceptor, et dicendi. Ad labores impiger, diu noctuque aut aliquid conscribendo, aut legendo, tempus insumebat : nec vires consenuerant, nec defecerat animus. Et cum munus optimum fructuosissimumque quod possit afferri principibus, illud esse exsitimaret, si doceantur atque erudiantur, summa ope nitebatur, ut Michaelem Ducam instrueret bonisque moribus informaret. Quo quis potest in vita humana, vel desiderare melius, vel optare præstantius? Coer-
B cenda est principum libido, refrenandusque furor, neque alia via id consequi possumus quam doctrina et eruditione. Hominis decus est ingenium, ingenii lumen eloquentia, eloquentiæ candor philosophia, philosophiæ rectrix ac magistra pietas, quæ nisi præceptorum monitis fulciatur, in ignorantiæ tenebras prolapsa, ruinam facit.

XXVII. Non potuit tamen effugere calumniam Zonaræ lib. III. *Annal.* : Καὶ ἦν τῶν ἀνθρώπων σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία, [19] καὶ ὁ τούτων ἐπιστρεφόμενος οὐδαμοῦ. Ὁ γὰρ βασιλεὺς παιδαριώδεσιν ἐσχόλαζε πράξεσι τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπερτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, λόγοις τῷ δοκεῖν αὐτὸν ἐμβιβάζοντος, καὶ διδάσκοντος, νῦν μὲν τὴν γραμματικὴν τέχνην, καὶ μέτρα, καὶ διαλέκτους, νῦν δ' ἵνα κατὰ ῥήτορας διαλέγοιτο, νῦν δ' ἱστορίαις αὐτὸν
C προσεθίζοντος. Ἄλλοτε δὲ φιλοσόφων θεωρημάτων ἀκροᾶσθαι παρασκευάζοντος. Ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἐπεφύκει. Τούτοις οὖν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ προστετηκὼς, ὑφ' ἕτερον καὶ τοῦτον ἕνα τὸν τῶν καινῶν κυβέρνησιν ἐποιήσατο, καὶ νόμος ἦν τὸ τῷ Λογοθέτῃ δοκοῦν. *Homines atterebantur, et ærumnis premebantur : et nemo erat, cui illa curæ essent. Nam imperator puerilibus rebus occupatus, a principe philosophorum, et honoratissimo Michaele Psello ad litterarum studia deduci videbatur ; ac modo in arte grammatica versibus, in linguarum differentiis erudiebatur, modo declamationibus rethoricis, modo historiis assuefiebat, modo ad audienda philosophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus. Hujusmodi igitur studiis Romanorum imperator*
D *affixus, rerum administrationem alteri, eique uni commisit, ut legis auctoritatem haberet, quod Logothetæ visum esset.* Et inferius : Μήτινος δὲ προνοουμένου τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὁ γὰρ βασιλεὺς περὶ λόγους ἠσχόλητο, καὶ ἰάμβους συντιθέναι πρὸς τοῦ Ψελλοῦ ἐδιδάσκετο, σιτοδεία τοὺς ἐν πόλει ἐπίεζεν. *Nemine autem bonum publicum curante, nam imperator studiis vacans, iambos scribere a Psello docebatur, urbanos annonæ penuria premere cœpit.* Ita nil tam sanctum (*n*) est, quod calumnia tentare non audeat, et quod laude dignum est, ex improviso,

(*n*) Non adeo reprehendendum Zonaræ judicium, si studiorum deliciis ita fuit edoctus indulgere princeps, ut illis intentus imperii curam allis relinqueret.

fraudulenterque irrepens nescio quis criminose dilacerat. Et hominum turba cæca veluti oraculo plaudit, misera sane, duraque prudentissimorum hominum conditione. Sub aliis item imperatoribus Græcorum imperio jam senescente, doctri nisque omnibus in barbariem commutatis, cum, proh dolor! inertia pro sapientia erat vitam ipse fama clarissimus transegit, jucundus amicis, egentibus utilis, omnibus denique charus.

XXVIII. Illius tamem fidei causam, defensionemque non susceperim, si, quæ de eo Josephus Methonensis episcopus apologia contraMarcum Ephesium tradit, vera sunt. Illum enim annumerat schismaticis Photio, Cabasilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, et Panareto, qui dicto et scripto Lainam Ecclesiam insectati sunt. Καὶ σὺ μὲν συνήφθης, ὡς φῄς, τοῖς ἁγίοις σου Πατράσιν, καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ τῷ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, [20] καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Πανχρέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, ut ais, sanctis tuis Patribus ac doctoribus te adjunxisti, Photio schismaticorum principi, imo vero auctori, et opifici schismatis, et dissidii : Cabasilæ, Camatero, Phurnio, Psello, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, Panareto, et cæteris qui post schisma, et multam contentionem in Romanam invecti sunt Ecclesiam.* Sane Photii, Cabasilæ, Palamæ, Nicolai Methonensis, aliorumque in Ecclesiam Latinam commentationes nugacissimas non sine tædio ac stomacho legi. Pselli similem disputationem ad hunc diem non offendi, et fortasse nec ille conscripsit. Verumtamen est in *Expositione fidei* ad Michaelem Ducam, dum de processione Spiritus sancti verba facit, eum affirmare ex solo Patre procedere, quo vel solo nomine illius in recentiorum Græcorum placitis propugnantis pertinacia, et ad pervicaciora quæque audendum, si occasio se tulisset, animus innotescit.

XXIX. Tandem jam senex exauctorato Michaele Duca, ipse quoque a Botaniata Nicephoro dignitatibus spoliatus, monachum induens, solum vertere coactus est ; nec multo post, sive senio, sive etiam mœrore vitam posuit : idque conjicio ex verbis Annæ Comnenæ *Hist. lib.* v. Sed iis præcipue : Ἔνθα καὶ τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μετὰ τὴν ἀπόκρασιν, (lego ἀπόκαρσιν,) αὐτὸς φιλοσοφίας ἁπάσης πρόεστι διδάσκαλος. *Ubi et Psello post comam detonsam Byzantio secedente, ipse Italus universæ philosophiæ magister creatus est.*

XXX. Quidquid tamen sit, maximis eum laudibus exornarunt, præter Annam Comnenam, Joannes Scylitza, et Cedrenus in procemio Historiæ, ὑπέρτιμος Ψελλός, *honoratissimus Psellus*, et in Stratioti-

A co : et Zonoras locis supra adductis, et in Isaacio Comneno, Πολὺς τὴν γλῶτταν ὁ σοφώτατος Ψελλός. Vim dictionis cum non intellexisset interpres, πολὺ, τὴν γλῶτταν, *verbosum* reddidit. Apage sapientissimum istum, si verbosus est, Græci cum admirandum aliquem, nec cum vulgaribus comparandum innuunt, dictione illa πολὺς utuntur. Hinc aptissime diceres, et ad Atticæ eloquentiæ normam, Πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, *eximie sanctus* (o) *Gregorius* Πολὺς τὴν θείαν Γραφὴν Michael Ghislerius, *Disciplina rerum divinarum eruditissimus, et ingenio, prudentiaque in sacris Litteris exponendis accutissimus.* Πολὺς τὴν φιλοσοφίαν Fortunius Licetus. *Illis, qui ad philosophiam spectant, quam maxime potens : pauci* ut *sint* qui *tantis* [21] *philosophiæ dotibus præ-*
B *diti sint.* Πολὺς τὰ μαθηματικὰ Petrus Gassendus, *in rebus mathematicis tractandis ingeniosus, eorumque difficultatibus enodandis consultissimus.* Πολὺς τὰ ἰατρικὰ Gabriel Naudæus, *rebus medicis nimium pollens, multum versatus, supra plerosque alios exercitatus, nimio jam imbutus usu liberaliter institutus.* Πολὺς τὴν παιδείαν Nicolaus Villanus. *Præclara eruditione atque doctrina ornatus : eruditione et florentibus studiis nunquam non satis instructus, magnus.* Πολὺς τὴν ἐπιστήμην, Renatus Moreau, *in perfectissima disciplina probatissimus, et incredibili quadam ingenii magnitudine ad quascunque disciplinas insructissimus.* Πολύς τὴν ἱστορίαν Jacobus Philippus Thomasinus, *ad scribendas historias maxime illustris : in illustranda antiquitate sedulo studio apprime clarus, singularis.* Πολὺς τὸν νοῦν Joannes Bour-
C delotius. *Pleno pectore sapiens : sapientia munitam mentem egregie gerens* ; *considerate omnia perficiens.* Πολὺς τὴν ποίησιν Joannes Rhodius, *in poeticis studiis mirifice versatus; admirabili quodam ad poesim studio concitatus, præstantissime cum omnibus Musis rationem habuit.* Πολὺς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν φρόνησιν. Dominicus Molinus, *virtute ipsa excellentissimus* An non Ciceronianum illud infert? *Talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit :* et similia. Sic Psellus dictus est, πολὺς τὴν γλῶτταν, quasi diceres *magnus, multus, admirandus eloquio, eloquentia singulari.* Σοφώτατος etiam passim audit, *sapientissimus*, et a Glyca in Annalibus, et a Metochita in Historia. Et
D illius sententiis, qui eum secuti sunt, scriptores sua Commentaria non minus quam aliorum Patrum testimoniis illustrarunt. Inter alios præcipui sunt Niceta Serron, Catena absolutissima in Evangelium Lucæ ; Macarius Chrysocephalus in Magno Alphabeto, ubi ex diversorum Patrum dictis Evangelia perfectissime interpretatur; et Joannes Diaconus Magnæ Ecclesiæ Tract. Τίς ὁ σκοπὸς τῷ Θεῷ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. Illud interim animadvertere debemus,

NOTÆ.

(o) Malim *rerum divinarum apprime peritus.*

Gesnerum in Bibliotheca ridicule satis argutari, eumdem esse Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. *Mihi quidem aliquando conjectura occurrit eumdem existimandi Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. Nam præter commune prænomen, utrumque constat recentiorem fuisse, Christianum, Peripateticum, Aristotelis paraphrastem.* Multi alii ejusdem prænominis recentiores, Christiani, et Peripatetici, Aristotelis paraphrastæ, nova hacce argumentandi ratione Pselli erunt, inepte. Verum est utrumqne recentiorem esse, Christianum, an æque Peripatetici, dubium ; [22] certum omnino paraphrastes non esse : ni scholia, et expositiones textus brevissimas, una cum Paraphrasi confundere velimus. Conferantur utriusque in Aristotelem commentationes, quamvis sententia in multis conveniant, in modo, ac methodo exponendi Aristotelem longe diversi sunt. Psellus continua textus paraphrasi sententiam aperit, Ephesius non nisi difficilioribus operam dat, clara, apertaque, ut[i] cuique obvia, negligit.

XXXII. At quisnam sit iste Ephesius Michael, qui in enodando Aristotele tantopere etiam elucubrationibus editis, insudavit, quæsiere multi. Sed frustra operam contriverunt. Ubi nullum rei vestigium apparet, si venatori res non succedit, laudem ille pro conatu, non, quod non invenerit, reprehensionem promeretur. Verum dum ego etiam omnia pervestigo, si quid subodoratus sum, in medium afferam, donec meliora ab aliis producantur. Sensuum, ac enarrationum similitudo hos duos auctores unum ab alio adjutum fuisse satis indicat, vel utrumque ab alio, et ex uno fonte utriusque monumenta corrivari. Cumque a quo Psellus sua hauserit non habeam, utique Ephesium ex Pselli, sive ore, sive monumentis, quamuis verosimilius ex ore, sua habuisse, esseque Michaelem Ducam Parapinaceum dictum, Pselli discipulum, si conjectura aliquid valeo, existimo. Hic enim, dum summam imperii teneret, a Psello edoctus, illo amisso, in Ephesum delatus, illius Ecclesiæ antistes consecratur. Zonaras in Botaniata. Ὁ μέν τοι προβασιλευκὼς Μιχαὴλ, ὡς εἴρηται, τὴν τρίχα καρεὶς, καὶ ψήφῳ συνοδικῇ Μητροπολίτης Ἐφέσου κεχειροτόνητο, καὶ ἅπαξ φοιτήσας ἐκεῖ ἐπανῆλθε, καὶ ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν. *Michael vero, pridem imperator, tonsa coma, ut dictum est, concilii suffragiis Ephesi Metropolita creatur. Et cum semel eo venisset, reversus, in Manuelis monasterio vitam egit.* Constantinus Manasses :

Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ, πέμπελλος νεαζούσῃ.
Αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον, καὶ δυσανασχετοῦντα
Τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμένα καθιστάνει.

Antecessoris Michaelis conjugem sibi matrimonio copulat, senex mulierem teneram et dedicatam, capularis, et funeri destinatus vegetam, atque juvenem Quemque sortem suam ægre, molesteque ferentem, ac deplorantem, Ephesinæ urbis pastorem imperator constituit. Et Ephræm in Chronico :

[23] Ὁ Μιχαὴλ δὲ γίνεται μελαμφόρος,
Εἶτ' ἀρχιθύτης, καὶ πρόεδρος Ἐφέσου.

Michael vero nigris vestimentis indutus sacrificiorum princeps, præsulque Ephesi fit. In eo otio, si gregem Christi pascere otium est, multa in varias disciplinas, nec dubito, conscripsit, quæ nomine Michaelis Ephesii, quietis potius amans, memor turbarum, non imperatoris, exemplo etiam aliorum imperatorum, voluit, ut hominibus innotescerent. Non placet? dictum indictum esto. Ἐπανίτω πρός με τὸν τεκόντα τὸ ἀποκύημα. *Redeat ad me auctorem fœtus hic meus.*

XXXIII. Hic ergo Psellus, ut doctrina præstantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. Ausim dicere neminem. ea, vel subsequente ætate, Græce vel invenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel locutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit. Eorum, quæ scripsit quæque ad notitiam meam pervenere, quædam edita sunt, quædam adhuc inedita : de editis primum sermonem instituam. Edita sunt :

XXXIV. Pselli *De victus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum, libri duo* ad Constantinum (*p*) imperatorem, Latine, Georgio Valla interprete, una cum Rhazæ de pestilentia libro, et Joannis Manardi Ferrariensis in Artem Galeni expositione. Basileæ, apud Andream Cratandrum, anno 1529, in 8.

XXXV. Ejusdem *iambos in vitia et virtutes*. Item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quæ volebat Ulyssem transformare*, Arsenius Monembasiæ episcopus Romæ (*q*) primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atque interpolata, a Conrado Gesnero, Basileæ edidit Joannes Oporinus (*r*) anno 1544, in 8, una cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de [24] diis de quibus vide infra in Joanne Psello § 49, 56, 80. Obiter et hic animadvertendum est, carmina illa, quæ Federicus Morellus Lutetiæ anno 1608, in 8,

NOTÆ.

(*p*) Ducam vel Monomachum, ut Allatius notavit supra § 6, non Porphyrogennetam, ut Gyraldus p. 282. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano una cum aliis variorum scriptis ab eodem G. Valla versis Venet. 1498, fol., ut editiones Colon. 1526. 8, et Basil. 1457 in 8 omittam In libellis istis imperatoris jussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus præter p. 8, Galenum. De eodem argumento sed plane diversus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaelem Ducam imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum de quo Allatius infra § 51.

(*q*) Græce in 8, ad calcem Apophthegmatum, Leoni X inscriptorum.

(*r*) Græce tantum, non Græce et Latine, ut a clarissimo Caveo in *Hist. litteraria scriptorum eccles.* proditum, licet Heracliti Allegoriis Latina illarum Gesneri versio subjuncta.

una cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia Græce edidit esse excerpta, nonnullis tantum verbis immutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub 'Ανωνύμου nomine 'Ιάμβους ἠθοποιϊκοὺς Morellus vulgaverat. Nibil minus. Phronesi tantum excepta, reliqua sunt de philosophia, rhetorica, et grammatica, quæ, quantum spectent ad mores, judicent alii.

XXXVI. Ejusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum* Περὶ ἑρμηνείας, *De interpretrtione*, edidit Græce Aldus, Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503, in fol.; eamdem latinitate donatam (*s*), cum ejusdem Pselli compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis prædicamenta* Basileæ excudit Robertus Winter 1542, 8. Quæ ultima prius anno 1540 Græce Parisiis edita fuerunt, una cum ejusdem *Introductione in sex Philosophiæ modos*, et anno 1541, 12. Ibidem per Jacobum Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τοῦ Περὶ ἑρμηνείας, ἀπὸ φωνῆς τοῦ κυρίου Βεστάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ. *Paraphrasis in librum De interpretatione, ex ore domini Bestarchæ et principis philosophorum Pselli.* Hinc virum Vestarchatus etiam dignitate, unde postea Vestarches nobilissimæ familiæ nomen irrepsit, insignitum fuisse colligimus.

XXXVII. Ejusdem liber, (*t*) de quatuor mathematicis scientiis, arithmetica, musica, geometria, Græce et Latine editus cum aliis auctoribus, Wittembergæ 1560, nec non Basileæ per Joannem Oporinum 1556, 8, Guilielmo Xylandro Augustano interprete, cum nonnullis ejusdem Xylandri annotationibus in eumdem. Quibus accessit Xylandri de philosophia, et ejus partibus carmen, et nonnulla alia carmina diversi argumenti. Opus hoc primus Romæ Græce imprimendum curavit Arsenius Monembasiæ episcopus, in qua editione scripserat, incertum esse, Pselli ne an Euthymii cujusdam [25] opus esset, plerisque tamen Pselli videri. Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἴτ' Εὐθύμιος, χαριζόμενος. Impressus quoque est (*u*) Parisiis Græce anno 1545, 12, per Jacobum Bogardum. Non multo post Elias Vinetus, quod nullus ante eum, anno 1553, primus Latinum fecit, Parisiisque anno 1557, edendum curavit, postrema ejus parte, quæ est de astrologia, omissa, tum quod antiquis illis egeret Græcorum tabulis, quarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum quod esset mendosa præter alias, et ex ea se haud dum, ut ipse præfatur, ex sententia explicare potuerit, cujus loco Procli sphæram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem aggressus est.

XXXVIII. Ejusdem tractans Περὶ χρυσοποιίας, *De auri conficiendi ratione*, ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, Dominico Pizimentio Vibonensi interprete, una cum Democrito Abderita, Synesio. Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et sacra arte, editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572, in 8. Dicti auctores cum plerisque aliis de eadem arte, inter quos præcipui erunt Zosimus, Olympiodorus Christianus: et carmine Hellodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, et alii non contemnendi lingua Latina, Græce et Latine unum nostrum variorum antiquorum volumen, cum nostris de eadem re tractatulis, ni meis studiis semper Musæ adversæ fuerint, chymicæ artis deditis non injucundum, conflabunt. Animadvertendum etiam, a Pizimentio male epistolam Pselli ad Xiphilinum directam, (*v*) qui Joannes dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Psellum eumdem tractatum mutato solo nomine amicis pluribus divenditasse, quod aliis etiam solemne fuit. Et ne alios recensendo, tempus conteram, satis mihi erit unum [26] tantum in medium afferre, quod ob dignitatem auctoris, mirum nonnullis videbitur. Quis enim credet Isocratem, oratorum illud ac rhetorum numen, quasi rerum argumentis destitutum, inopiaque artis adeo rudem, unam eamdemque orationem, ejus nomine solum immutato, ad quem direxerat, paucisque aliis, pluribus, raro exemplo, inscripsisse, quod licet sileant libri rhetorum in hunc diem editi, forte tanti magistri reverentia, non tacuit tamen auctor illi σύγχρονος epistola ad Philippum regem. Locum eo libentius hic ascribo quia pulcherrimus est, et rarus, (*x*) et a nullo, quod sciam, observatus. 'Ομοίως δὲ καὶ 'Ισοκράτης

NOTÆ.

(*s*) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. Περὶ ἑρμηνείας, studio quorumdam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1339, 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiæ modos et compendium quinque vocum Porphyrii et de decem categoriis, Venet, 1532, cum versione Jacobi Foscareni.

(*t*) Hunc librum (in quo multa e Theone delibata) Psellus testatur se scripsisse anno Græcorum 6516, h. e. Christi 1008.

(*u*) Venetiis quoque anno 1532, 8, quæ editio Græca occurrit Romæ in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647, in 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetrabiblo Lampertus Alardus cum latina sua interpretatione subjecit libro suo de veterum Musica, Schleusingæ 136, 12.

(*v*) Etiam in Græco codice regio Paris. cujus apographum beneficio illustris viri Pauli Vindingii possideo, nomen Xiphilini exstat: Τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου Ψελλοῦ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιίας. At in codice Vindobonensi ad Michaelem (Cerularium) dirigitur, τοῦ λογωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην κυύριον Μιχαήλ.

(*x*) In epistolis Socraticorum ab Allatio editis p. 66.

ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραφεν, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὤν, ὥσπερ ἑκὼν, ἢ φθονῶν τὰ πλεῖστά τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν παραλέλοιπεν. Απέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ. Τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελὼν, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ, τὸ δέ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἀπηκόντισεν. Id est : *Similiter et Isocrates juvenis adhuc, una cum Timotheo, contra vos epistolas probris plenas ad populum scriptitabat; nunc senex, sive volens, sive invidentia percitus, res vestras quam plurimas, easque bonas silentio præteriit. Misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, et paucis immutatis Dionysio Siciliæ tyranno venalem exhibuit, tertium, multis additis multisque detractis, Alexandro Thessalo despondit, nunc tandem ad te illiberaliter, ut ita dicam ejaculavit.* Elegantissimam hanc, et reliquas Socratis et aliorum Socraticorum epistolas Latinas jam antea a me factas, antiquitatis vestigatoribus quam primum communicabo. Sed ad rem. Lilius Gyraldus Dialogismo 8 narrat,libellum hunc,quem vocat aureolum, inter pervetustos codices Græcos repertum, manuque sua exscriptum Pico Mirandulæ se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate :

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis servata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.
[27] *Si quidquid Lydis vel Iberis volvitur undis,*
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, parvo codice Psellus habet.

Hinc frequens illius mentio,et dictorum examen apud Joannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed præcipue cap. 2 lib. II, *Democriticæ sectæ et Abderiticæ inter Aristotelis interpretes Michael Psellus non solum meminit, sed a se revelata scribit ejus arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quæ Constantino imperatori dicavit.*

XXXIX. Ejusdem Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων *de* A *operatione dæmonum* liber é Græco in Latinum (*y*) conversus est a Petro Morello (*z*) Turonensi, editusque Latine cum Præfatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577, 8, et anno 1615. Lutetiæ Parisiorum notis a se illustratum primus Græce (ex duobus manuscriptis suo et Morelli) edidit Gilbertus Gaulminus, cum interpretatione Latina ejusdem Morelli. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, Latina facta Joanni Medici, una cum aliis ex Jamblicho,Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupaverat. Gesnerus scriptum reliquit, Psellum duos de Dæmonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusique erant Latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De officina B Aldi falsum est ibi hos duos libros de dæmonibus esse impressos, cum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, sæpius (*a*) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus conjectat ex verbis ipsius Pselli in fine dialogi de dæmonibus, libros duos scripsisse. quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime quod in excerptis e Psello quæ cum excerptis pariter [28] ex Jamblicho, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua ultimo capite afferat, quæ desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima conjectura, et veritati consentiens; quæ enim in eo capite continentur, cum, ut manifestum legenti esse potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius C te detineam, lector, ex tractatu ejusdem Pselli in hanc eamdem rem sub hoc titulo, Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες· *Quænam sint de dæmonibus opiniones Græcorum:* cujus principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Qui an unus sit cum secundo Hurtadiano non ausim affirmare : et præsertim in hoc scriptore, cui non defuere vires eloquentiæ, nec argumentorum copia,quibus eamdem rem non semel, sed pluries pertractaret; ut videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Dæmonibus libros alii tribuunt Michaeli Ephesio, ut scribit Possevinus in Apparatu. Eorum in Latinum versio incerti legitur in Cod. 3122, manuscripto Vaticano : et de Dæmonibus excerpta ex Psello D per Joannem Jacobum Bartholotum Parmensem physicum, codice 5376. Vide quæ nos etiam supra (*b*) diximus.

XL. Ejusdem *In Oracula Chaldaica expositio* (*c*)

NOTÆ

(*y*) In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio hujus libri a Morello edita memoratur, Paris., apud Guil. Chaudiere, 1575, additis capitibus 33, et 36, libri quarti Nicetæ de Colossis Asiæ. Librum Pselli accepit Morellus e Bibliotheca Jacobi S. Andreani, canonici S. Mariæ Paris.

(*z*) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XVIII. p. 569. Hinc Græce et Latine cum Gaulmini notis hunc librum minus emendato recudi curavit B. Dan. Hasenmullerus, Kilon. 1688, 12. Vide et si placet Cardanum c. 93. De rerum varietate, T. III, opp. p. 319 sq. Jo. Clericum Bibl. Universal. T. XV, p. 118, sq. et Vignolium Marvillum s. II, miscell. litterar. p. 306. Dialogi titulus Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων. Vide Fulvium Ursinum in Lyricor. fragmentis p. 179. et Lambec. lib. VII, p. 138.

(*a*) Confer lib. 1. Bibl. Græcæ, c. 7, § 4.

(*b*) Supra § 9.

(*c*) Inscribitur etiam in codice quem habeo ms., Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρου.

Coloniæ Agrippinæ 1606, industria Severini Binii; et Græce sub Joannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi et Nicephori Callisti versibus, Basileæ apud Joannem Bebelium 1536, [33] in 8. Quem Joanni (*q*) etiam tribuit Joannes Tilius Engolismensis, in apostolorum et sanctorum conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius; et Bellarminus tradit, Psellum in eodem hallucinatum, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quæ fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quæ fuit tertia, tom. I, Controvers. 4, de Conciliis cap. 5.

L. Ejusdem *de Nomocanone* carmina Græce edidit cum superioribus Bosquetus, quæ cum laxiora sint, alterius esse multum dubitavi : nec fefellit me animus, nam in alio manuscripto codice Constantino Psello tribuuntur. Κωνσταντίνου προέδρου, καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν Νομοκανόνου ὑπόθεσιν. In bibliotheca etiam Antonii Augustini cod. 154 et 175, eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cujusnam opus sit non videtur tanti, ut in ejus auctore inquirendo diutius immoremur.

LI. Sub ejusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν Ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de Cibariorum facultate, utilitate, et noxa, ex Medicis libris collectum*, ad Constantinum Monomachum per litterarum ordinem, cujus illud est principium, Πολλῷ καὶ λογίων, ὦ μέγιστε. Illud Simeoni Setho (*r*) magistro Antiocheno tributum, et a Gyraldo Latine redditum Græce et Latine Isingrinius Basileæ excudit in 8, 1538. Cum vero non tantum sententiæ, sed verba etiam ipsa in utroque reperiantur, existimo, Collectaneis Pselli nonnulla Simeonem a se, inter legendum animadversa, addidisse, vel quempiam tertium ab utroque confecisse, quod ex indice manuscripto (*s*) colligi poterit : Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τοῦ Ψελλοῦ, καὶ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου. *Syntagma de alimentorum viribus Pselli, et Simeonis Magistri.* Neque enim adduci possum, ut credam, Psellum [34] sua a Setho, eruditiorem eloquentioremque a minus erudito et eloquente mutuatum. Aliorum siquidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Psellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidissima sua deturpasset. Viderat id quoque Gyraldus, epistolaque nuncupatoria omni-
A bus significavit. *De eadem*, scribit, *ferme re et facultate ad Constantinum, hujus, ut puto, Michaelis Ducæ parentem, Michael Psellus Libellum ante scripserat, cujus est exemplum apud Meletium, Græcum totius medicinæ scriptorem, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis depravatum et mancum, cum Latine quoque modo vertissem; adjutus imprimis ipsius Pselli libello, tum ejusdem altero a Georgio Valla in Latinum pessime conversum, tibi in omni medicæ facultatis*, etc. Recte omnia, si illud excipias, Constantinum Monomachum parentem Michaelis Ducæ fuisse, quippe qui diversus omnino sit a Constantino Duca Michaelis parente.

LII. Eidem Psello librum Περὶ ποδάγρας, *De*
B *podagra*, a nonnullis codicibus tribui video, cujus illud est initium : Ἐπεὶ ὥρισε πρός με ὁ κράτιστος, καὶ ἅγιος, capitibus quadraginta sex concinnatum; qui, cum ad Palæologos, quorum jussu fuerat conscriptus, directus sit, nisi Psellum alium fingere, cui tribui possit, velimus, certe Pselli non est. Auctor tempore Michaelis Palæologi vivebat, cui a valetudinis cura erat, ut ipse fatetur : Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ θειότατος βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κράσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατὸν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν κατὰ τοῦτο τῷ ὁρισμῷ τούτου πειθόμενος ἤδη γράφω. *Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit sanctissimus rex, e cujus medicis sum unus, ideoque naturam ejus, temperamentum-*
C *que novi, præsertim cum diu cum eo versatus fuerim, pro ea, quæ mihi est scientia, de hoc morbo, ut ejus obediam mandato, tractare incipio.* Et, si res in eo pertractatas, nodum et formam dicendi consideras, aliaque : a dicendi tractandique ratione Pselliana longe absunt. Vidi postea editum Latine sub nomine Incerti ab Henrico Stephano (*t*), inter auctores medicos, tom. II, ex versione Marci Musuri ad Scaram Trivultium, cujus de eo hoc est judicium : *Quod sicut auctor, quisquis hæc ediderit, infans et elinguis erat, ut qui nesciret, si quid vel arte didicisset, vel usu compertum habuisset, exprimere*, etc. Et ante aliquot annos, Græce editum Parisiis in 8, 1558. Apud Guilielmum Morelium, *Demetrio Pepagomeno* vindicatum; et [35] seorsim
D Latine ex interpretatione doctissimi cujusdam viri, quem ipse non nominat. Cum vero in multis Psello tribuatur, licet illius non sit, inter alia Pselli monumenta edita locum habeat.

NOTÆ.

(*q*) In ms. Cæsareo Michaelis Pselli esse perhibetur : Τοῦ Ψελλοῦ κυρίου Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Μονομάχον.

(*r*) Simeoni huic vindicat, et ex duobus mss. Jac. Mentelii integriorem hujus libri editionem cum versione et notis dedit Martinus Bogdanus, Paris. 1658, 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum una cum Simeonis libro ad mss. codices recensito edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide ejus epistolam IX.

(*s*) Sic etiam codex Cæsareus de quo Lambecius VI, p. 161. Idem memorat Pselli περὶ διαίτης ad imp. Constantinum Monomachum. Incipit : Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ, κ. τ. λ.

(*t*) Paris, A. 1567, fol.

LIII. Et hæc Pselli opera (u) edita sunt quæ A mihi videre contigit. An alia item sint nondum novi. Illud scias, lector, alias item esse nonnullorum ex hisce operibus editiones, quas libens volensque omisi. Satis sit præcipuarum commeminisse. Utinam et alia, quæ jam latent, eamdem cum istis fortunam experirentur! Sed quando pessimorum hominum nequitia id fieri nequit, en aliquorum adhuc ineditorum catalogum hic attexam, quorum mihi memoria suppetit, et quo dicuntur esse in loco aperiam, ut, si detur aliquando facultas, tibi possis tantos thesauros comparare. Laudaboque auctores, ut unde id habeam, tibi compertum sit, et si quæ fraus deprehendetur, habeas tu etiam, in quas crimen referas. De quibus exactum tibi judicium, certamque narrationem B non promitto, cum ea præ manibus non fuerint. Illud certum est, ex his nonnulla esse bis, terve repetita, quædam etiam typis excusa. Quia tamen ex sola tituli notitia, eaque varia, de toto tractatu non possumus sententiam ferre, et unum ab alio distinguere, quemadmodum in aliis invenimus, ita tibi damus, quæ certo edita sunt omnino prætereuntes, sit ergo :

LIV. Pselli liber *Contra Eunomium*, Romæ in Vaticana servatur : Gesnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eumdem Περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, et Franciscus Feuardentius præfatione in Petri Morelli interpretationem ejusdem libelli *De dæmonibus*.

Scholia ejusdem in dictum quoddam Basilii, Romæ; C Gesnerus ibidem.

Epitome librorum Moysis in 4 Ms. in bibliotheca imperatoris Viennæ : Gesnerus.

Dioptra, id est Perspectiva, continens quatuor sermones in quibus animus et corpus disputant, in bibliotheca Augustana : Gesnerus [36] et index Augustanus : Plut. 6, num. 12. Hæc an eadem sit cum Philippi solitarii Dioptra, jam edita Latine, non possum divinare, et forte Indicis auctor, Pselli præfantis (v) nomine deceptus, totum Dioptræ opus, a vero scriptore Philippo avulsum, Psello imprudenter nimis supposuit. Philippi tamen esse apparet, cum eam, ex bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Joanne Carpathio, et Glyca Latinam vulgaverit Jacobus Pontanus Ingolstadii, ex typographis Adami Sertorii, D 1604, in 4.

LV. *Quæstiones theologicæ cum responsionibus*, ad Michaelem Ducam, quibus et ad physiologiam pertinentia continentur, fol., in bibliotheca Augustana, in armario VI. Index Augustanus ms· infra etiam idem index hæc habet : *Pselli ad Michaelem Commenum varia capita theologica :* Περὶ ἐνυποστάτου, *de anima, de virtutibus, et physica de sensibus; de similitudine. et dissimilitudine liberorum cum parentibus; de embryone; de somniis; de circulis cœlestibus; de meteoris; de lunæ eclipsi: de solis calore; de stellis*; *de Dioscuris; de pluvia, grandine, nive, pruina, rore*; *de typhone, et ecnephia ventis, de fulmine; de partibus mundi*; *de terræ motibus; de tempestatibus*; *de salsedine maris; de imbribus; de fluminibus*; *de stellarum luce*; *quid necessitas, contingens, tempus, materia, forma, elementum? Quid encyclopedia? de litterarum inventoribus*; *de Amazonibus*; *de nominibus mensurarum* ; *de circulorum initiis*; *quæ habeant cœlum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne cœlitus ad philosophi preces delapso; de Potidea, Arcadia; ac Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Eubœa, Sicilia.* Gesnerus item, *ejusdem de fide ad Michaelem Ducam, juncta ejusdem Epitome philosophiæ Aristotelicæ, id est physicæ, de generatione et corruptione, de meteoris, cum supplemento Gregorii Nicæni ad Petrum fratrem in* 4, *ms. bibliothoca imp. Viennæ*. Idem habet Israel Spachius in Nomenclatore scriptorum philosophicorum et philologicorum. Item Romæ in bibliotheca Sancto-Silvestrina in monte Quirinali est ejusdem hic liber ms. Græce, quem ego vidi; titulus erat : Ψελλοῦ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν (*x*). *Pselli ad imperatorem dominum Michaelem Ducam;* capita erant. α'. Ὁμολογία τῆς πίστεως. β'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ. Περὶ Ὁμοουσίου. ε'. Περὶ Ὁμοϋποστάτου ς'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. ζ. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. η'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως. θ'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ι' Περὶ [37] τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ια'. Περὶ θείας ἑνώσεως ιβ'. Περὶ φύσεως. 1 *Professio fidei*. 2. *De quibusdam nominibus in Christianorum dogmate usurpatis*. 3. *De* (*y*) *enypostasibus*. 4. *De Homousio*. 5. *De Homohypostato*. 6. *De essentiali unione, et differentia*. 7. *De hypostatica unione, et differentia*. 8. *De relativa unione*. 9. *De sancta Triade*. 10. *De modo* (*z*) *retributionis*. 11. *De divina unione*, 12. *De*

NOTÆ.

(*u*) Adde his ab Allatio recensitis 1. Σύνοψιν εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικήν quam Græce et Latine edidit Elias Ehingerus Augustæ Vindel. 1597, 8, observans Petri Hispani summulam, magna parte ex hoc Pselli opusculo petitam esse. 2.) Μονῳδίαν in templum Sophiæ Cpol. terræ motu quassatam, quam edidit Allatius notis ad Georgium Acropolitam, p. 281 seq. 3.) Breve carmen iambicum in depositionem Jo. Chrysostomi, vulgatum Græce ab Allatio in excerptis Græcor. sophistarum ac rhetorum, p. 400. Rom. 1648, 8. Idem ex Oratione inedita ad Constantinum Monomachum producit nonnulla, p. 102, *De recentiorum Græcorum templis*.

(*v*) Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest Allatius, Mich. Psellum in Philippi qui A. C. 1105 scripsit Dioptram præfatum fuisse. Vide infra, cap. antepenult.

(*x*) Hoc scriptum habes infra ad calcem præsentis diatribæ.

(*y*) Lege : *enypostatis*.

(*z*) Vertendum erat : *de modo communicationis idiomatum*.

natura. Quæ omnia an unum opus sint, vel diversa, judicabunt, qui legent. Ego existimo unum esse, attamen in uno codice abundantius contineri; ex omnibus tamen unum posse confici perfectum et omnibus partibus absolutum. Quæ provincia non esset omnino eruditis viris contemnenda. Consule etiam, quæ nos de hoc eodem opere inferius dicemus : obiter tamen hic animadvertam titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qui nobis pro Michaele Duca, Michaelem Commenum obtrudit, cujus auctoritate deceptus Wœgelinus in sua editione retinuit, et in notis, Constantini Ducæ filium Michaelem inter Comnenos, mira ἀνιστορησίᾳ refert cum omnino esset immutandus, reclamantibus cæteris codicibus, qui omnes uno ore Michaelem Ducam proponunt, cui capita illa nuncupavit. Marquardus Freherus in *Chronologia imperii utriusque : Ad Michaelem Ducam scripsit Michael Psellus ea ætate in jure et philosophia scientissimus et πολυγραφώτατος, Synopsim legum versibus politicis; exstat ms. in bibliotheca Palatina et Constantinopolitana. Ejusdem Pselli ad hunc Ducam responsiones ad diversas quæstiones theologicas et doctrina omnifaria*, 194 *capitibus comprehensæ in bibliotheca Palatina*. Codices hi, sicut et reliqui Græci et Latini manuscripti decantatissimæ illius bibliothecæ, meis laboribus (*a*), vigiliis integri, incolumesque in Vaticana asservantur. Quod certe omni admiratione dignum est, Deique summi muner ascribendum, in tam vasto itinere, sævissimo tempore, tempestate hiberna, ac pluvia, rerum omnium penuria, per oppida ac ditiones hostium, tantum librorum numerum sartum tectum Romam importatum, ita ut ne schedula quidem perierit. Sed ad Psellum.

LVI. Opuscula quædam *In Passionem et sepulturum Christi; Libellus dictus Antichristus; De Paradiso; In Natalem Christi*, in-4. biblioth. imperatoris Viennæ, Gesnerus, Possevinus.

[38] Εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ Κυρίου. *In crucifixionem Domini*, in bibliotheca cardinalis Columnæ, Gretserus notis in orationem Macarii Chrysocephali de exaltatione sanctæ Crucis tom. II, de Cruce. Non constat, an de hac intelligat amplificator Gesnerianæ bibliothecæ, *Georgii Nicomediæ archiepiscopi De Cruce, quam falso quidam Psello ascripsere Græce ms. in* 4, *Biblioth. imper. Viennæ*.

Compendiosa expositio in Aristotelis libros *De naturali auscultatione*, exstat in bibliotheca Didaci Hurtadi. Gesnerus. In bibliotheca Bavarica cod. 145. Index Bavaricus, et in bibliotheca imperat. Viennæ, Israel Spachius.

Synopsis Logicæ Aristotelis, in-4, in bibliotheca Augustana, in armario num. 5. Index Augustanus.

A *Expositio in Metaphysica Aristotelis*, in Italia, Gesnerus.

Commentarius in Aristotelis verba, Ars artium et scientia scientiarum, et, *Quomodo omnia a philosophia dependeant*, in Italia, Gesnerus.

In Psychogoniam Platonis, in Italia, Gesnerus : in bibliotheca Augustana fol. in armario v, index Augustanus ms. in bibliotheca imper. Viennæ in-4, Israel Spachius.

Expositione variæ in varios Platonis locos, in bibliotheca Bavarica cod. 165. Index Bavaricus.

Συνοπτικὸν σύνταγμα τῆς φιλοσοφίας, in bibliotheca Joannis Sambuci, Gesnerus.

Varia philosophica, Romæ in Vaticana. Gesnerus.

B *Physica, astronomica, musica, arithmetica, geometrica, junctis opinionibus de anima*, in-4, biblioth. imperat. Viennæ. Gesnerus.

Interpretationes dubiorum naturalium, bibliothecæ imperat. Viennæ, in-4, Gesnerus, et Israel Spachius : *Solutio unius atque alterius quæstionis astrologicæ*, biblioth. Augustana, in-4, in armario, index Augustanus ms.

LVII. Inter libros quos bibliothecæ Lugduno Batavæ Josephus Scaliger legavit, in indice Græcorum manuscriptorum in-fol. legitur cum Heronis geometrica, Pselli quædam astrologica. An eadem, vel diversa cum superioribus, non possumus divinare. An etiam illa sunt, quæ sub illo libello de quatuor scientiis mathematicis continentur? Sed suspendo judicium.

Expositio mathematices in Timæo Platonis, de
C *animæ generatione, sive essentia*, in fol. bibliotheca Augustana, Index August. ms. An eadem cum Psychogonia?

[39] *Opus Græcum ex libris medicinalibus, ordine alphabeti*, Romæ in Vaticana. Gesnerus, Paschalis Gallus, et Joannes Georgius Schenckius in bibliotheca Medica.

Ecloga utilis ex libro Parallelorum. Ibidem. Gesnerus et Spachius.

Encomia diversa. Ibidem, Gesnerus.

Monodia, Romæ, in Vaticana Gesnerus.

Explicatio in librum Dioscoridis, in bibliotheca Manuelis Eugenici, et Joannis Suzii. Antonius Verderius in Supplemento, et Schenckius in bibliotheca Medica.

D *Ænigmata*, in biblioth. Bavarica, cod. 38.

LVIII. Meursius *Historiarum opus* Psellum scripsisse autumat, illudque laudari a Zonara t. III. In Isaacio Comneno, et in Romano Diogene, item a Theodoro Metochita *Histor. sacræ* l. II. Cedreno, Joanne Curopalata in Historiæ suæ initio, Michaele Glyca in Annalibus semel atque iterum. Erat etiam in catalogo exhibito a grammatico, apud Antonium Verderium in supplemento.

NOTÆ.

(*a*) De Palatinis codicibus quos pontifici Gregorio XV donavit imperator Ferdinandus II, in Vaticanam bibl. A. 1623 translatis, gloriatur Allatius passim, uti ad Eustathium Antiochenum in præf. et in notis p. 151, atque in animadversionibus ad Antiquitates Etruscas, p. 58.

Gaulminus de Pselli scriptis hæc habet : *Alia illius in regia pariter et Vaticana exstare certum est; ut* ψυχογονίαν *Platonis,* ἐπιτομὴν τῆς ἰατρικῆς, *Comment. in Aristotelis Categorias, Metaphys. lib.* περὶ ἑρμηνείας, *Porphyrii quinque voces, contra Eunomium librum unum, de legibus duos,* μονῳδίαν, ἐγκώμια *diversa. Epistolas item elegantes laudat in adagio* ἄκαπνα θύειν *Casaubonus in Athenæum.*

LIX. Plura etiam enumerat Antonius Verderius in Supplemento bibliothecæ Gesnerianæ, ex bibliothecis Constantinopolitanis. Nam inter alia apud Joanem Suzium erant, Michaelis Pselli *Explicatio in psallerium Davidis. In Gregorium Nazianzenum.* In catalago a grammatico exhibito, *Medicinale Michaelis Pselli. Liber philosophicus. In philosophica Aristotelis. Astronomicum. Explicatio in mysticam philosophiam. In quinque voces Porphyrii. In topographica Strabonis, et Ptolemæi. In arithmetica. In Galeni explicationem in quatuor libros resolutionis Hippocratis. Menandri Comediæ XXIII,* o Thesauros! *explicatæ a Michaele Psello.* In bibliotheca Regis Christianissimi. *In Elenchos sophistarum. Scholia in definitiones. De motu temporis. De circulo solis et lunæ. De inventione diei Paschatis. De angelis et dæmonibus. De novis morborum appellationibus. De notis spirituum. De divisione animalium. In Salutationem angelicam. In Physica Aristotelis :* præter alia multa,quorum supra meminimus.Infra quoque nonnulla alia recensebimus. Et in bibliotheca Ansonii Augustini, Pselli *Apopthegmata,* cod. 227. *Explicatio mathematica speculationis in Platonis* [40] *Timæum. Absoluta enarratio de Lemmate. Explicatio de Platonica aurigatione animorum, et de militia deorum, in Phædrum. Explicatio nodi difficilis, quo pacto ex quinque secuplum est, et quod circa quinque figuras alia figura non statuatur contenta sub æquilateribus et rectangulis inter se æqualibus,* cod. 191.

LX. Hæc sunt, lector, Pselli monumenta, quæ hactenus, ut mihi videtur, in istis bibliothecis reposita latent, quæ non solum videre, sed etiam queas ut ita dicam usurpare : usurpabis enim, dum conferendi, interpretandi, edendique copia data, ipse tantum scriptorem studium et tempus insumes. Scriptioni meæ fidem hic imponere peropportunum videbatur; habes enim, ni fallor, exactam Pselli scriptorum enumerationem; tamen, ne rempublicam litterariam fraudare videar, de qua bene mereri semper sollicitus sum,en tertium hic ascribam catalogum librorum Pselli, quos, dum semper aliquid novi avidus capto, mihi legisse contigit. Mirum enim est, ut animus ad res novas semper gestiat, nullis laboribus, nullis succumbens vigiliis. Scio aliam hominibus beatitatem paratam, ad quam totis conatibus contendere

A unusquisque debet : quod si nescirem, in sola optimorum sriptorum lectionem coliocandam esse existimarem : et in illis conservandis occupatum summam ducerem felicitatem. In quibus omnem nostram diligentiam indulgentiamque consumi jucundissimum ac dignissimum est Mihi sane lumen solis, dies, vitaque ipsa erunt ingrata et amara, si, quæ legam, non habeam : si monumenta clarissimorum vivorum defecerint; præ illorum namque dignitate, et suavitate, divitiæ, voluptates, et quidquid apud homines in pretio est, sordes sunt et nugæ. Hac itaque sitis, sive furor (liceat propensi ad litteras animi cupiditatem, quæ nesciat modum, ita appellare) dum mihi assidue novos auctores investigandi studium ingerit, semper novum quid ingenio objicit : quod postquam

B didici, angor et doleo, me illo, tanto tempore frustratum fuisse. Hinc magis ac magis impellor concitatioribus stimulis. Dabo igitur tibi, lector, sine futo et fallaciis numerum librorum manuscriptorum Pselli, qui jam latent in bibliothecis, nec lucem viderunt, et eorum simul principia, ut rerum harum tibi notitiam habeas dilucidiorem. Ad Rhodum ipsam et saltum.

LXI. Visi igitur, aut lecti Pselli a me libri sunt : Στίχοι πολιτικοί, περὶ γραμματικῆς πρὸς κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον. *De grammatica ad Constantinum Monomachum, carmina politica.* P. Μελέτω σοι γραμματικῆς, καὶ τῆς ὀρθογραφίας.

[41] Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ Ἀντιστοίχων. *Ad eumdem, de Antistæchis.* P. ἄγγαρος γὰρ ὁ ἄγγελος,

C ἀγῆλαι τὸ σεμνύναι. Hæc duo a plerisque in unum veluti corpus digeri, et sub grammatices nomine laudari, novi; codex tamen Vallicellanus in duo dividit, secundo primum, aliis etiam aliorum interjectis, primo secundum tribuens locum; et argumentum utriusque diversam etiam poscit tractationem. Nec in unum grammaticæ regulæ, et dictionum expositiones, nisi confundas omnia, coalescunt. Meminit Casaubonus in Athenæum lib. II, c. 26. *Psellus in versibus politicis, quibus obscuriores voces exposuit.* Auctorem horum esse Psellum Michaelem nullus dubito. Meursius (*b*) tamen Joannem, cui de virtutibus ac vitiis iambos tribuit, horum auctorem insinuat; cum existimet Joannem esse quem in ἡγήτορες laudat Suidas,

D Λέγει δὲ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἡγητοσία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Eumdem Psellum sæpius a Suida laudatum inveni, in Δέρτρον. Δέρτρον, τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. Φησὶ καὶ ὁ Ψελλὸς, τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν κατονομάζει δέρτρον. Et Γηώρας, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, τοῦ Ψελλοῦ, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, καὶ γέρδης ὁ ὑφάντης. Quæ cum in his de grammatica, et antistœchis legantur, non alium horum, quam Joannem auctorem Meursius nobis intrudit.

NOTÆ.

(*b*) Meursius ad Psellum in Canticum canticor., p. 177.

Τί ἐστὶ Βαβουτζικάριος. *Quid sit Babutzicarius.* P. Ὁ μέντοι Βαβουτζικάριος ἐξ.

Περὶ τῆς Γιλλοῦς, de Gillo P. Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον. Καί.

Πόθεν τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα. *Unde nomen Cornuti originem habuerit.* P. Τέτριπται ἐν συνηθείᾳ τοῦ βίου τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα.

Τί σημαίνει τὸ Καίσαρος ὄνομα. Quid sibi velit Cæsaris nomen. P. Τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα.

Εἰς τὸ, εἴ τι ἔφθασεν. *In illud, si quid advenit.* P. Ἔφθασέ τις εἰπὼν, ὅτι ἔφθασεν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ, Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μεγάλ' ἴαχεν. *In illud, Stridit arcus, nervus autem valde sonuit.* Homeri Iliad. δ', v. 125. P. Ἔστι μὲν οὐδ' ὅπερ εἰρήκειν εὐθὺς ἐρωτηθείς.

Εἰς τὴν ἐν Νικομηδείᾳ λεγομένην ἀκοήν. *In intellectionem sic dictam, quæ Nicomediæ est.* P. Θαυμάζουσιν οἱ πολλοὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἠχεῖον.

Τίς ἡ διάκρισις τῶν συγγραμμάτων, ὧν τῷ μὲν ἡ Χαρίκλεια, τῷ δὲ ἡ Λευκίππη ὑπόθεσις καθεστήκατον. *Quænam sit scriptionum differentia, quarum alteri Chariclea, alteri Lencippe argumento sunt.* P. Πολλοὺς οἶδα καὶ τῶν ἄγαν·

LXII. Περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.* [42] P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης. Libellum Schediasmate (*c*) illustravimus.

Ἐγκώμιον εἰς τοὺς κόῤῥεις. *Laus cimicum* P. Οἱ δὲ πολλοὶ τοὺς Κόῤῥεις καχίζουσιν.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν φθεῖρα. *Laus pediculi.* P. Ἀλλ' ὁ φθεὶρ ἴσως τῇ ψύλλῃ.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ψύλλαν *Laus pulicis.* P. Τὸν Κώνωπά φασιν ὡς Ἐλέφαντα, καὶ ἵνα γε καθ' ὁδόν. Hujus meminit Joannes Tzetzes *chiliad. II, Histor.* 185.

Ὁ Μιχαὴλ μὲν ὁ Ψελλὸς ψύλλας ἐγκωμιάζει.
Ἡμῶν πρὸ χρόνων ἑκατὸν ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.

Michael quidem Psellus pulices loudat,
Annis ante nos centum florens in vita.

Πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Σέργιον, εἰπόντα μήποτε δηχθῆναι ὑπὸ ψύλλης. *In discipulum Sergium, pui dixerat, nunquam se morsum a pulice.* P. Καὶ ὡς ἀληθῶς ἄπορον, εἰ πάντων.

Πρὸς τὸν αὐτοῦ Παπᾶν. *Ad suum Papam.* P. Καὶ ποταπὸς Παπᾶς ὁ Παπᾶς.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν οἶνον. *Laus vini.* P. οὐκ οἶδα πότερον ὡς ἀνθοσμίαν.

Πρός τινα Κάπηλον μεγάλαυχον, καὶ φιλοσοφοῦντα διάκενα. *In Cauponem quemdam superbum, et frustra philosophantem.* P. Ἀλλὰ ποίας ταῦτα φιλοσοφίας, λογιώτατε ἀδελφέ.

Εἴς τινα Κάπηλον, γενόμενον νομικόν. *In Cauponem leges pertractantem.* P. Εἶτα εἰ σέ τις δικάζειν ἐπιτετραμμένον.

LXIII. Levissima ista sunt, et minus seria; at ostendendi ingenii causa, et eloquentiæ divitias, et vim, quæ res auget laudando, vituperandoque rursus affligit: et quod spectabilius est, parva pro magnis approbat, itemque magna attenuat, et ad minima deducit. Licuit semper, et antiquis, et subsecutis deinceps temporibus eloquentissimo cuique, et nunc licet. Argumenta similia, infames materias, vel inopinabiles nuncupabant. Flagitiosa siquidem si commendarent, ἄοξα καὶ ἄτοπα· si præter hominum opinionem, παράδοξα aggredi dicebantur. Ranarum pugnam Homerus; unus e sapientibus Græciæ Pittacus molam laudavit: Dio Prussæus exornavit psittacum, Polycrates mures, teredinem Clitarchus, muscam Lucianus, Themison plantaginem, Marcio raphanum, Erasistratus lysimachiam, Phythagoras bulbos, Diocles rapam, Phanias urticam, Cato brassicam, mortem Alcidamas, Aristophanes paupertatem, febrem quartanam Phavorinus, Synesius cavitium, [43] alii salem, quod ridet Plato in Convivio, alii vomitum, ollas, insecta, et quæ sunt hujus generis, quæ Plutarchus et Isocrates, et nostra tempestate alii magnifica ac diserta oratione laudibus prosecuti sunt; hic quidam ovum, ille asinum, alius ebrietatem, alius stultitiam, alius mendacium, et quid non? quæ in unum volumen sub theatri Joco-Serii nomine congessit Gaspar Dornanus, (*d*) et publicavit non sine Appendice. Et quod magis mirere, Wittembergæ Bruno quidam Nolanus impie præconium diaboli recitasse dicitur; et quidam alius, quem nominare prætermitto, lictoris publici: verum pro tanto in Acherontis ministros beneficio, reliqui Italiæ lictores, ne ingrati esse viderentur, datis ad laudatorem litteris, gratiam referre conati sunt, officia sua polliciti, cum tempus adfuerit, bene, et benigne sese illi prætituros. Non mirum itaque si Psellus etiam noster, sui experiendi gratia, in contemptissimis istis stylum exercuit. Memini me fuse admodum in Rhetoricis dubitasse, difficiliusne sit ideoque præstantius, et admirabilius res viles, minimas, vel etiam malas dicendo exornare, an quæ his contraria, ut virtutem, sapientiam, et viros his ipsis celebres et illustres. Nunc, ut lectorem, lectione operum Pselli defessum, sublevemus, pauca ex multis illis adducemus pro utraque parte ex ingenio afferenda. Isocrates similes conatus verbis etiam acerbissimis, pluribus in locis insectatur; Plato deridet in Convivio; Synesius in Epistolis improbat; eoque præcipue, si quæ totis viribus consectamur, improba decacitate vituperentur; ut de Carneade vituperante justitiam traditur. Adde: sicut longe præstabilius esset de rebus utilibus mediocres opiniones habere, quam supervacanearum exqui-

NOTÆ.

(*c*) Neque libellus Pselli, neque Allatii schediasma hoc vidit lucem.

(*d*) Hanoviæ 1619, fol. Dornaviano operi licebit addere dissertationum ludicrarum et amœniorum scriptores varios Lug. Bat. 1644, 12, et admiranda rerum admirabilium encomia. Noviomagi Batavor. 1666, 12.

sitam cognitionem; et paululum eminere in magnis, quam in parvis, præsertim iiis, quæ vitam nihil juvant, excellere; ita et in dicendo philosophandum est. Et quis nescit gravitatem scurrilitati, res serias ludis et jocis esse laboriosiores? idque ex eo intelligitur, ut dicebat Isocrates in Helenæ laudatione, quod neminem unquam illorum verba defecerint, cum hi universi longe tenuius dixerint, quam argumenti magnitudo postulat, adeo de rebus luculentis difficile est aliquid afferre in medium, quod nemo ante usurparit; de rebus autem contemptis et humillibus, quidquid in buccam venerit, omne [44] proprium fuerit, Videtur tamen magis egregium primum : primi enim eloquentiæ magistri, qui sibi laudem comparare, et omnes in sui admirationem trahere studuerunt, similia argumenta usurparunt, Homerus, Gorgias, Protagoras, aliique non pauci, et post hos multo plures. Atque has materias veteres adorti sunt, non sophistæ solum, sed philosophi quoque, ut probat A. Gellius lib. XVII, c. 12, et Philostratus in *Vitis sophistarum*. Nec dicendum est, tot eruditos homines in hac re fuisse deceptos : eorum apud omnes æstimatio singularis id negat. Et, dum materiæ difficultate magis exercentur ingenia, magis etiam lucent : etenim ubi deficit materia propter improbitatem, aut tenuitatem, ibi eloquentiæ lumina et vires magis infensæ vehementiora spicula in audientium animos contorquent, suique copia in maxima inopia ingerunt admirationem. Magis enim facundiæ opes in rebus laude carentibus ostentantur. Hinc omnibus sibique isti scriptores persuadent, Ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ἔχουσί τι λέγειν, περὶ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ῥᾳδίως εὐπορήσουσι. *Se, cum de rebus adeo improbatis verba suppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facile abundaturos.* Nec male Sidonius Apollinaris : *Nam moris est eloquentibus viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus; et illic stylum peritum, quasi quemdam fecundi pectoris vomerem figere, ubi materiæ sterilis argumentum, velut arida cespitis macri gleba jejunat.* Nec minutæ bestiolæ minus necessariæ existimantur. Nam eæ quoque in suo genere pulchræ sunt, et aliquid decoris universitati rerum, tanquam in communem rempublicam, pro sua portione, conferunt; ut præter alios animadvertit Aristoteles I *De partibus animal;* cap. 5. Divinus quippe Artifex ita magnus est in magnis rebus, ut minor non sit in parvis. Recteque a Plinio lib. II *Natur. Histor.* cap. 2. scriptum est : *In magnis corporibus, aut certe majoribus, facilem officinam seqnaci materia esse : in parvis, atque sua exilitate nullis, multam rationem, immensam vim, inextricabilem perfectionem; et rerum naturam nunquam magis, quam in minimis totam esse.* Eoque spectat illud D. Augustini lib. XXII de *Civit. Dei*, cap. 24 : *Ea plus habent admirationis, quæ molis minimum. Plus enim formicularum et apicularum opera stupemus, quam immensa corpora balænarum.*

LXIV. Sed de parvis pauca hæc etiam satis. Cætera Pselli persequamur.

Εἴς τὸν αὐτοῦ ἔγγονον ἔτι νήπιον ὄντα. *In suum nepotem adhuc infantem*. P. Οὐκ ὄψομαί σε ἴσως, φίλτατόν μοι βρεφύλλιον.

[45] Ἐγκώμιον εἰς τινὰ Νικόλαον μοναχὸν, γενόμενον καθηγούμενον τῆς ἐν Ὀλύμπῳ μονῆς. *Laus cujusdam monachi Nicolai, qui in Olympi monasterio præses fuerat*. P. Ὑψηλότεροι μὲν τῆς ἀπὸ τῶν.

Ἐγκώμιον εἰς τόν μοναχὸν Ἰωάννην τὸν Κρουστουλᾶν τὸν ἀναγνόντα ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ. *Joannis Crustulæ monachi laus, qui in S. Urna legerat*. P. Τί τοῦτο, εὐθὺς γὰρ εἰς δεδυκότα με τὸν ναόν.

Ἔπαινος τοῦ Ἰταλοῦ, *Laus Itali* P. Ὡς εὖ τῷ Ἰταλῷ. Εἰ δὲ βούλοιτο.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. *Ad discipulos, de eodem argumento*. P. Οὐδεὶς παρ' ἡμῖν οὔτ' αἰχμητὴς, οὔτ' ἀκοντιστής.

Πρὸς τοὺς βασκαίνοντας αὐτῷ, *Contra sui obtrectatores* P. Ὑμεῖς μὲν οὕτως, λέγω δὲ τούς.

Πρὸς τοὺς αὐτούς. *In eosdem*. P. Οὔθ' ὑμῖν βασκανίας περιλελείψεται ἀφορμή.

Κατά τινος λοιδορήσαντος αὐτὸν ἀφανῶς. *Contra quemdam, qui illi clanculum maledixerat*. P. Πρὸς τὴν λοιδορίαν ὁ λόγος.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπολειφθέντας τῆς ἑρμηνείας. τοῦ Περὶ ἑρμηνείας. *Ad discipulos, qui interpretationi libri Aristotelis de Interpretatione non interfuerunt*. P. Πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ὁ λόγος.

Ὅτε ἐβράδυναν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τῇ τῆς σχολῆς ξυνελεύσει. *Cum discipuli tarde ad conventum scholasticum processissent*. P. Οὐδὲν καινὸν ποιεῖτε οἵτε δοκοῦντες ὑμῖν φιλόσοφοι.

LXV. Μονῳδία ἐπὶ Ῥωμανῷ Ῥεφερενδαρίῳ, *in Romanum Referendarium*, *Monodia*. P. Πολλοὺς ἐγὼ τῶν φίλων τεθνηκότας.

Μονῳδία εἰς τὸν πρόεδρον κύριν Μιχαὴλ τὸν Ῥαδηνόν, *in antistitem dominum Michaelem Radenum, Monodia*, P. Τοῖς μὲν ἄλλοις τῷ.

Μονῳδία εἰς τὴν τοῦ ἀκτουαρίου Ἰωάννου ἀδελφήν, *in actuarii Joannis sororem, Monodia*. P. Ὦ ποίας ὁ Δαίμων ἀφορμὰς λόγων.

Μονῳδία εἰς Ἰωάννην τὸν Πατρίκιον ὁμιλητὴν αὐτοῦ ὄντα, *in Joannem Patricium discipulum, Monodia*. P. Κωφὸν ἡμῖν τὸ ἀκροατήριον.

Ἰωάννῃ Βούρτζῃ Βεστάρχῃ, τελευτήσαντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, *ad Joannem Burtzem Bestarcham, ob obitum illius fratris*. P. Οὐκ οἶδα τίνα σοι.

Ἐπιτάφιος εἴς τινα φίλον αὐτοῦ, καὶ συμμαθητήν, *in quemdam amicum et condiscipulum, Oratio funebris*. P. Ἐγὼ μὲν ᾤμην ἀνακωχήν.

Ἐπιτάφιος εἰς τὴν θυγατέρα Στυλιανὴν πρὸ ὥρας τοῦ γάμου τελευτήσασαν, *in filiam Stylianam, quæ ante nuptiarum tempus mortem obiit*. P. Θυγατέρα τῷ λόγῳ τιμῶν.

[46] Ἐπιτάφιος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, *in matrem, Oratio funebris*. P. Τὸ ἐγκώμιον, ἀλλ' οὐχ ὡς.

'Ἐπιτάφιος εἰς Εἰρήνην Καισάρισσαν. *In Irenem Cæsarissam, Oratio funebris.* P. 'Εγκωμιάζειν κατὰ ταὐτὸ, καὶ θρηνεῖν ἐπιτάφια.

LXVI. 'Εγκώμιον εἰς τὴν Δέσποιναν. *Laus* (*e*) *imperatoris.* P. Ἔδει ποτὲ τὸν εὐδαίμονα ταύτην.

Εἰς τὸν βασιλέα τὸν Διογένην ὡς ἐκ προσώπου τινὸς τοῦ πολίτου. *In Diogenem imperatorem; loquitur unus e civibus.* P. Νῦν πρῶτον ὁπλίτην βασιλέα τεθέαμαι.

Πρὸς βασιλέα τὸν Δούκαν, *in Ducam imperatorem.* P. Δέσποτά μου ἅγιε, ἀνεθεώρησα.

Δημηγορία εἰς τὸν βασιλέα τὸν Δούκαν. *In Ducam imperatorem, Concio.* P. Εἰ καὶ πρὸ τοῦ μεγάλου τούτου τροπαίου.

Ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως. *Tanquam ex imperatoris persona.* P. Παντοδαπόν τι χρῆμα, καὶ πολυέραστον βασιλεύς.

Προσφωνηματικὸς πρὸς τὸν κύριον Μιχαὴλ τὸν Δουκᾶν. *In dominum Michaelem Ducam Prosphonematicus.* P. Λέλυταί μοι τῆς ἀφωνίας.

Σελέντιον δημηγορικὸν παρὰ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα. *Silentium pro concione dictum ab imperatore Michaele Duca.* P. Εἰ καὶ πολλοῖς τῶν βασιλέων ἔθος ἐστὶν ἐξ ὑψηλοτέρου.

Σελέντιον ἐκφωνηθὲν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τῆς Βασιλίσσης κυρίας Θεοδώρας. *Silentium dictum sub imperio dominæ Theodoræ.* P. H. Τῶν ἀρετῶν Βασιλὶς μετὰ τῆς τῶν ὡρῶν Βασιλίδος.

Χρυσόβουλον, *Aurea Bulla.* P. Οὐ θαυμαστὸν εἴ τις τὸν μέγαν θεώμενος ἥλιον ἀπείρῳ φωτί.

Λόγος ὑποθήκην φιλίας εἰσηγούμενος τοῖς ἀνεψιοῖς τοῦ πατριάρχου κυροῦ Μιχαήλ. *Oratio, præcepta amicitiæ tradens nepotibus patriarchæ domini Michaelis.* P. Πολλάκις ἐθαύμασα ὅτι με τῶν ἄλλων.

Πρὸς τὸν οἰκεῖον Γραμματικόν. *In proprium Grammaticum.* P, Ὑπὲρ σοῦ πρὸς τοὺς κατὰ σοῦ τὸν λόγον πεποίημαι.

LXVII. Λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ τιμίου λειψάνου ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου. 'Εκδοθεὶς αὐτοσχέδιος. *Oratio in translationem venerandarum reliquiarum sancti protomartyris Stephani; dicta ex improviso,* P. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Πατὴρ πάντων τῶν ἐλπιζομένων.

Λόγος ἐπὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις γεγονότι θαύματι. *In miraculum in Blachernis patratum, Oratio* P. Οὐ πολιτικὸν τοῦ πολιτικοῦ ζητήματος τό.

[47] Εἰς τὰ θαύματα τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ. *In miracula militiæ principis Michaelis.* P. Σκοπὸς μὲν καὶ τέλος ἐναγομένοις ἡμῖν πρός.

Εἰς τὴν μεγάλην Κυριακὴν, ἑορτὴν τῆς ἁγίας 'Αγάθης, καὶ εἰς τὰς μαθητρίας αὐτῆς. *In magnam Dominicam, diem festum S. Agathæ; in discipulas illius.* P. Οὐ τὰ σπουδαῖα μόνον αἱρεῖται.

Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς Αὐξεντίου *Vita S. Patris Auxentii.* P. 'Αρχὴ μὲν ἡμῖν τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ παλαιοῦ πτώματος.

Πρὸς τὸν Πρωτοσύγκελλον, περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ. *Ad Protosyncellum, de S. Gregorio Thaumaturgo.* P. Μὴ θαυμάσῃς ὁ ἐμὸς μουσηγέτης, εἰ τορόν τι καὶ λαμπρὸν φθέγξομαι. In Protosyncellum hæc etiam carmina Pselli leguntur :

Σύγγελος ὡς σύνοικος, ἀλλὰ τοῦ Λόγου.
Καὶ πρῶτος ὡς Πρόεδρος. ἀλλὰ τοῦ Πόλου,
Πᾶς οὖν τις αὐτὸν Πρωτοσύγγελον λέγε,
Ὡς Οὐρανοῦ Πρόεδρον, ὡς Θεοῦ φίλον.

LXVIII. Λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς Συμεῶνα τὸν Μεταφράστην *In Simeonem Metaphrastem,* (*f*) *Oratio panegyrica.* P. Τὸν μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν ἐπαινεῖν προελόμενος. In quem et Officium, die ipsi sacro in ecclesia decantandum, concinnavit. Troparia in Laudibus et Vesperis conscripsit, P. Γέρας νὸ λαμπρὸν, τὸ περίβλεπτον ὕψος, et Canonem pro Matutinis horis confecit, cujus ea fuit acrostichis, Μέλπω σε τὸν γράψαντα τὰς Μεταφράσεις. P. Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου. Simeonis vero memoria celebratur IV Kal. Decembris, eodem ipso die, quo Stephanus vitam martyrio finiit, ut canitur Ode 9. Εἰρηνικῶς, τρισμακάριε, ἐξεδήμησας κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ κλεινὸς Στέφανος τελειοῦται' ὁ ὁσιομάρτυς. *Quiete, ter beate, tranmigrasti eo ipso die, quo inclytus Stephanus martyrio Deo consecratur.* Loquitur tamen non de Stephano protomartyre, sed de juniore alio, qui sub Constantino Copronymo pro sanctarum imaginum cultu cum aliis vario suppliciorum genere vitam effudit.

Αἰνίγματα πρὸς Μιχαὴλ τὸν Δουκᾶν *Ad Michaelem Ducam Ænigmata,* versibus politicis et iambicis composita, apud me sunt num. XLI, nescio an omnia, P. Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε.

[48] 'Επιστολαί, *Epistolæ,* circiter 33, quarum prima incipit : Ὁ πτωχὸς οὗτος ἠγαπημένε, μοι, ἀνεψιέ. Eas sequuntur nonnulli iambi, cum aliis styli exercitandi gratia conscriptis. Pselli Epistolas in bibliotheca Bavarica asservari Cod. 165 discimus ex ejus indice, et apud Joannem Suzium, et Manuelem Eugenicum, ex Antonio Verderio in Supplem. Erant et apud Antonium Augustinum Cod. 191, quarum quinque priores ad Cæsarem, ad Æmilianum patriarcham Antiochiæ tres; ad Leonem primum sacellarium unica; et ad Xiphilinum unica. Eas pereruditas appellavit Casaubonus *Animadvers. in Athenæum* lib, I. cap. 8, et tempore etiam ipsius Pselli, Magnus Drungarius magni æstimabat, si Psello ipsi credimus, epistola ad eumdem : Πάλαι ποτὲ ἀπέτεκον ἐγὼ ἄγαλμα σοφίας ἐπήρατον, ὡραίας 'Επιστολὰς, αἷς δὴ σὺ περιτυγχά-

NOTÆ.

(*e*) *Augustæ.*

(*f*) Hæc oratio una cum Officio in Simeonem Græce et Latine edita ab Allatio ad calcem dissertationis de Simeonibus, Paris 1664, 4.

νων πολλάκις, εἶτα δὴ καὶ θαυμάζων ἴσως τῆς χάριτος, οἴει τοιαύτας, με καὶ αὖθις ἀποτεκεῖν δύνασθαι. Διὰ τοῦτο σὺ μὲν ἐρᾷς τῶν ἐμῶν ὠδίνων. Ἐγὼ δέ σοι ἐκφῆναι τὸν τόκον οὐ βούλομαι. Id est: *Multo abhinc tempore sapientiæ specimen amabile, pulchras epistolas genui, quas ipse cum sæpius accepisses, forte earum gratias admiratus, similes me, et rursum edere posse existimas. Propterea tu quidem fetus meos exoptas; ego vero tibi partum excludere renuo.*

LXIX. Λόγος σχεδιασθεὶς πρὸς Πόθον Βεστάρχην ἀξιώσαντα τοῦτον γράψαι περὶ τοῦ θεολογικοῦ χαρακτῆρος. *Oratio ex tempore ad Pothum Vestarcham, qui Psellum rogarat, ut de theologico charactere scriberet.* P. Μὴ θαυμάσῃς, Πόθε μοι φίλτατε εἶ τῶν. Duæ de hac materia ad Pothum orationes indicantur in *Bibliotheca* Antonii Augustini cod. 191. An hæc una in duas divisa sit; vel vere binas scripserit, mihi non liquet.

Paraphrasis in Homeri Iliada, soluto (g h) sermone P. Τὴν εἰπὲ μηνὶν, ὦ θεὰ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως. Ita tamen, ut singuli versus seorsim redditi sint. Eam habuisse etiam Joannem Oporinum Basileensem, tradit Gesnerus·

Ἐξήγησις εἰς τὰς ε' φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. *Expositio in quinque voces Porphyrii* P. Διατί ἀπροσδιορίστως.

Ἐξήγησις εἰς τὰς Κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους. *Expositio in Prædicamenta Aristotelis.* P. Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν κοινωνεῖ.

Διδασκαλία σύντομος καὶ σαφεστάτη περὶ τῶν δέκα Κατηγοριῶν, καὶ τῶν Προτάσεων, καὶ τῶν Συλλογισμῶν, περὶ ὧν τις προδιδαχθεὶς εἰς πᾶσαν μὲν καὶ ἄλλην ἐπιστήμην καὶ τέχνην, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν ῥητορίαν [49] εὐκλεῶς ἐμπορεύσεται. *Doctrina compendiosa, et quam maxime dilucida, de decem Prædicamentis, Propositionibus et Syllogismis, quorum notitia, prius habita, in quamlibet scientiam et artem, sed rhetorum potissimum, facili negotio cuique aditus patebit.* P. Ἐπειδή τισιν οὐκ οἶδ' ὅθεν εἰπεῖν τὴν τῆς διαλεκτικῆς.

Εἰς τὴν Πορφυρίου Εἰσαγωγὴν, καί τινα τῶν Ἀριστοτέλους Κατηγοριῶν. *In Introductionem Porphyrii, et Prædicamenta Aristotelis.* P. Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τῶν ἀρχαίων.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους *In Aristotelis librum, de Interpretatione, expositio.* P· Ὁ σκοπὸς τοῦ περὶ Ἑρμηνείας ἐστὶ διαλαβεῖν περὶ Προτάσεων, diversa ab edita, quemadmodum et sequentes.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους. *In Aristotelis librum de Interpretatione, expositio.* P. Θέσθαι νῦν ἀντὶ τοῦ ὁρίσασθαι.

Σύνοψις καὶ μετάφρασις σαφεστάτη τῆς διδασκαλίας τοῦ περὶ Ἑρμηνείας· *Synopsis et Metaphrasis* A *quam dilucida doctrinæ libri, de Interpretatione.* P. Διαλαμβάνει περὶ Προτάσεων.

Εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας ἔκδοσις ἐπίτομος. *Libri de Interpretatione, compendiosa evpositio.* P. Τὰ εἴδη τοῦ λόγου πέντε τὸν ἀριθμόν.

Ψελλοῦ καὶ ἄλλων Σχόλια, καὶ Ἀποσημειώσεις εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *Pselli et aliorum Scholia et Annotationes in primum priorum Analyticorum Aristotelis.* P. Καὶ τὸ δέκατον πρόβλημα.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. *Expositio, in primum et secundum priorum Analyticorum Aristotelis.* P. Ἐν τῷ πρώτῳ εἰπεῖν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον τῶν ὑστέρων Ἀναλυτικων. B *Expositio in primum posteriorum Analyticorum.* P. Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει.

Προλεγόμενα εἰς τοὺς σοφιστικοὺς Ἐλέγχους τοῦ Ἀριστοτέλους. *In sophisticos Elenchos Aristotelis Prologomena.* Ὅτι μὲν ὁ περὶ Ἀποδείξεως λόγος. In alio vero exemplari ista Michaeli Ephesio tribuuntur.

LXX. Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες. *Quæ de Dæmonibus Græci opinentur.* P. Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Et hunc puto esse alterum (*i*) librum de Dæmonibus, ex quo Marsilius excerpsit ea, quæ leguntur ultimo capite apud ipsum, eoque magis ducor in hanc sententiam, quod in meo codice statim post hunc Tractatum sequitur Dialogus de dæmonibus, in quo interloquuntur Timotheus et C Thrax, de quo superius in libris editis Pselli egimus.

Εἰς τὴν Ψυχογονίαν τοῦ Πλάτωνος. *De animi generatione apud Platonem.* P. Τὸ μὲν λεγόμενον ἐστιν, ὅτι οὐ μάτην.

[50] Locus ex Physicis, de anima et mente P. Νοῦς ἐστιν ἕξις ψυχῆς.

Περὶ ψυχῆς. *Variæ quæstiones de anima.* P. Νοερὰ μὲν οὖν ἡ ψυχὴ, νοερῶς.

Περὶ τῶν πέντε δυνάμεων τῆς ψυχῆς. *De quinque facultatibus animæ.* P. Νοῦς μέν ἐστιν ὁ θεόθεν κατὰ φύσιν κινούμενος.

Περὶ τῆς χώρας τῆς γῆς. *De situ terræ, figura, et magnitudine.* P. Ἡ γῆ τὴν μέσην τοῦ παντὸς ἔλαχε χώραν. Non me latet tamen, in alio ma- D nuscripto opusculum hoc Nicephoro Blemmidæ tribui.

Πότε ἐκλείπει ὁ ἥλιος, καὶ πότε ἡ σελήνη, καὶ πῶς τὴν ἔκλειψιν ἀμφοτέρων συμβαίνει γίνεσθαι. *Quando deficit sol, et quando luna, et quomodo utriusque defectus contingat.* P. Εἰ μὲν τοὺς τρόπους ἐρωτᾷς τῶν ἐκλείψεων.

Περὶ θυτικῆς. *De sacrificandi ratione.* P. Περὶ τῆς θυτικῆς ἐπιστήμης ἠξίωσας.

NOTÆ

(*g-h*) Versibus politicis.

(*i*) Vide supra, § 39, p. 28.

Περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην κῦριν Μιχαήλ. *De auri conficiendi ratione; ad D. Michaelem patriarcham.* P. Ὁρᾷς, ὁ ἐμὸς δεσπότης, ὃ με ποιεῖς, ἡ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τυραννίς. Vide supra in editis, § 38.

Περὶ Σφυγμῶν. *De Pulsibus.* P. Ἥκω δή σοι καὶ τὸ περὶ Σφυγμῶν.

Ἀποσημείωσις Πυρεττώντων, *Nota de Febrientibus.* P. Εἰ κατεκλίθη ὁ νοσῶν ἐν ἀρχῇ.

LXXI. Ἰατρικὸν πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον. *Medicinale ad Constantinum Porphyrogennetam.* P. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, Tractatus prooemii mihi copiam fecit, vir τετράγωνος Melchior Inchofer, Messana delati; ipsum, quia adhuc ineditum est, ut modum etiam tractionis habeas, hic apponam: Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ καὶ σαφηνείας πᾶσαν τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν, μηδὲν κατὰ δύναμιν τῶν ἀναγκαίων ὑπεροῤῥᾶν, ἕκαστον ἐκθέμενος τῶν παθημάτων, πρῶτον μὲν τὰς αἰτίας ὑπαγορεύων σαφῶς, δεύτερον τὰς σημειώσεις δι' ὧν ῥᾳδίως γνωσθήσονται, εἶθ' ἑξῆς τὴν θεραπείαν, δι' ἣν πάντα κατὰ τέχνην θεραπεύσομεν, πρότερον ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρύεσθαι τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς. *Jussu tuo mihi, divinissime imperator, compendia de Meditationum medicarum collectione demandata, pro virium mearum modulo, compendiose atque perspicue, omnem medicinæ facultatem percurrens, nullumque ex necessariis negligens, sed universos morbos exponens, absolvere nisus sum. Primum enim causas aperte enuntio; secundo, per quas non difficulter dignoscentur, notas; tandem media, per quæ* [51] *omnia artificiose curabimus. Prius a capite, quod in eo sacra pars animæ rationalis inhæreat, exordiamur.* Ex ungue leonem, et ex hoc disce cætera. Liber tamen contemnendus non est, sed sæpe sua brevitate expeditus, et remediis a probatissimis scriptorebus delectis transcriptisque et populari loquendi forma proficuus. Pselli tamen utcunque non est. Neque enim in dicendo acrimoniam, nec in re expedienda solertiam Psellianam præ se fert. Nec patitur id imperator, cui tractatus inscribitur. Sive enim Constantinum Porphyrogennetam primum, sive secundum, qui cum Basilio imperio præfuit, intelligas, Psellus auctor esse non potuit, quem sub imperio Alexii Commeni vivum adhuc deprehendimus, nisi tunc primum, et natum, et libros componentem dicere velimus; et tunc etiam vitam ejus ultra centesimum annum productam fateri cogemur. Quod si triginta annos natus et amplius ad minus, ut verisimile est (auctorem enim, allatum exordium ætate provectum, experimentis celebrem, artisque exercitio eruditum innuit), tractatum illum conscripsit, jam Psellum ultra centum et quadraginta annos vixisse, ad hunc diem inauditum, dicendum est. Quare vel hic Psellus alius est a Michaelis Ducæ præceptore, vel Psellus omnino non est.

LXXII. Διδασκαλία παντοδαπὴ (j), καὶ πάντως ἀναγκαιοτάτη ἐν ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσι κεφαλαίοις θεωρουμένη, χωρὶς τῶν σχεδιασθέντων ἑτέρων διαφόρων λόγων καὶ στίχων πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις, ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ ἀοίδιμον βασιλέα κῦριν Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν αὐτοκράτορα γεγονότα. *Doctrina omnifaria, et omnino necessaria centum nonaginta quatuor capitibus comprehensa, præter alios varios discursus, et carmina ex tempore dictata ad argumenta varia: ad piissimum et celebrem imperatorem dominum Michaelem Ducam.* P. Πιστεύω εἰς ἕνα Πατέρα τῶν πάντων ἀρχήν. Capita, quæ in ea continentur, sunt sequentia: α'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. β'. Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως· γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ'. Περὶ ὁμοουσίου. ε'. Περὶ ὁμοϋποστάτου. ς'. Περὶ ἐνυποστάσεων. ζ'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. η', θ'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. ι', ια'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ιβ'· Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ιγ'. Περὶ τῆς θείας ἑνώσεως. ιδ'. Περὶ φύσεως ἀπαθοῦς. ιε'. Τίς ὁ Θεός. ις'. Εἰ ἄπειρον τὸ θεῖον καὶ πῶς ἄπειρον. ιζ'. Πῶς οἶδεν ὁ Θεὸς τὰ μεταβαλλόμενα πράγματα. ιη' Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός. ιθ'. Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ [52] ἄνθρωποι. κ'. Πότεροι πλείους οἱ ἄγγελοι, ἢ οἱ ἄνθρωποι. κα', κβ', κγ', κδ', κε', κς', κζ', κη', κθ'. Περὶ νοῦ. λ', λα', λβ', λγ', λδ', λε, λς', λζ', λη', λθ', μ', μα', μβ', μγ', μδ', με', μς', μζ'. Περὶ ψυχῆς. μη'. Εἰ μεταβάλλοι ψυχὴ εἰς ἄγγελον. λθ'. Εἰ ἄναρχος ἡ ψυχή. ν'. Ἀκριβέστερον περὶ ψυχικῶν δυνάμεων. να'. Πῶς ὁ Πλάτων γεννητὴν ὁμοῦ τὴν ψυχὴν καὶ ἀθάνατον ἀποφαίνεται. νβ'. Τίς ἡ Πλατωνικὴ ψυχογονία. νγ'. Διατί ἡ ψυχὴ μέση τῶν μεριστῶν καὶ ἀμερίστων λέγεται. νδ'. Ποίαν ψυχὴν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ γεννᾷ. νε'. Τίς ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις. νς'. Ποῖαι αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ τίνες. νζ'. Τί ἐστι φύσις· νη'. Τίς ἡ διαίρεσις τῶν κοινῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σωμα. νθ'. Πότε ἡ ψυχὴ τῷ κυουμένῳ ἑνοῦται σώματι. ξ'. Πῶς ἑνοῦται τῷ σώματι ἡ ψυχή. ξα'. Περὶ τῆς ἀλόγου ψυχῆς. ξβ'. Τίς ἡ βούλησις, καὶ τίς ὁ πρακτικὸς λογισμός. ξγ'. Περὶ προαιρέσεως καὶ προσοχῆς. ξδ'. Πότερον ἡ ψυχὴ λύεται ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς. ξη'. Πῶς συνέχεται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι. ξς', ξζ', ξη', ξθ' ο', οα', οβ', ογ', οδ οε', ος', οζ οη', οθ', π', πα'. Περὶ ἀρετῶν. πβ'. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖα. πγ'. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσι, πδ'. Περὶ ἰδεῶν πε'. Περὶ δαιμόνων, καὶ ἡρώων. πς'. Περὶ ὕλης.

NOTÆ

(j) Hujus prima aliquot capita Græce et Latine vulgavit Wœgelinus, ut dictum est supra § 46, et integram communicabo cum lectore infra ad hujus Diatribæ calcem.

πζ'. Περὶ αἰτιῶν. πη'. Περὶ σχημάτων. πθ'. Περὶ χρωμάτων. ϟ'. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως. ϟα'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. ϟβ'. Περὶ σωμάτων. ϟγ'. Περὶ ἐλαχίστων. ϟδ'. Περὶ διαφορᾶς γνώσεων. ϟε'. Πῶς οὐκ ἀεὶ μετέχομεν τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ ἐνεργοῦντος αὐτοῦ. ϟς'. Διατί ὅλως ἐστὶ τὸ κακόν. ϟζ'. Τελεώτερον περὶ τοῦ κακοῦ. ϟη'. Εἰ ἔστι τι ἐν ἀγγέλοις κακόν. ϟθ'. Εἰ ἐν τόπῳ τὸ ἀσώματον. ρ'. Εἰ κακὸν ἡ ὕλη. ρα'. Περὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον τῶν ὄντων ἐπιστροφῆς. ρβ'. Περὶ χρόνου. ργ'. Περὶ κινήσεως. ρδ'. Περὶ ἀνάγκης. ρε'. Περὶ εἱμαρμένης. ρς'. Περὶ τύχης, καὶ αὐτομάτου. ρζ'. Περὶ αἰῶνος, καὶ χρόνου. ρη'. Περὶ τῶν ε' αἰσθήσεων. ρθ'. Εἰ ἀληθὲς τὸ καταβασκαίνεσθαί τινας ὑπὸ τῶν ὁρώντων. ρι'. Πῶς ἐκλείψεις γίνονται. ρια'. Πῶς ἄῤῥενα καὶ θήλεα γίνεται. ριβ'. Διατί γυνὴ πολλάκις συνουσιάζουσα οὐ συλλαμβάνει, ριγ'. Διατί δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεται. ριδ'. Πόθεν γίνονται τῶν γονέων αἱ ὁμοιώσεις, καὶ αἱ πρὸς τούτους ἀνομοιότητες. ριε'. Εἰ καὶ τὸ ἔμβρυον ζῶον, καὶ πῶς τρέφεται τοῦτο. ρις'. Πῶς οἱ ὄνειροι γίνονται, ριζ'. Περι ὑγείας, καὶ νόσου, καὶ γήρως. ριη'. Διατί οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσι. ριθ'. Διατί πεινῶντες, ἐὰν πίνωσι, διψῶντες δὲ, ἐὰν φάγωσιν, ἐπιτείνονται. ρκ'. Εἰ ἔστι τι ἐκτὸς τοῦ οὐρανοῦ. ρκα'. Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου οὐσίας. ρκβ'. Εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται ὁ οὐρανός. ρκγ'. Περὶ τοῦ φαινομένου ἐν τῷ οὐρανῷ γαλακτοειδοῦς κύκλου, καὶ λεγομένου Γαλαξίου. ρκδ'. Περὶ τῶν φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ διαφόρων πυρίνων φασμάτων. ρκε'. Περὶ τῶν φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ χρωμάτων αἱματωδῶν, καὶ χασμάτων. ρκς'. Περὶ τῆς οὐσίας ἡλίου, καὶ εἰ πολλοί εἰσιν ἥλιοι. ρκζ'. Περὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ γῆς. ρκη'. Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου. ρκθ'. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης. ρλ'. Εἰ θερμὸς ὁ ἥλιος. ρλα'. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων. ρλβ'. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως. ρλγ'. Ποταπὰ τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα. ρλδ'. Περὶ τάξεως ἀστέρων. ρλε'. Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες. ρλς'. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν, καὶ θέρος. ρλζ'. Πόσος ἑκάστῳ τῶν πλανητῶν [53] ὁ χρόνος τῆς περιόδου. ρλη'. Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων Διοσκούρων. ρλθ'. Περὶ κομήτου. ρμ'. Περὶ ὑετοῦ, καὶ χαλάζης, καὶ χιόνος, πάχνης καὶ δρόσου. ρμα'. Περὶ δρόσου αὖθις καὶ πάχνης. ρμβ'. Περὶ ἴριδος. ρμγ'. Περὶ τῆς ἅλω. ρμδ'. Περὶ ῥάβδων. ρμε'. Περὶ παραλλήλων. ρμς'. Περὶ ἀνέμων. ρμζ'. Περὶ τυφῶνος. ρμη'. Περὶ ἐκνεφίου. ρμθ'. Περὶ κεραυνῶν. ρν'. Περὶ πρηστῆρος. ρνα'. Πῶς συνέστη ὁ κόσμος. ρνβ'. Εἰ ἓν τὸ πᾶν. ρνγ'. Περὶ κενοῦ. ρνδ'. Περὶ τόπου. ρνε'. Περὶ χώρας. ρνς'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος. ρνζ'. Εἰ γενητὸς ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ρνη'. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος. ρνθ'. Περὶ τάξεως κόσμου. ρξ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ὅλον ἐγκλιθῆναι. ρξα'. Πόθεν ἄν τις γνοίη Ἑλληνικαῖς ἀποδείξεσι τὴν κόσμου συντέλειαν. ρξβ'. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, τίνα ἀριστερά. ρξγ'. Περὶ μεταβολῆς

A τῶν τῆς γῆς μερῶν. ρξδ'. Περὶ σεισμῶν. ρξε'. Περὶ τοῦ μεγάλου χειμῶνος. ρξς'. Διατί ἁλμυρὸν τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ ἐστί. ρξζ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ γλυκὺ ὕδωρ εὑρίσκεσθαι. ρξη'. Διατί τὸ θαλάττιον ὕδωρ οὐ τρέφει τὰ δένδρα. ρξθ'. Διατί τῆς θαλάσσης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης, γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη. ρο'. Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ κεραυνὸς, ἅγες ἐξωθοῦσιν. ροα'. Περὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ πολιῤῥοίας. ροβ'. Διατί ὑπὸ τῶν ὑετίων ὑδάτων μᾶλλον, ἢ τῶν ἐπιῤῥύτων τὰ δένδρα, καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι. ρογ'. Διατί τῶν ὀμβρίων ὑδάτων εὐωδέστερα τοῖς σπέρμασι τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ὕδατα. ροδ'. Περί τινων λιμνῶν. ροε'. Περὶ ποταμῶν. ρος'. Περὶ Νείλου ἀναβάσεως. ροζ'. Διατί μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας B οὐκ ἀναδίδωσιν. ροη'. Περὶ τῶν μεγίστων βασιλειῶν. ροθ'. Περὶ χυμῶν. ρπ'. Διατί παραβάλλουσιν ἅλας οἱ νομεῖς τοῖς θρέμμασιν. ρπα'. Διατί τὴν χροιὰν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει, αἷς ἂν πέτραις προσομιλήσῃ. ρπβ'. Διατί τῆς ἄρκτου ἡ παλάμη τῆς χειρὸς φαγεῖν γλυκυτάτη. ρπγ'. Διατί Δωριεῖς εὔχονται κακὴν χόρτου συγκομιδὴν, ρπδ'. Διατί ἡ ἄρκτος οὐκ ἐσθίει τὰ δίκτυα, ὅταν ἁλίσκηται. ρπε'. Διατί ἡ τευθὶς φαινομένη σημεῖον χειμῶνός ἐστι ρπς'. Διατί τὸν μὲν σῖτον ἐν πηλώδει φυτεύομεν γῇ, τὴν δὲ κριθὴν ἐν καταξήρῳ. ρπζ'. Διατί ἡ ἄμπελος οἴνῳ ῥαινομένη μάλιστα τῷ ἐξ αὐτῆς ἀναξηραίνεται. ρπη'. Διατί τὰ ῥόδα μᾶλλον ἀνθεῖ δυσωδῶν τινων παραφυτευομένων αὐτοῖς. ρπθ'. Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ τῶν ἀγρίων συῶν δάκρυον ἡδὺ, τὸ δὲ τῶν ἐλάφων ἁλμυρόν. ρϟ'. Διὰ τίνα αἰτίαν αἱ χάληκες, καὶ αἱ μολυβδίδες ἐμβαλλό- C μεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιοῦσιν. ρϟα'. Διὰ τίνα αἰτίαν ἀχύροις καὶ ἱματίοις ἡ χιὼν διαφυλάττεται. ρϟβ'. Τί ἐστιν ὁ βούλιμος. ρϟγ'. Τίς αἰτία δι' ἣν εὔθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα. Id est. 1. *De nonnullis nominibus, quæ in Christianorum dogmate usurpantur*. 2. *De essentia, et natura*. 3. *De enhypostatis*. 4. *De consubstantiali*. 5. *De homoypostato*. 6. *De enypostasibus*. 7. *De essentiali unione et differentia*. 8, 9. *De relativa unione et differentia*. 10, 11. *De sancta Triade*. 12. *De modo retributionis*. (*k*) 13. *De divina unione*. 14. *De natura, quæ pati nequit*. 15. *Quis sit Deus*. 16. *Si infinitum est Numen, et qua ratione infinitum*. 17. *Quomodo* [54] *Deus cognoscat res quæ mutantur*. 18. *A quo primo elemento Deus exorsus est mundum* D *conficere*. 19. *Unde sententiam de Deo homines acceperint*. 20. *Quinam numerosiores, angeline an homines?* 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29. *De mente*, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47. *De anima*. 48. *Si mutatur anima in angelum*. 49. *Si sine principio anima est* 50. *Accuratius de facultatibus animæ*. 51. *Quomodo Plato genitum simul et immortalem animum decernat*. 52. *Quæ sit Platonica animorum generatio*. 53. *Quare anima media partibilium et impar-*

NOTÆ.

(*k*) Vide supra § 55, p. 37.

tibilium dicitur. 54. Quemnam animum Plato generat in Timæo. 55. Quæ sit animæ facultas. 56. Quales sint animi facultates, et quæ. 57. Quæ sit divisio communium operationum animi ad corpus. 59. Quando animus generando unitur corpori. 60. Quomodo corpori animus uniatur. 61. De anima rationis experte. 62. Quæ sit voluntas, et quæ operativa cogitatio. 63. De electione et attentione. 64. Utrum animus a corpore, an corpus ab animo dissolvatur. 65. Quomodo contineatur animus in corpore. 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81. De virtutibus, 82. In quo differat principium ab elementis. 83. De principiis, quid sint, 84. De ideis. 85. De dæmonibus et heroibus. 86. De materia. 87. De causis. 88. De figuris. 89. De coloribus. 90. De mistione et temperamento. 91. De generatione et corruptione. 92. De corporibus. 93. De minimis. 94. De differentiis cognitionum. 95. Quomodo non semper Deum participamus, cum ille semper operetur. 96. Quare omnino malum sit. 97. Absolutius de malo. 98. Si est in angelis aliquod malum. 99. Si in loco incorporeum sit. 100. Si malum materia. 101. De rerum ad Deum conversione. 102. De tempore. 103. De motu. 104. De necessitate. 105. De fato. 103. De fortuna et casu. 107. De sæculo et tempore. 108. De quinque sensibus. 109. An verum sit nonnullos fascinari a videntibus. 110. Quomodo eclipses fiant. 111. Quomodo mares et feminæ generentur. 112. Quare mulier sæpius virum experta non concipit. 113. Quare gemini et tergemini nascuntur. 114. Unde parentum similitudines et dissimilitudines fiant. 115. An embryum animal sit, et qua ratione nutriatur. 116. Quomodo somnia fiunt. 117. De sanitate, et morbo, et senectute. 118. Quare qui jejunant, sitiunt potius quam esuriunt. 119. Quare qui esuriunt, si bibant, at qui sitiunt, si comedant, distenduntur. 120. An sit aliquid extra cœlum. 121. De hominis essentia. 122. In quot circulos cœlum dividatur. 123. De apparente in cœlo lacti simili circulo, Galaxia dicto. 124. De apparentibus in cœlo diversis igneis spectris. 125. De apparentibus in cœlo coloribus sanguineis, et voraginibus. 126. De essentia solis, et [55] an plures soles. 127. De magnitudine solis, et lunæ, et terræ. 128 De eclipsi solari. 129. De eclipsi lunari. 130. An sol calidus sit. 131. Quæ sit essentia stellarum. 132. De stellarum latione et motu. 133. Quales sint stellarum configurationes. 134. De ordine stellarum. 135. Unde lumen habeant stellæ. 136. De significatione stellarum, et quomodo fiat hiems et æstas. 137. Quantum sit cujuscunque planetæ circuitus tempus. 138. De stellis Dioscuris nuncupatis. 139. De comete. 140. De imbre, et grandine, nive, pruina et rore. 141. De rore rursum, et pruina. 142. De iride. 143. De area. 144. De baculis. 145. De parallelis. 146. De ventis. 147. De typhone. 148. De ecnephia. 149. De fulminibus. 150. De prestere. 151. Quomodo mundus coaluit. 152. An unum universum. 153. De vacuo. 154. De A loco. 155. De terra. 156. An mundus animatus. 157. An mundus factus sit, et incorruptibilis. 158. An mundus nutriatur. 159. De ordine mundi. 160. Qua causa mundus universus inclinatus sit. 161. Undenam gentilium demonstrationibus mundi finis habeatur. 162. Quæ dextra mundi, et quæ sinistra.. 163. De transmutatione terræ partium. 164. De terræ motibus. 165. De magna hyeme. 166. Quare aqua marina est salsa. 167. Qua causa in mari aqua dulcis inveniatur. 168. Quare aqua marina arbores non nutriat. 169. Quare in mare oleo effuso, mare dilucidum fiat et quietum. 170. Qua causa, cum in mare fulmen ceciderit, sal emergat. 171. De fluxu et refluxu Euboico. 172. Quare aquis pluvialibus magis quam currentibus arbores et semina nutrian- B tur. 173. Quare ex aquis pluvialibus, quæ cum tonitru et fulgore decidunt, magis semina irrorant. 174. De nonnullis lacubus. 175. De fluminibus. 176. De Nili incremento. 177. Quare inter flumina Nilus solus ventos non efflat. 178. De maximis regnis. 179. De humoribus. 180 Quare pastores recens natis animantibus sal inspergant. 181. Quare polypus colorem saxorum, quibus sese applicaverit, induat. 182. Quare palma ursæ ad comedendum suavissima est. 183. Quare Dorienses precantur malum herbarum proventum. 184. Quare ursa capta, rete non comedit. 185. Quare lotigo visa tempestatem præsagit. 186. Quare triticum in lutosa, hordeum in arida terra seminamus. 187. Quare vitis vino, et præcipue si suo, aspergatur, exsiccatur. 188. Quare rosæ magis efflorescunt, si male olentia una C cum ipsis inseminentur. 189. Quare porcorum agrestium lacrymæ dulces, cervorum salsæ sunt. 190. Quare lapilli plumbique laminæ injectæ frigidiorem aquam efficiunt. 191. Quare paleis et indumentis nix conservatur. 192. Quid sit bulimos. 193. Quare carnes in ficu appensæ teneriores fiant. Ex hisce, CLXII capita in linguam versa Latinam a nescio quo ostendit mihi acerrimi ingenii vir Jo. Jacobus Buccardus.

[56] LXXIII. Ἐπιλύσεις σύντομοι φυσικῶν ζητημάτων πρὸς Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν ἐν βιβλίοις δυσί. Solutiones compendiosæ naturalium quæstionum ad Michaelem Ducam libris duobus. P. Ὁ μὲν Πλούταρχος, μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ. Capita lib. I. Περὶ τοῦ σφαιροειδῆ εἶναι τὴν γῆν. Περὶ τοῦ κεῖσθαι αὐτὴν ἐν μέσῳ τοῦ παντός. Περὶ μεγέθους τῆς γῆς. D Ὁρίζοντος καταγραφή. Capita secundi. Περὶ τῶν μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ στοιχείων, καὶ τῶν περὶ ταῦτα παθῶν. Περὶ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ νεφῶν, καὶ ὑετῶν, καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν. Περὶ σεισμῶν. Περὶ κομήτων ἀστέρων. Περὶ ἀνέμων. Περὶ ἴριδος. Περὶ ἅλω. Περὶ σχήματος οὐρανοῦ. Περὶ κόσμου, εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος, καὶ προνοίᾳ διοικούμενος. Περὶ τάξεως κόσμου. Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐγκλίσεως. Περὶ τοῦ, εἰ ἔστι κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου. Εἰ ἄφθαρτος, ὁ κόσμος. Τίνα δεξιὰ κόσμου, καὶ τίνα τὰ ἀριστερά. Τίς ἡ τοῦ οὐρανοῦ οὐσία. Περὶ τῶν ἐν ουρανῷ νοουμένων κύκλων. Περὶ οὐσίας ἀστέρων. Περὶ σχήματος ἀστέρων. Περὶ τῆς τῶν ἀστέ-

ψαλμα, *In inscriptiones Psalmorum, et Diapsalma*, carmine politico. P. Οὐκ ἔστι τὸ Ψαλτήριον, δέσποτά μου, βιβλίον.

LXXVI. Στίχοι διάφοροι, *carmina varia*, vario metro, sed iambica acutissime et felicissime. Nonnulla hic ex pluribus veluti in gustum describam.

Εἰς τὸν βασιλέα κῦριν Ῥωμανὸν τὸν γέροντα στίχοι, ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν λέξεων δηλοῦντες τὸ ὄνομα, *In imperatorem dominum Romanum seniorem carmina, quæ in principiis dictionum nomen manifestant.*

Ῥοδοχρινοπρόσωπος, Ὡραῖος, Μέδων
Ἀκτίσι Νίκης Οὐρανοῖ Σκηπτουχίαν.

Εἰς τὸν βασιλέα κῦριν Βασίλειον ὅμοιοι, *In imperatorem dominum Basilium similia.*

[59] Βέβαιον Ἄστρον, Σεμνὸν Ἴλασμα λίαν.
Ἔλαμψεν Ἰσχεῖν Οἴακας Σκηπτουχίας.

Εἰς τὸ φλάμουλον τοῦ Μονομάχου ἔχον ἱστορισμένους τὸν ἅγιόν Γεώργιον, τὸν βασιλέα ἔφιππον φέροντα λόγχην, καὶ τοὺς Βαρβάρους διώκοντα. *In Monomachi flammulum, in quo erant depicti sanctus Georgius, et imperator equo insidens, lanceam gestans, et Barbaros fugans.*

Μάρτυς, Βασιλεῦ, Ἵππε, Λόγχη, Βάρβαροι,
Σύμπνει, δίωκε, σπεῦδε, πλῆττε, πίπτετε.

Illud etiam *in Ulyssis certamina :*

Φυγὼν Ὀδυσσεὺς, τόν μαχησμὸν Ἰλίου,
Πλῆθος, δόλους τε Λωτοφάγων Κικόνων,
Κύκλωπος δεινὸν ὄμμα τοῦ Βροτοκτόνου,
Τὴν Λαιστρυγόνων ὠμότητα, καὶ Κίρκης
Τρόπους ἀδήλους, καὶ μεμηχανευμένους,
Ἄδην τὸν φρικτὸν, καὶ τῶν Σειρήνων φθόγγον
Πέτρας τε πλαγκτὰς, καὶ Χαρύβδεως στόμα,
Σκύλλης τὸ δεινὸν, καὶ βίαιον, ὡς ἔφην,
Υἱοῦ χερσὶ τέθνηκεν ἐν τῇ πατρίδι.

A ὡραῖος τῷ ἀπροσίτῳ κάλλει τῆς οὐσίας. Ὁ γοῦν οὕτως ὡραῖος πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος, ἤτοι ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἐφ' ᾗ ὡς ἐπὶ κλίνῃ ἀναπαύῃ ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁλολαμπὴς καὶ ἄσκιος ἀκτὶς, σκιωδῶς ὁρᾷ ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἰκητήριόν σου ἡμεῖς, ἡ πιστεύσασα εἰς σὲ Ἐκκλησία, ἐσμὲν, Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· ἤγουν, τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, ἃ δίκην δοκῶν συνεχουσῶν οἰκίαν, τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν συνέχουσιν, καὶ οἱάπερ κέδροι ἑδραίως ἐῤῥιζωμένοι τῇ εἰς Χριστὸν στεῤῥᾷ πίστει ἡδραίωνται· καὶ ταῖς προσβαλλούσαις τῇ Ἐκκλησίᾳ δίκην σφοδρῶν ὑετῶν καὶ ἀνέμων συχναῖς ἐπαγωγαῖς τῶν διαφόρων αἱρέσεών τε καὶ πειρασμῶν, οὐκ ἐῶσι ταύτην καταπεσεῖν. Φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι· φατνώματα δέ εἰσι διαποικίλλουσά τις τὸ τῆς ὀροφῆς κάλλος ἐναρμόνιος καὶ γλυφώδης πῆξις B σανίδων· αἵπερ ἐὰν ὦσιν ἐκ κυπαρίσσων, τὸ εὔπνουν ἔχουσι, καὶ σηπεδόνος σχεδόν εἰσιν ἀπαράδεκτοι. Ὧν δίκην αἱ ἀρεταὶ τὴν Ἐκκλησίαν καθωραΐζουσι, καὶ τῆς τῶν παθῶν σηπεδόνος εἰσὶν ἀπαράδεκτοι· καὶ εὐωδίαν πνευματικὴν ἀφιᾶσι τοῖς γεγυμνασμένοις τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια.

Ψελλοῦ.

Τὴν νύμφην ἐπαινέσαντος τοῦ καθαροῦ νυμφίου
Ἀνταποκρίνεται λοιπὸν κἀκείνη τὸν νυμφίον,

Ἰδοὺ καλὸς καί γε ὡραῖος ἀδελφιδός μου· φημὶ δὲ φύσει ὡραῖος. Ἰδοὺ καλὸς καὶ σὺ τυγχάνεις, ὦ νυμφίε.

Ὥσπερ δ' ἐκεῖνος εἴρηκε διπλοῦς αὐτῇ ἐπαίνους,
Οὕτω διπλοῦς ἀντείρηκεν ἐκείνη τοὺς ἐπαίνους,
C Καλὸς, εἰποῦσα, πέφυκας, ὦ νυμφίε, καὶ ὡραῖος.
Ἀδελφιδοῦν δ' ὠνόμασεν ἡ νύμφη τὸν Δεσπότην,
Τὴν ἀπὸ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους
Αἰνιττομένη προφανῶς συγγενικὴν μερίδα·
Ἣν μάλιστα πλατύτερον κάτωθεν διδαχθήσῃ.
Ἀντεπαινέσασα καὶ γὰρ ἡ νύμφη τὸν νυμφίον,
φησὶ, καὶ ταῦτα παρευθὺς πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον·
Πρὸς κλίνην ἡμῶν σύσκιος.

Ἦλθες, φησὶ, πρὸς τὴν ἡμῶν ἀσθενεστάτην κλίνην,
Τὴν ἀστραπὴν τὴν θεϊκὴν ἐντέχνως συσκιάσας.
Εἰ μὴ γὰρ ἔκρυψας αὐτὴν οἷς οἶδας τρόποις μόνος,
Τάχ' ἂν κατηναλώθημεν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θείας·
Ὅλον δὲ τοῦτο πέφυκε τοῦ Λόγου τὸ κρυψίνουν.
D Ἐπεὶ γὰρ οἱ νυμφαγωγοὶ καὶ φίλοι τοῦ νυμφίου,
Ὡς ἄνωθεν εἰρήκαμεν τὸν λόγον περὶ τούτου,
Ὑπαργυρίζουσαν αὐτὴν ἐχρύσωσαν τοῖς τρόποις,
Καὶ κλίνην ἀπειργάσαντο βασιλικὴν πορφύραν·
Ἐπανεκλίθη τοιγαροῦν ὁ Βασιλεὺς ἐν ταύτῃ.
Λοιπὸν ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν ἐκθαμβουμένη λέγει·
Πρὸς κλίνην ἦλθες σύσκιος ἡμῖν ὡς ἠβουλήθης.
Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς Ἀσμάτων.
Φησὶ γὰρ ἔτι πρὸς αὐτὸν ἡ νύμφη τὸν νυμφίον·
Δοκοὶ ἡμῶν κέδροι, φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.
Ἐπεὶ, φησὶν, ἐλήλυθας νῦν πρὸς ἡμᾶς, νυμφίε,

[10] Hebr. v, 14.

Οὐκέτι δεδιστόμεθα βροχάς τινας ῥαγδαίας,
Οὔτε κινήσεις ποταμῶν τῶν πονηρῶν ῥευμάτων,
Ἀλλ' οὐδὲ πνεύσεις τοῦ βοῤῥᾶ πνεύματος ἐναντίου.
Ἐμὲ γὰρ ἣν εὐδόκησας εἶναί σου κατοικίαν,
Καλῶς ἐπῳκοδόμησας ἐν σεαυτῷ, νυμφίε,
Ὁ λίθος ὄντως ὁ τερπνὸς καὶ τῆς ζωῆς ἡ πέτρα.
Ὅθεν δοκῶμεν τοὺς δοκοὺς ἡμῶν κεδρίνους εἶναι,
Καὶ πάλιν τὰ φατνώματα δένδρων ἐκ κυπαρίσσων.
Ἐπεὶ γοῦν ἐμνημόνευσεν ἐνθάδε κατοικίας,
Καὶ φατνωμάτων καὶ δοκῶν οὐκ εἴασε μνησθῆναι·
Σὺ δέ μοι τὰ φατνώματα καὶ τοὺς δοκοὺς ἀκούων,
Καὶ ἀρετὰς ἐννόησον τυγχάνειν ταῦτα πάντα·
Ἐν αἷς ἐλθὼν ἐστέγασεν αὐτὴν ὁ θεῖος Λόγος,
Καὶ πειρασμῶν ἀνένδεκτον εἰργάσατο τελείως.
Ἀνέμους τοίνυν καὶ βροχὰς ἢ ποταμοὺς ἀκούων,
Δαιμόνων ταῦτα πειρασμοὺς γίνωσκε πεφυκέναι.

B

Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου. κρίνον κοιλωμάτων.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἤτοι, Ἐγὼ ἡ ἐξ Ἰσραὴλ καὶ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, κατὰ μὲν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς νόμῳ καὶ προφήταις ἀπιστίας καὶ κακίας προκαθαρθέντας, κἀντεῦθεν δίκην πεδίου προομαλισθέντας, καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τοῦ καλοῦ ἀφεστηκότας. ἤνθησα τῇ ἀρετῇ, τὸν ὄμβρον γνωστικῶς δεξαμένη τὸν ἐπουράνιον· κατὰ δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς διὰ τὴν πρώτην ἀπιστίαν τῆς φυσικῆς ὁμαλότητος στερηθέντας, καὶ τῷ χειμῶνι τῶν παθῶν κοιλανθέντας· οἷάπερ κρίνον ἀπὸ τοῦ κοίλου πρὸς τὸ ὑψηλὸν ἀναθάλλον, καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἐκ τῆς ῥίζης καλαμοειδῶς ἀνατρέχον, ὡς ἂν μὴ κρύπτοιτο τοῖς κοιλώμασιν, ἀλλὰ τὸ κάλλος τούτου ἐν μετεώρῳ ὁρῷτο, τῇ εἰς Χριστὸν πίστει ἐῤῥίζωμαι, καὶ διὰ καθάρσεως, τῆς τῶν παθῶν ὑπεξανέστην συγχύσεως, καὶ ἐπὶ τῷ ὕψει τῆς γνωστικῆς θεωρίας τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς καθωραΐσμαι.

C

Ψελλοῦ.

Καιρὸς λοιπὸν καὶ τῶν ἑξῆς ἀκοῦσαι ταύτης λόγων.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν ὥσπερ ἐγκαυχωμένη·

Ἐγὼ δὲ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.

Ὑπέρευγε τῆς προκοπῆς τῆς καθαρᾶς παρθένου!
Ἰδοὺ γάρ. ἔγνω ἑαυτὴν τοῦ ξύμπαντος πεδίου
Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἄνθος ἐκλελεγμένον,
Εἶτα καὶ κρίνον καθεξῆς ἐκ των κοιλάδων θεῖον·
Μυρίζει γὰρ ὡς ἀληθῶς πᾶσα ψυχὴ τοῖς τρόποις,
Ταῖς ἀρεταῖς ἀνθήσασα καὶ καθωραϊσθεῖσα.
Καὶ μὴ μερίμναις κοσμικαῖς ὅλως ἀποπνιγεῖσα.
Καὶ μάρτυς τούτου πέφυκε Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος,
Προσμαρτυρῶν ὡς ἀληθῶς τῷ λόγῳ τῷ τῆς νύμφης.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν, ὡς καθ' εἱρμὸν εὑρήσεις·

D

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτω ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων.

Ὀρθῶς, φησὶ, λελάληκας περι σαυτῆς, ὦ νύμφη·
Οὕτως γὰρ μέσον τῶν ψυχῶν τῶν δῆθεν θυγατέρων,
Τῶν ἐν μερίμναις πάντοτε συγκαταπνιγομένων,
Σὺ μόνη νῦν ἐξήνθησας ὥσπερ ἡδύπνουν ῥόδον
Καλεῖ δὲ ταύτην ἀδελφὴν ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,

A furentis Boreæ flatus extimescimus. Me enim quam tibi domicilium esse voluisti, præclare in te, sponse, exædificasti, qui vere lapis es pulcher et vitæ petra. Cedrina sunt tigna nostra, cupressina laquearia. Quoniam hic domus est facta mentio, de tignis etiam et laquearibus loquitur. Quæ quidem omnia tu pro virtutibus accipe, quibus eam Verbum adveniens, adversus ventos et imbres et flumina, id est, contra tentationes communivit.

Ego flos campi, lilium convallium.

Trium Patrum.

Ego quidem Ecclesia ex Israelitis et ex gentibus congregata; quantum pertinet ad Israelitas, qui per legem et prophetas ab incredulitate et malitia ante purgati, atque instar campi exæquati, haud ita multum ab honesto distabant, pluvia cœlestis cognitionis irrigata, virtutibus florui: quantum autem attinet ad gentes, qui per infidelitatem naturali æqualitate privati, et vitiorum turbine depressi erant: veluti lilium ex imo in sublime consurgens, et ab radice ad idoneam magnitudinem per calamum ascendens, ne vallium profunditate abscondatur, sed excelsam pulchritudinem suam præferat, fide in Christum innitor, et per purgationem ex confusione vitiorum emersi, atque in contemplationis fastigio, virtutum decore sum exornata.

Pselli.

Tempus jam est, ut quæ deinceps sponsa dicit, audiamus. Sic enim dicit ad eum velut gloriabunda:

Ego autem flos campi: lilium convallium.

O præclaram puræ Virginis progressionem! Ecce enim te ipsam cum eximium totius campi, naturæ humanæ florem, tum divinum convallium lilium agnovisti. Omnis enim profecto anima vitæ probitate ac virtutibus florens atque excellens, nec mundi sollicitudinibus ullo modo suffocata, redolet. Cujus quidem rei testis est Christus ac sponsus; qui sponsæ sermonem, ut ordine invenies, ita confirmat:

Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.

Recte, inquit, de te locuta es, sponsa. Sic enim inter animas, quæ curarum et sollicitudinum spinis suffocantur, ut odorifera rosa floruisti. Hanc autem sororem Verbum ac sponsus vocat, quoniam divinæ obtemperat voluntati. Eos enim in Evange-

liis, fratres et propinquos et amicos appellat, qui Patris sui voluntati parent.

Trium Patrum.

Itaque sponsus lilio sponsam similem dicit, ut quæ vitæ spinis non suffocetur:

Sicut lilium, inquit, *inter spinas, ita propinqua mea inter filias*. Et hanc quidem lilio comparat, quoniam eorum quæ ad victum pertinent, nulla premitur sollicitudine, sed rebus obviis satisfacit corporis necessitati. Quod etiam in Evangeliis docens: *De vestimento*, inquit, *quid solliciti estis? considerate lilia agri, quo modo crescunt; non laborant, neque nent* [11]. Ostendit, eos qui tranquillam et frugalem vivendi rationem propter regnum cœlorum complectuntur, liliis esse similes, quæ naturalis gloriæ nitore Salomonis purpuram superant. Animas vero carnis voluptatibus effeminatas, ac propterea diaboli filias, ut in Evangeliis rursum declarat (*Vos*, inquiens, *ex patre diabolo estis* [12]), spinis assimilat, quia omnem curam et sollicitudinem in eas conferunt res quæ ad vitam hanc spectant, ut undique voluptatum materiam aucupentur. Cum enim omnem suam spem, non in eo qui sapientia sua cuncta moderatur et rebus omnibus consulit, sed in se ipsis sitam habeant, terrenis sollicitudinibus suffocantur, nec perfectum fructum ferunt.

Trium sanctorum Patrum.

Quoniam per totum hoc drama sponsus et sponsa mutuis cantibus se vicissim celebrant, assiduis amoris significationibus ostendentes, alterum alterius ardere desiderio: ita rursus sponsa sponsum alloquitur: *Sicut pomum inter ligna silvæ, sic nepos meus inter filios*. Certe sicut pomum, tum specie decora, tum odore suavi, tum gustu dulci, ac propterea hominibus ad edendum utili, ter arbores hujus qualitatis expertes excellit, in silva quæ nemorosa est, et fructum ad vescendum non hominibus, sed bestiis idoneum suppeditat; sic dilectus meus inter hominum filios præstat. Pulchritudine enim *speciosus est inter filios hominum* [13], non solum ut Dei Filius unigenitus et Verbum, verum etiam ut inter homines solus sine peccato. Odore autem jucundo fragrans propter spiritalia gratiarum munera quæ in se credentibus dilargitur, ex quibus sensum ipsius percipimus. Gustu vero suavis est: *Gustate*, enim, inquit, *et videte, quoniam suavis est Dominus* [14]. Nam mellis dulcedo illis solum qui gustaverunt, cognita est. Quamobrem et hominum cibus est, qui vitam eis tribuit spiritalem. At cæteri hominum filii, quia omnes peccaverunt et divina gloria privati sunt, ad silvæ similitudinem luxuriant, et belluinis voluptatibus nutriuntur. Idcirco, *in umbra*, inquit, *ejus cupivi et sedi*. Umbra omnino Christi, est Christiana respublica, in qua qui desi-

Ὡς ἐκπληρώσασαν καλῶς τὸ θέλημα τὸ θεῖον.
Ο λέγων γὰρ αὐτός ἐστιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.
Ἐκείνους ἔχειν ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους,
Τοὺς πληρωτὰς τῶν Πατρικῶν ἐκείνου κελευσμάτων.

Τῶν γ' Πατέρων,

Ὅθεν ὁ νυμφίος κρίνῳ παρεικάζων τὴν νύμφην, ὡς μὴ συμπνιγομένην ταῖς τοῦ βίου ἀκάνθαις, φησί.

Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων. Καὶ ταύτην μὲν κρίνῳ παρομοιοῖ, διὰ τὸ μηδ' ὅλως ποτὲ τὴν ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν μέριμναν ἀναδέχεσθαι, ἀλλ' ἀφροντίστως τοῖς παρατυχοῦσιν ἐκπληροῦν τὴν τοῦ σώματος χρείαν. Ὅπερ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις διδάσκων λέγει· Περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ οὐδὲ νήθει· δεικνὺς, ὅτι οἱ τὴν ἀταλαίπωρον καὶ αὐτοσχέδιον διαγωγὴν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἑλόμενοι, παραπλήσιοί εἰσι κρίνεις ἀμφιεννυμένοις ἀπόνως τὴν τῆς ἁλουργίδος τοῦ Σολομῶντος ἐνδοξοτέραν φυσικὴν δόξαν· τὰς δὲ ἐκθηλυνομένας ψυχὰς ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς, καὶ διὰ τοῦτο θυγατέρας τοῦ διαβόλου (ὡς πάλιν φησὶν ἐν Εὐαγγελίοις, ὅτι Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ), ἀκάνθαις παρεικάζει, διὰ τὸ πᾶσαν τὴν μέριμναν περὶ τὰ βιωτικὰ ἠσχοληκέναι, ἵν' εὐπορῶσι τῆς ὕλης τῶν ἡδονῶν· αἳ οὐχὶ τῷ τῶν ὅλων προνοητῇ πιστεύουσιν ἑαυτὰς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἑαυταῖς· καὶ διὰ τοῦτο ταῖς τῶν προσκαίρων φροντίσι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσιν.

Σῶν ἁγίων γ' Πατέρων.

Ἐπεὶ δὲ διὰ παντὸς τοῦ δράματος, ὥσπερ ἐναντιοφθόγγοις μελῳδίαις ὁ νυμφίος τε καὶ ἡ νύμφη ἀντευφημοῦσιν ἀλλήλους, ἐνδεικνύμενοι ταῖς συνεχέσι φιλοφροσύναις τὸν πρὸς ἀλλήλους πόθον· τάδε πάλιν ἀντιφθέγγεται πρὸς τὸν νυμφίον ἡ νύμφη· Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν. Ἤτοι, Καθάπερ μῆλον τὴν ὥραν μὲν εὐπρεπὲς, εὐῶδες δὲ τὴν ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν γλυκὺ, κἀντεῦθεν χρήσιμον πρὸς ἐδωδὴν λογικοῖς, ἐν τοῖς τούτου ἐστερημένοις ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, ὃς ὑλώδης τέ ἐστι καὶ καρπὸν φέρει ἀλόγοις πρὸς βρῶσιν καὶ οὐ λογικοῖς ἐπιτήδειον· οὕοως ὁ ἀγαπητός μου ἐν τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς. Κάλλει μὲν γὰρ ὡραίος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐ μόνον ὡς Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀναμάρτητος μόνος. Εὐώδης δὲ ταῖς πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας μεταδόσεσι τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος, δι' ὧν τούτου ἐν αἰσθήσει γινόμεθα. Τὴν δὲ γεῦσιν γλυκύς· Γεύσασθε γὰρ, φησὶ, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Ἐπειδὴ γλυκύτης μέλιτος οὐ τοῖς μὴ γευσαμένοις, ἀλλὰ τοῖς γευσαμένοις γνωστή. Ὅθεν καὶ τροφή ἐστι λογικῶν, ζωὴν πνευματικὴν τούτοις διδούς. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων υἱοὶ, ἐπειδὴ πάντες ἥμαρτον καὶ τῆς θείας δόξης ἐστέρηνται, δίκην δρυμοῦ τῇ σχέσει τῶν παρόντων ὑλομανοῦσι· καὶ διὰ τῶν παθῶν τῶν ἀλόγων ἑαυτοὺς ἐκτρέφουσιν. Διό φησιν. Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπε-

[11] Matth. VI, 28. [12] Joan. VIII, 44. [13] Psal. XLIV, 3. [14] Psal. XXXIII, 9.

θύμησα καὶ ἐκάθισα· σκιὰ δὲ πάντως Χριστοῦ ἡ Χριστοειδὴς πολιτεία, ἐφ' ἧς ὁ διὰ πόθου ἱδρυνθεὶς τῷ καύσωνι τῶν παθῶν τὸ συγκαίεται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς σκέπεται. Καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου· καρπὸς δὲ τούτου ἐστὶν ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. Ὅς ἐστι κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, καὶ τὰ λοιπά· οὗ τῆς γλυκύτητος ἐν αἰσθήσει ὑπάρχουσι οἱ κατὰ πεῖραν τούτου τρεφόμενοι. Οὐδὲν γὰρ χαρᾶς πνευματικῆς ἀπαθείας τε καὶ ἀγάπης γλυκύτερον. Λάρυγξ δὲ τῆς γλυκύτητος τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ αἰσθανόμενος, εἴη ἂν ἡ λογικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς· ἐπειδήπερ ταύτης χωρὶς οὐ προφέρεται λόγος· ὥσπερ οὔτε βρώματα λάρυγγος ἄνευ.

A derio est confirmatus, cupidinum æstu non comburitur, sed sub ea protegitur. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Fructus autem ipsius, est fructus spiritus, qui est, ut magnus inquit Paulus, *gaudium, pax, longanimitas, bonitas* [15], et cætera. Cujus dulcedinem sentiunt illi qui experiuntur : nihil enim gaudio spiritali et tranquillitate et charitate dulcius. At guttur quod fructus spiritalis dulcedine fruitur, est vis animæ ratione prædita, sine qua Verbum non admovetur : quemadmodum nec cibus sine gutture.

Ψελλοῦ.

Τούτων ὡς δ' ἤκουσε λοιπὸν ἡ νύμφη τῶν ἐπαίνων,
Ἀντιτεχνάζεταί τινας ἐπαίνους τῷ νυμφίῳ.
Λέγει γὰρ λέξεσιν αὐταῖς τάδε πρὸς τὸν Δεσπότην·
Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ,
Οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν.
Ὥσπερ, ἐν ταῖς ψυχαῖς ἁπάσαις τῶν ἀνθρώπων,
Ἃς θυγατέρας εἴρηκας, ὦ Λόγε καὶ νυμφίε,
Ἔγωγε μόνη πέφυκα κρίνον ὥσπερ ἐν φύει·
Οὕτω καὶ σὺ τοὺς οὐρανοὺς ἀῤῥητοτύπως κλίνας,
Καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ὑλώδη βίον,
Καὶ σαρκωθεὶς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν τῷδε τῷ δρυμῶνι,
Ὤφθης ἐν μέσῳ τῶν υἱῶν τοῦ τῇδε τῶν ἀνθρώπων,
Ὡς μῆλον εὐωδέστατον καὶ γεῦσιν καθηδύνον,
Τίνος δὲ χάριν, ἐρωτᾷς, τὸν Λόγον λέγει μῆλον;
Ὅτι καὶ χάριτας πολλὰς ἔχει καρπὸς τὸ μῆλον.
Καὶ γὰρ ἀποθλιβόμενον παρά τινος, ὡς θέμις,
Τὴν γὰρ ῥύσιν αἱματόμικτον τὴν ὑδαρώδη πέμπει.
Κἀντεῦθεν ὑπαινίττεται κρουνοὺς τοὺς σωτηρίους,
Τοὺς πρὶν πλευρόθεν βλύσαντας τοῦ Λόγου καὶ Σωτῆρος.
Ὡς ἄγαμαι τὴν φρόνησιν τῆς καθαρᾶς παρθένου!
Σοφῶς γὰρ εἴρηκεν αὐτὸν τυγχάνειν ὄντως μῆλον.
Πᾶσα μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ψυχὴ ἡ ἀνθρωπίνη,
Κἂν ἀρεταῖς ὑπεραρθῇ, κἂν πρὸς ἀγγέλους φθάσῃ,
Ἄνθος καὶ μόνον κρίνεται καὶ κρίνον ἐκ κοιλάδων,
Τὸν γεωργὸν οὐ τρέφουσα (βοτάνη γὰρ οὐ τρέφει),
Ἀλλ' ἑαυτὴν λαμπρύνουσα τῷ κάλλει τῆς ἰδέας.
Οὐδὲ γὰρ χρῄζει παρ' ἡμῶν ὁ γεωργὸς κερδαίνειν,
Ὥς πού φησιν ὁ Ψαλμῳδὸς πρὸς τὸν αὐτὸν νυμφίον·
Ὡς ἀγαθῶν σὺ τῶν ἐμῶν οὐδ' ὅλως χρείαν ἔχεις.
Ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ γεωργὸς ἡμῶν ὁ καὶ νυμφίος,
Ὁ μῆλον ὄντως γεγονὼς ἀπὸ τοῦ σαρκωθῆναι,
Τὰς τρεῖς καὶ πρώτας ἐν ἡμῖν αἰσθήσεις ἐπευφραίνει,
Τὴν ὅρασιν, τὴν ὄσφρησιν, καὶ μάλιστα τὴν γεῦσιν·
Ὡραῖος γὰρ εἰς ὅρασιν ὡς ἀληθῶς τυγχάνει,
Ὁ πάντων ὡραιότατος τῶν γηγενῶν Δεσπότης,
Καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰς αὐτὸν ἐργάζεται φωστῆρας.
Ἡδύς τε πρὸς τὴν ὄσφρησιν ὑπάρχων μύρου πλέον·
Τὸ μέχρι γὰρ τοῦ πώγωνος πρὶν καταβαῖνον μύρον
Τοῦ Ἀαρὼν, αὐτός ἐστιν ὁ καθαρὸς ὁ νυμφίος.

Pselli.

Has laudes sponsa cum audivisset, quibusdam ipsa quoque sponsum laudibus extollit. Dominum B enim hisce verbis alloquitur : *Sicut pomum inter ligna silvæ : sic nepos meus inter filios.* Quemadmodum, inquit, inter omnes hominum animas, quas, o Verbum et sponse, filias appellasti, ego sola sum tanquam lilium in germine : sic etiam tu arcana ratione *cælos inclinans*, et *descendens* [16] super terram in hanc vitam mortalem, et carnem nostram assumens, in hac silva te inter filios hominum conspicuum præbuisti, tanquam pomum suavissimum et gustu jucundissimum. Cur autem Verbum appellat pomum? Quia multiplici gratia hic fructus est præditus. Etenim si forte a quopiam comprimatur, liquorem sanguineum et aqueum emittit, et proinde innuit fontes illos salutares, qui ex latere Verbi et Salvatoris emanarunt. O puræ Virginis pruden- C tiam admirabilem! sapienter enim ipsum vere pomum dixit esse. Nam omnis profecto anima humana, licet virtutum præstantia ad angelos accedat, flos tantummodo et lilium convallium judicatur; (non alens agricolam, neque enim herba alit), sed se ipsam speciei pulchritudine exornans. Etenim lucrum ex nobis non quærit agricola, ut quodam in loco sponsum ipsum alloquens, ostendit David : *Deus* inquit, *meus es tu, quia bonorum meorum non eges* [17]. At Christus agricola sponsusque noster, cum carnem humanam induens, vere pomum evaserit, tres nostros eosque præcipuos sensus oblectat, visum, odoratum atque in primis gustum. Aspectu enim sane quam decorus est : quippe cum sit omnium qui in terra nati sunt [18], speciosissimus, respicientesque se clarissimos reddat. Olfactu au- D tem perjucundus : est enim unguento plenus : imo unguentum ipsum quod descendit in barbam Aaron [19]. Gustatu vero quam suavissimus : gustantibus enim se vitam tribuit immortalem. Nam qui digne manducat corpus ejus, ipse ait, vitam vere æternam possidebit [20]. Ac de proposito hujus carmini hactenus. Ad reliqua Canticorum expli-

[15] Gal. v, 22, 23. [16] Psal. xvii, 10. [17] Psal. xv, 2. [18] Psal. xliv, 3. [19] Psal. cxxxii, 2. [20] Joan. vi, 55.

canda pergamus. Sponsa, de Verbo divino. *In umbra*, inquit, *ejus desideravi et sedi; et fructus dulcis gutturi meo.* Hujus, inquit, admirabilis vitalisque pomi sæpenumero umbram aspicere concupivi, cum ardor tentationum me vehementer exureret. At ecce in ea jam confidens oblector et gaudeo, atque ardorem tentationum declino : quandoquidem me in omnibus mandatis Domini meditantem, Verbum ac sponsus meus dulcissimus divinis suis obumbrans alis, procul avertit tentationum faces. Hæc cum veluti lætabunda protulisset, ad amicos sponsi convertit sermonem suum, hortaturque illos, ut progrediantur, et ad formosum sponsum accurrant. Sed verba ipsius mihi sunt expendenda :

A Γλυκύτατος γὰρ πέφυκε καὶ μάλιστα πρὸς γεῦσιν,
Ὡς τὴν ζωὴν τὸν ἄληκτον διδοὺς τοῖς γευσαμένοις·
Ὁ τρώγων γὰρ, φησὶν αὐτὸς, σῶμα τοὐμὸν ἀξίως,
Αὐτὸς κερδήσει τὴν ζωὴν τὴν ὄντως αἰωνίαν.
Ἀρκοῦσι ταῦτα τῷ σκοπῷ καὶ λόγῳ τῷ τοῦ μέλους,
Τὸ τῶν Ἀσμάτων δὲ λοιπὸν καλῶς ἑρμηνευτέον·
Φησὶν ἡ νύμφη καθεξῆς περὶ τοῦ θείου Λόγου·
Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα.
Καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου.
Τούτου φησὶ τοῦ θαυμαστοῦ καὶ ζωηφόρου μήλου
Πολλάκις ἐπεθύμησά που τὴν σκιὰν προσβλέψαι,
Ὅταν ἡ φλὸξ τῶν πειρασμῶν σφόδρα κατέφλεξέ με.
Ἀλλ' ἰδοὺ νῦν ἐκάθισα, καὶ τέρπομαι, καὶ χαίρω
Καὶ τὸν φλογμὸν ἐξέφυγον τὸν τῶν πειρατηρίων,
Καὶ μελετῶ τὰς ἐντολὰς ἁπάσας τοῦ Κυρίου,
Ὁπόταν ὁ γλυκύτατος ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,
B Κατασκιάσῃ καὶ αὐτὴν ταῖς πτέρυξι ταῖς θείαις,
Ἀποτειχίσῃ δὲ μακρὰν τοῦ πειρασμοῦ τὴν φλόγα.
Ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκεν ὥσπερ ἐγκαυχωμένη.
Παρακαλεῖ δὲ καθεξῆς τοὺς φίλους τοῦ νυμφίου,
Ἔτι προκόψαι καὶ δραμεῖν πρὸς τὸν καλὸν νυμφίον.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτούς. Ἀλλά μοι σκοπητέον·

Introducite me in cellam vinariam : ordinate in me charitatem. Fulcite me unguentis : stipate me in pomis, quoniam ego amore sum vulnerata.

Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, στηρίξατέ με ἐν μύροις, στιβάσατέ με ἐν μήλοις, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Siti urgeor, inquit, ad sponsum meum, ad vitæ botrum illum maturum atque divinum, per crucis mortem dulcedine fluentem. Quamobrem in hujus cellam me quoque introducite, ut, pure sponsi pulchritudinem conspicata, amoris ignem erga illum adaugeam. Adhuc autem et supplico ut majora consequar : Hæc enim ad angelos loquitur :

Φησί· Διψῶ τὴν προκοπὴν τὴν ὡς πρὸς τὸν νυμφίον,
Τὸν βότρυν λέγω τῆς ζωῆς, τὸν πέπειρον, τὸν θεῖον,
Τὸν γλεῦκος ἀποστάζοντα τῷ σταυρικῷ θανάτῳ.
Καὶ τοίνυν εἰσαγάγετε κἀμὲ πρὸς οἶκον τούτου,
C Ὡς ἂν ἰδοῦσα καθαρῶς τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου,
Τὸ ζώπυρον αὐξήσω μου τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης.
Ἔτι δὲ πάλιν δυσωπῶ τυχεῖν τῶν μειζοτέρων.
Τάδε γὰρ λέγει πρὸς αὐτοὺς, τουτέστι τοὺς ἀγγέ-[λους·

Fulcite me unguentis : stipate me in pomis.

Στηρίξατέ με ἐν μύροις, στιβάσατέ με ἐν μήλοις.

Quando, inquit, dilexit me abjectam admirandus ille et metuendus atque pulcherrimus sponsus, ad ejus me charitatem, vos qui Verbi et sponsi amici estis, incitate : qui prius mihi adhibuistis aurum, nunc autem adhibete unguenta, quæ omnem arceant fetorem peccati, ne amplius aberrem aut rursus e via declinem. Tu vero per amicorum unguenta virtutes intellige. Sed pomis præterea flagitat ut constipetur. Amicos enim alloquitur anima, modo ut sponsa et virgo nuptialibus vestimentis exornata : modo ut lectus auro spendidus ; modo ut divinum solium. In una enim profecto eademque anima purissima Christus et sponsus nunc quiescit, nunc ambulat, et sedet sæpissime. Quæquidem omnia indicat pomorum constipatio. Prorsus autem flagrat sponsa ac plane ardet desiderio sponsi, qui dicitur pomum e silva, cupitque illum semper hæc sibi esse omnia, cibum deliciasque, et umbram, et stipationem, et tectum : quemadmodum et ipsa erga illum hæc est universa: sponsa nimirum, et sedes, et cubile, et domus. Tum assiduæ flagitationis suæ causam angelis ex-

Ἐπεὶ, φησὶν, ἠγάπησεν ἐμὲ τὴν ἀπωσμένην
Ὁ θαυμαστὸς, ὁ φοβερὸς, ὁ κάλλιστος νυμφίος,
Στηρίξατέ με τὸ λοιπὸν ὑμεῖς οἱ τούτου φίλοι,
Πρὸς τὴν ἀγάπην τὴν αὐτοῦ τοῦ Λόγου καὶ νυμφίου·
Ὥσπερ μοι πρότερον χρυσὸν ἀντιδιδόντες μύρα,
Τὰ πάσης ἀποτρεπτικὰ δυσώδους ἁμαρτίας,
Ὡς ἂν μηκέτι πλανηθῶ καὶ παρεκκλίνω πάλιν.
Σὺ δ' ἀρετὰς ἐννόησον τὰ μύρα τὰ τῶν φίλων.
D Ἀλλ' ἔτι πάλιν λιπαρεῖ τοῖς μήλοις στιβασθῆναι.
Ποτὲ μὲν γὰρ προσομιλεῖ τοῖς φίλοις, ὥσπερ νύμφη,
Ἡ παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ νυμφοστολουμένη.
Ποτὲ δ' ὡς κλίνη χρυσαυγὴς, ποτὲ δ' ὡς θεῖος θρόνος.
Καὶ γὰρ ὡς ὄντως ἐν μιᾷ ψυχῇ καθαρωτάτῃ,
Νυνὶ μὲν ἀνακλίνεται Χριστὸς ὁ καὶ νυμφίος·
Νυνὶ δὲ περιπατεῖ, καὶ κάθηται πολλάκις.
Ἅπαν δὲ τοῦτο πέφυκεν ὁ στιβασμὸς τῶν μήλων.
Ποθεῖ καὶ φλέγεται καλῶς ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ·
Ὅστις καὶ μῆλον λέγεται φανὲν ἐκ τοῦ δρυμῶνος,
Καὶ θέλει τοῦτον γενέσθαι πάντοτε ταῦτα πάντα,
Τροφὴν τρυφήν τε καὶ σκιὰν καὶ στιβασμὸν τῆς [στέγης·

Ὥσπερ κἀκείνη γίνεται ξύμπαντα πρὸς ἐκεῖνον,
Νύμφη, καὶ θρόνος, καὶ στρωμνὴ, καὶ πάλιν κατοικία.
Εἶτά φησι πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους τὴν αἰτίαν,
Τῆς παρακλήσεως αὐτῆς τῆς συνεχοῦς πρὸς τούτους,
Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. Ἐγὼ φησὶν ἐκδυσωπῶ [τὴν ὑμετέραν χάριν,
Τὴν στέγην ὅλην μου καλῶς ἐν μήλοις στιβασθῆναι,
Ὅτι τῷ βέλει τέτρωμαι τῷ τῆς ἀγάπης τούτου.
Ἀγάπην τοίνυν νόησον τὸν ἄναρχον Πατέρα,
Καὶ βέλος ὄντως ἐκλεκτὸν τὸν Λόγον καὶ νυμφίον·
Τοῦτον γὰρ πέμπειν εἴωθεν ἐπὶ τοὺς σωζομένους.

Τῶν γ' Πατέρων

Οὕτω μὲν ἡ νύμφη τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος, τὴν εὐωδίαν, τὴν σκέπην, τὴν γλυκύτητα καταμαθοῦσα, ἀνακηρύττει τάδε εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα. Διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, λειτουργικὰ πνεύματα προσκαλουμένη συνεργεῖν πρὸς διηνεκῆ αὐτοῦ ἀπόλαυσιν, φησίν· Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου· Ἤγουν, Διδάξατέ με τοὺς θείους περὶ σαρκώσεως λόγους. Οἶνον γάρ φησι τὸν εὐφραίνοντα τὰς ψυχὰς τῶν τούτου μεταλαμβανόντων, καὶ πρὸς θέωσιν ἐξιστῶντα Θεὸν Λόγον. Οὗ οἶκος ἡ προσληφθεῖσα παρ' αὐτοῦ σάρξ· εἰς ὃν οἶκον εἰσάγεται ἡ Ἐκκλησία μία σὰρξ μετὰ Χριστοῦ ἐσομένη, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ, Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὅτι Ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Σαρκὸς γὰρ καὶ αἵματος Χριστοῦ ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία μεταλαμβάνουσα, καὶ σύσσωμος αὐτῷ γινομένη, καὶ κατὰ γνῶσιν τοὺς περὶ σαρκώσεως λόγους δι' ἀγγέλων μανθάνουσα, καὶ κατ' ἀρετὴν τοὺς τούτων τρόπους ἐκφαίνουσα, εἰς οἶκον τοῦ οἴνου εἰσέρχεται, οἰκητήριον Θεοῦ ἀποτελουμένη ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Οὕτω δὲ εἰς οἶκον τοῦ οἴνου εἰσαγαγόντες με τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην· ἤτοι, Τὴν κατὰ χάριν θείαν κοινωνίαν, ἧς πρῶτοι αὐτοὶ κατὰ τάξιν μεταλαμβάνετε· τάξατε καὶ ἐπ' ἐμὲ, ἀναλόγως ἕκαστον τῶν πιστῶν μυσταγωγοῦντες τὰ θεῖα. Στηρίξατέ με ἐν μύροις· δηλαδὴ, Ῥώσατέ με ἐν τοῖς δίκην μύρων εὐωδιάζουσιν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρίσματι, καὶ πρὸς θεοσέβειαν ἐνισχύσατε τὴν διὰ τὴν σωματικὴν ἀσθένειαν ἐκλυομένην. Στιβάσατέ με ἐν μήλοις· ἤγουν, Πληρώσατέ με γνώσεως θείας ἐν τοῖς δίκην μήλων τὸν λάρυγγα γλυκαίνουσι θείοις λογίοις· ταῦτα δὲ αἰτῶ παρ' ὑμῶν, Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. Ἤτοι, Ἐπειδὴ νυττομένη οὐχ ὑπὸ φόβου. ἀλλ' ὑπὸ ἀγάπης (ἔξω γὰρ αὐτὴ βάλλει τὸν φόβον) εἰμὶ ἐγὼ ἡ νυμφευθεῖσα τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως. Ὡς γὰρ πρότερον αὕτη τῷ φόβῳ μὲν τῶν κολάσεων καθαρθεῖσα, εἶτα δὲ καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν φωτισθεῖσα, νῦν σπεύδει διὰ τῆς ἀγάπης εἰς τελειότητα ἀναχθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Ὅθεν φησίν· Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με. Δηλονότι, Αἱ τῶν κολάσεων, ὡς ὑποδεχομένων τοὺς ἐξ εὐωνύμων, ἀπειλαὶ, ὑπὸ τὸ δίκην κεφαλῆς ἀρχικὸν τῆς ψυχῆς

A plicans : *Ego* enim, inquit, *amore sum sauciata.* Ego vestram opem imploro. Totam domum meam pomis constipari cupio : quoniam sagitta amoris istius confixa sum. Per amorem intellige Patrem, qui nullum habet principium ; per sagittam vero electam, Verbum et sponsum. Hunc enim in eos qui salvantur, conjicere consuevit.

Trium Patrum.

Ita quidem sponsa cognitam sponsi pulchritudinem, suavitatem, domum, dulcedinem prædicat. Ministros autem spiritus, in ministerium missos B propter eos qui salutis hæreditatem sunt adepturi [21], rogat ut sibi præsto sint, ad perennem ejus fruitionem assequendam : Introducite, inquiens, me in cellam vini, hoc est, docete me divinas incarnationis rationes. Deum enim Verbum appellat vinum, quod animas gustantium lætitia afficit ad divinitatemque perducit. Hujus cella caro est ab ipso assumpta : quam quidem in cellam Ecclesia introducitur, una caro cum Christo futura. Sic enim Apostolus locum illum, *Et erunt duo in carne una* [22] interpretatur : *Ego autem*, inquit, *dico in Christo et in Ecclesia* [23]. Fidelium enim Ecclesia, dum carnis et sanguinis Christi particeps, atque unum cum ipso corpus efficitur, incarnationisque rationes ab angelis discit atque eas moribus comprobat, in vini C cellam ingreditur, et habitaculum Dei efficitur in Spiritu sancto. Cum ita me in cellam vini introduxerit, *ordinate charitatem*, illam scilicet divinæ gratiæ communionem, qua vos ordine fruimini : In me quoque fideles singulos pro cujusque ratione divinis mysteriis instituentes, ordinate. *Fulcite me unguentis* : sanctissimi Spiritus donis, unguentorum instar fidelium animas odoris suavitate conspergentibus me corroborate, et corporis imbecillitate labantem in divina pietate confirmate. *Stipate me in pomis :* implete me Dei cognitione in divinis sermonibus, qui pomorum instar gutturi meo dulcedinem afferunt. Hæc autem a vobis peto, *quia vulnerata sum charitate.* Quia scilicet non timore, sed amore incitata (*charitas* enim *foras mittit timorem* [24]), cum Christi per fidem conjuncta sum. D Nam ut ante pœnarum formidine purgata, deinde futurorum bonorum spe illustrata, ita nunc charitate commota festinat per sanctos angelos ad perfectionem adduci, Quamobrem ait : *Læva ejus sub capite meo : et dextera illius amplexabitur me.* Comminatio suppliciorum quæ a sinistris constitutos manent, sub capite meo, sub ea videlicet parte, quæ ut caput in corpore, sic ipsa in anima principatum obtinet, mente nimirum sensus ipsi subjiciente. Itaque dextera illius, ut spero, jam amplexabitur me. Promissio scilicet bonorum quæ

[21] Hebr. I, 14. [22] Gen. III, 24. [23] Ephes. V, 32. [24] I Joan. IV, 18.

a dextris collocati suscipient; regnum utique Dei in sæculo futura, me complectetur: quod cum nec temporis initium nec finem habeat, mihi tamen et principium et finis invenitur, quippe quæ et ortus initium nacta sim, ut regni cœlestis cernam hæreditatem, et in eo tandem propter humanitatem illius, tanquam fine ac termino circumscripta, procul ab omni mutatione conquiescam.

Pselli.

His rursus sponsa subjicit quædam verba, quemadmodum ordine reperies. Sunt autem hæc: *Læva ejus sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me.*

Horum canticorum vis de more procedit. Ecce enim quæ paulo ante mirabili sagitta saucia erat, nunc sagitta fit manibus jaculantis. Id quod animæ contigit Pauli vulneratæ. Siquidem et ille ex infideli factus fidelis a Christo Verbo et Salvatore, confestim veluti sagitta missus est a divino Spiritu in gentes remotas atque in errore demersas; ut prædicationis et doctrinæ verbo animas aberrantes in viam vitæ reduceret. Hæc, mea quidem sententia, diademate redimite, ita se habent. Te vero minime moveat, quod cujus sinistra sub capite sponsæ sit, ut ipsa ait, ejus dextera illam complectatur: quandoquidem ad similitudinem volantis sagittæ emissa fuisse dicta est.

Trium Patrum.

Magistra anima, ad rudes quæ instituuntur, *Adjuravi vos*, inquit, *filiæ Jerusalem*. Quo autem pacto adjuravi? sponsi minas et promissiones, quæ auditores cogendi, non secus ac jusjurandum, vim habent, vobis proponens ut ipsius sponsi tantum metu ac desiderio teneamini. Doceo autem omnino vos; quas genui in Spiritu sancto, qui est visio pacis, utpote qui nos ducit in omnem veritatem, quæ Verbum est, Filius unigenitus; a quo Patri reconciliati sumus [25]. Jerusalem enim idem est, quod pacis visio. *Per potentias et fortitudines agri, ut suscitetis et excitetis charitatem, dum ipse voluerit.* Hoc igitur pacto vos adjuravi, ut per animi potentias et corporis sensus (animæ enim potentiæ in mundo, tanquam in agro, per sensus agunt) in vobis ipsis per virtutem suscitetis, et magis ac magis per contemplationem excitetis charitatem; quæ quidem est ille qui pro salute nostra mortem oppetiit, unigenitus Dei Filius et Verbum: donec ipsi placuerit visione sua nos dignos reddere, et per gratiam provehere ad divinitatem. Nisi enim charitate sic affectæ fueritis, frustra vobis sponsi minas et promissa proposuero, cum per illa tanquam per jusjurandum, timorem et desiderium ejus in vobis non excitarim, quoad ipse qui

[25] Joan. XVI, 13.

A μου πάντως τὸ νοερὸν ὑποτάσσουσαι αὐτῷ τὸ αἰσθητικόν· διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐν ἐλπίσιν εἰμὶ, ὅτι καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με· ἤτοι, Τὰ ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθὰ ὡς τοὺς ἐκ δεξιῶν ὑποδεχόμενα, ἡ βασιλεία δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα περικυκλώσει με, ὡς μὴ ἀρχὴν χρονικὴν μήτε τέλος ἔχουσα· ἐμοὶ δὲ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος εὑρισκομένη. Δι' αὐτὴν γὰρ ὡς ἂν ταύτην κληρονομήσω τὸ ἐξ ἀρχῆς γέγονα· καὶ εἰς ταύτην πάλιν διὰ φιλανθρωπίαν καταντῶ, παυομένη πάσης κινήσεως, καὶ ὑπ' αὐτῆς ὁριζομένη.

Ψελλοῦ.

Ἀλλὰ προστίθησί τινας ἡ νύμφη πάλιν λόγους, λέγουσα τάδε πρὸς αὐτοὺς, ὡς καθ' εἱρμὸν εὑρήσεις. Ταῦτα δέ εἰσιν· Εὐώνυμνος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.

B Ἡ τῶν ᾀσμάτων δύναμις τούτων καταθεμίζει.
Ἰδοὺ γὰρ βέλος γίνεται χερσὶ ταῖς τοῦ τοξότου,
Ἡ πρὸ μικροῦ τῷ θαυμαστῷ κατατρωθεῖσα βέλει,
Ὡς ἡ τοῦ Παύλου πέπονθε ψυχὴ καλῶς τρωθεῖσα.
Κἀκεῖνος γὰρ γενόμενος πιστὸς, ἐξ ἀπιστίας ζωγρευθεὶς,
Καὶ παρὰ Χριστοῦ τοῦ Λόγου καὶ Σωτῆρος,
Εὐθὺς πρὸς ἔθνη τὰ μακρὰν καὶ πλάνῃ βεβυσμένα
Παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος οὗτος ἐξαπεστάλη,
Εἰς τὸ ζωγρεύειν τὰς ψυχὰς τὰς ἐκπεπλανημένας,
Τῷ Λόγῳ τοῦ κηρύγματος καὶ τῆς διδασκαλίας.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἔχουσιν, ὡς οἶμαι, στεφηφόρε·
Σὺ δὲ μηδ' ὅλως ἐκπλαγῇς ἅπερ ἡ νύμφη λέγει.
Ὡς ἄρα χεὶρ εὐώνυμος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ μου,
Ἡ τούτου δ' αὖθις δεξιὰ καὶ περιλήψεταί με.
C Τρόπον γὰρ βέλους κοσμικοῦ καὶ πετομένου λέγω,
Ὁ λόγος ἐσχημάτισεν αὐτὴν ἐξαποστεῖλαι.

Τῶν γʹ Πατέρων.

Ἡ διδάσκαλος ψυχὴ πρὸς τὰς μαθητευομένας φησίν· Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. Ὥρκισα δὲ πῶς; Τὰς τοῦ νυμφίου ἀπειλὰς καὶ τὰς ἐπαγγελίας, τὰς δίκην ὅρκου ἀναγκαζούσας τοὺς ἀκούοντας αὐτῷ μόνῳ τὸν φόβον καὶ τὸν πόθον τηρεῖν. Ἀναδιδάξασα πάντας ὑμᾶς τὰς ἐν ἁγίῳ ἀποτεχθείσας μοι Πνεύματι, ὅπερ ὅρασίς ἐστιν εἰρήνης, ὡς ὁδηγοῦν ἡμᾶς εἰς πᾶσάν τὴν ἀλήθειαν· ἥτις ἐστὶν ὁ καταλλάξας ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ Πατρὶ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος· ὅρασις γὰρ εἰρήνης τὸ Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται. Ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ. Ἤγουν, Τοιουτοτρόπως D ὥρκισα ὑμᾶς, ἐὰν ἐν ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσι καὶ ταῖς σωματικαῖς αἰσθήσεσι (δι' ὧν αἱ τοιαῦται δυνάμεις ἐνεργεῖν ἰσχύουσιν ὡς ἐν ἀγρῷ τῷ κόσμῳ) ἐγείρητε κατ' ἀρετὴν ἐν ἑαυταῖς καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐξεγείρητε κατὰ γνῶσιν τὴν ἀγάπην, ἥ ἐστιν ὁ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας καταδεξάμενος θάνατον μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ Λόγος, ἕως ἂν θελήσῃ ἀξιῶσαι ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ ἐμφανείας διὰ τῆς κατὰ χάριν θεώσεως. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω διατεθῆτε περὶ τὴν ἀγάπην, εἰς μάτην λοιπὸν ἀνεδίδαξα ὑμᾶς τὰς τοῦ νυμφίου ἀπειλὰς, καὶ ἐπαγγελίας, μὴ βεβαιώσας διὰ τούτων ὥσπερ δι' ὅρκου τὸν πρὸς αὐτὸν ὑμέ-

τερον φόβον καὶ πόθον, ἕως ἂν αὐτὸς ἡ ἀγάπη, ἥτις οὐδέ ποτε ἐκπίπτει, ἐπιφανεὶς ἡμῖν τὴν στρεψίαν χαρίσηται.

A charitas est [26], *quæ nunquam excidit* [27], adventu suo nobis immutabilitatem largiatur.

Ψελλοῦ.

Ἀλλὰ καιρὸς καὶ τῶν ἑξῆς Ἀσμάτων ἐπακοῦσαι.
Ἀντιβολεῖ γὰρ καθεξῆς καὶ πάλιν τοὺς ἀγγέλους·

Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγαπην, ἕως ἂν θελήσῃ.

Ἀγρὸν τὸν κόσμον νόησον· ἰσχὺν δὲ τούτου πάλιν,
Τὴν τοῦ Δεσπότου δύναμιν τοῦ Λόγου καὶ νυμφίου.
Φησὶ γάρ, Ὦ νυμφαγωγοὶ καὶ φίλοι τοῦ νυμφίου,
Ἐκείνας καταλείψασα τὰς συνεχεῖς αἰτήσεις,
Μεθ' ὅρκου φέρω δέησιν ὑμῖν ἀπὸ καρδίας,
Μηδέποτε παυθήσεσθαι λαμπρύνοντές με πλέον,
Καὶ τὴν ἐμὴν αὐξάνοντες ἀγάπην πρὸς τὸν Λόγον.
Μέχρις ἂν ὅλην με καλὴν ἐργάσησθε τοῖς τρόποις,
Καὶ μέχρις ἂν ἐκπληρωθῇ θέλημα τοῦ νυμφίου.
Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ θέλημα καὶ μόνον τοῦ νυμφίου,
Τοῦ θέλοντος τὸ σώζεσθαι πάντας ἀνθρώπους ὄντως,
Τὸ καθαράν με παντελῶς καὶ θεαυγῆ φανῆναι.
Ἀλλ' αὖθις θεωρήσωμεν τὰ καθ' εἱρμὸν τοῦ λόγου,

Pselli.

Verum tempus est, ut quæ sequuntur in Canticis audiamus. Rursus enim angelos obsecrat et obtestatur :

Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, per potentias et fortitudines agri, ut suscitetis et excitetis charitatem, donec voluerit.

Ager tibi sit mundus : hujus fortitudo, potestas Domini Verbi ac sponsi. Vos, inquit, qui sponsi nuptiarum ministri estis atque amici, assiduis flagitationibus omissis, jurejurando precor ex animo B atque obtestor, ne prius me decorare desistatis, quam partibus ac numeris omnibus ornatum atque expolitam moribus reddideritis, et sponsi voluntas expleta fuerit, cujus quidem hæc est voluntas unica [28], ut homines pervelit omnes salvos fieri, meque plane mundam ac divino splendore illustrem esse. Sed orationis seriem contemplari pergamus.

Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου.

Τοσοῦτον ἀκατάληπτον ὄντως ἐστὶ τὸ θεῖον,
Ὅτι κἂν πάσας ἀρετάς τις κατορθώσῃ πόνοις,
Κἂν ὑψωθῇ πρὸς οὐρανοὺς τοῖς ἐναρέτοις τρόποις,
Κἀντεῦθεν σύνεγγυς Θεοῦ νομίσῃ καθεστάναι,
Ἴστω τυγχάνειν πόῤῥωθεν τῆς θεϊκῆς οὐσίας.
Ἰδοὺ γὰρ ἡ προκόψασα καὶ φθάσασα πρὸς ὕψος,
Καὶ προσδοκῶσα σύνεγγυς ἑστάναι τοῦ νυμφίου,
Οὐσίαν τῆς θεότητος οὐδ' ὅλως ἐπεγνώκει.
Φωνὴν δὲ τούτου νόησον τῶν προφητῶν τὰς ῥήσεις,
Τὰς τὴν τοῦ Λόγου σάρκωσιν ἀῤῥήτως προδηλούσας.
Εἶτα καὶ τί φησιν ἑξῆς, ἐκεῖνο σκοπητέον.

Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.

Εἰποῦσα πρῶτον τῆς φωνῆς ἀκοῦσαι τοῦ νυμφίου,
Οὗτος, φησί, νῦν ἔρχεται πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη.
Καλῶς ἐφιλοσόφησεν ἡ καθαρὰ παρθένος,
Ὁ γάρ τοι Λόγος τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς εἰς γῆν καθόδου,
Προφήτας ἐξαπέστειλε προλέγειν τὴν ἐκείνου
Τὴν πρὸς ἀνθρώπους κάθοδον, καὶ σάρκωσιν τὴν θείαν.
Μετὰ δὲ τούτους ἔφθασε κἀκεῖνος οὐρανόθεν.
Ὁ δὲ παρὼν αἰνίττεται λόγος ὁ τῶν Ἀσμάτων,
Τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεανθρώπου Λόγου.
Δι' ἧς εἱλκύσατο ψυχὰς ἐν σκότει καθημένας,
Δαίμονας ὅλους καθελὼν καὶ μόνῃ κελεύσει.
Τούτους γὰρ ὄρη κέκληκε καὶ πάλιν βουνοὺς λέγει.
Θαυματουργῶν γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ δαίμονας ἐκβάλλων
Τῷ λόγῳ μόνῳ, ξύμπαντας ἐπίσης ἐταρτάρου,
Ἐλάττονας καὶ μείζονας καὶ μᾶλλον λεγεῶνας.
Ἔπειτα τί φησιν εὐθὺς ἡ νύμφη, σκοπητέον·

Vox consobrini mei.

Tantum abest ut divinitas comprehendi queat : ut, licet virtutibus sit quispiam omnibus exornatus, rectisque vivendi rationibus sublimis tollatur in cœlum, ac propterea se proxime ad Deum putet ac-C cedere, ab ejus tamen natura is distare se sciat quam longissime. Ecce enim sponsa, quæ proficiendo ad eam sublimitatem progressa est, ut proxime ad sponsum videretur accessisse, divinitatis essentiam haud percepit omnino. Tu per vocem sponsi oracula prophetarum accipe, quæ arcanam Verbi incarnationem prodiderunt. Quid autem deinceps dicat, est attendendum.

Ecce hic venit saliens in montibus, transiliens colles.

Cum antea sponsi vocem audire se dixisset, *jam*, inquit, *hic venit saliens super montes.* Scite pura Virgo philosophatur. Nam Verbum Dei, antequam descenderet in terram, præmisit prophetas qui adventum suum et divinam incarnationem prænuntiarent. Mox et ipse de cœlo profectus est. Hæc D igitur verba Canticorum innuunt divini Verbi incarnationem, per quam animas in tenebris considentes liberavit, jussu solo fugatis dæmonibus universis, quos montes appellat ac deinde colles vocat. Christus enim edens miracula, atque integras dæmonum legiones ejiciens verbo solo, cunctos simul tum majores tum minores in tartarum detrusit. Quid statim sponsa dicere pergat, expendamus.

[26] I Joan. IV, 16. [27] I Cor. XIII, 8. [28] I Tim. II, 4.

Similis est consobrimus meus capreæ hinnulove cervorum in montibus Bethel.

Hæc prope simile quiddam significant iis quæ dicta sunt. Declarant enim, Verbum et sponsum expulisse dæmones, atque in tartarum detrusisse. Sponsum autem hinnulo cervorum comparat Virgo, ita dæmones profligantem, ut hinnulus destruit. Hinnulus hic in montibus foveas habet. Mons enim Bethel cœleste indicat domicilium. Caprea vero allegorice (videntem) significat. Nam ipse omnium corda intuetur.

Trium Patrum.

Hoc autem pacto cum discentes animas magistra sponsa docuisset, ut tum pœnæ formidine tam promissorum spe virtutem excolentes, in se charitatem accenderent eamque per contemplationem inflammarent; donec sponso placeret ad ipsas advenire, atque eas in statu immutabili constituere : ne forte, sponsi adventum tardius futurum existimantes, excolendæ virtutis laborem detrectarent, illas confirmat, *Vox*, inquiens, *nepotis mei*. Nam dilecti vox Præcursor est, ille pœnitentiæ promulgator, divinas instruens vias ac dirigens semitas. Voces sunt minæ et promissiones, quæ partim auditores ad pœnitentiam impellunt : partim vias Domini ex virtute constituunt, et rectas per cognitionem in ipsis faciunt semitas ejus. *Ecce hic venit*. Venit profecto, ecce jam adest, si, comminationes illius atque promissa exaudientes, a prioribus peccatis per pœnitentiam recedamus et per spem futurorum bonorum illustremur. Venit autem ad nos, ut dictum est, præparatos : saliens super excelsa videlicet decreta divinitatis suæ, sublimis, quæ verticis montium instar obtinent. Ex affirmativa enim ipsum theologia comprehendere conantes, in qua constitutus ex actu præcelsus ostenditur, ex hac eum aspicimus in negativa theologia, quatenus essentia præstantior est transiliens colles. Verum colles item, ut eminentes sunt, dispensationis extendunt instituta, quæ ipsa quoque nequeunt comprehendi. Super colles autem, quantum ad cognitionem nostram attinet, sponsus transilit, dum ex eo quod Deus, videtur ut homo. Et saliens in id quod homo est, cognoscitur ut Deus. Quod autem de sponso dixit, salire super montes, et colles transilire : salire et transilire capræ et cervi lascivientis est proprium ; quibus deinceps assimilans sponsum : ***Similis est***, inquit, ***nepos meus capreæ hinnuloque cervorum in montibus Bethel***. Bethel autem significat ***domum Dei***, quæ est fidelium Ecclesia. Cujus montes intelliguntur propter excellentiam sanctissima Unigeniti divinitatis atque humanitatis instituta, super quæ hic sponsæ dilectissimus saliens, ut supra diximus, atque transiliens more animalium prædictorum, spiritales feras, quæ veluti venenum opiniones veritati contrarias adversus Ecclesiam jaculantur, ab ea procul repellit. Natura enim

A "Ομοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι ἢ ἐλάφῳ ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ.

Σχεδὸν ταυτόν τι πέφυκε τοῦτο τοῖς προῤῥηθεῖσι.
Κἀντεῦθεν γὰρ δεδήλωκε τὸν Λόγον καὶ νυμφίον,
Τοὺς δαίμονας ἐλαύνοντα καὶ καταταρταροῦντα.
Νεβρῷ δ' αὐτὸν παρείκασεν ἐλάφων ἡ Παρθένος.
Ὡς δῆθεν ἀναλίσκοντα τὴν φύσιν τῶν δαιμόνων,
Ὥσπερ τοὺς ὄφεις ἡ νεβρός. Ἀλλ' ἡ νεβρὸς ἐκείνη,
Ἥτις ἐπ' ὄρους τοῦ Βαιθὴλ ἔχει τὴν ἄνω κατοικίαν.
Ὄρος δὲ γίνωσκε Βαιθὴλ τὴν ἄνω κατοικίαν.
Ἡ δὲ δορκάς σοι τροπικῶς τὸν βλέποντα σημαίνει.
Ουτος γὰρ βλέπων πέφυκεν ἁπάντων τὰς καρδίας.

Τῶν γ' Πατέρων.

Οὕτω διδάξασα τὰς μαθητευομένας ψυχὰς ἡ διδάσκαλος, διά τε τοῦ φόβου τῶν κολάσεων καὶ τῆς ἐλ-
B πίδος τῶν ἐπαγγελιῶν ἐγείρειν κατ' ἀρετὴν, καὶ ἐξεγείρειν κατὰ γνῶσιν ἐν ἑαυταῖς τὴν ἀγάπην, μέχρις ἂν θελήσῃ ὁ νυμφίος ἐμφανισθῆναι αὐταῖς, καὶ στηρίξαι εἰς ἀτρεψίαν· λοιπὸν ἵνα μὴ αὗται βραδύνειν τὴν τοῦ νυμφίου ἐπιδημίαν δόξασαι, ἀπαγορεύωσι διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίμονον, παραμυθουμένη ταύτας, φησί· Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου· ἐπειδὴ φωνὴ τοῦ ἀγαπητοῦ ὁ Πρόδρομος, ὡς κήρυξ τῆς μετανοίας καὶ ἑτοιμαστὴς τῶν θείων ὁδῶν καὶ τρίβων· φωναί εἰσιν αἵ τε ἀπειλαὶ καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· ὡς αἱ μὲν ἐφελκόμεναι τοὺς ἀκούοντας πρὸς μετάνοιαν, αἱ δὲ ἑτοιμάζουσαι κατ' ἀρετὴν τὰς ὁδοὺς τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιοῦσαι κατὰ γνῶσιν ἐν τούτοις τὰς τρίβους αὐτοῦ, Ἰδοὺ οὗτος ἥκει· ἤτοι, Ἰδοὺ οὗτος ἔρχεται· εἰ τῶν ἀπειλῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν
C ἀκούσαντες καθαρθῶμεν τῶν προτέρων πλημμελημάτων διὰ μετανοίας, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν φωτισθῶμεν. Ἔρχεται δὲ ἐφ' ἡμᾶς ἑτοιμασθέντας, ὡς εἴρηται, πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη· ἤγουν, ὑψούμενος ἐπὶ τὰ δίκην ὑπερκειμένης κορυφῆς ἡμῶν ὑπερφυῆ δόγματα τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ἐκ γὰρ τῆς καταφατικῆς θεολογίας καταλαβέσθαι αὐτὸν ἐπιχειροῦντες, ἐν ᾗ βαίνων κατ' ἐνέργειαν δείκνυται ὑπεραιρόμενος, ἐκ ταύτης τοῦτον ὁρῶμεν ἐν τῇ ἀποφατικῇ θεολογίᾳ κατὰ τὸ ὑπερούσιον διαλλόμενον ἐπὶ τοὺς βουνούς. Ὡς δὲ ὑπερανεστηκότες, καὶ οἱ βουνοὶ τὰ τῆς οἰκονομίας δηλοῦσι δόγματα, ὄντα καὶ ταῦτα ὑπὲρ κατάληψιν. Ἐφ' ἃ κατὰ τὴν ἡμετέραν γνῶσιν ὁ νυμφίος διάλλεται ἀπὸ τοῦ Θεὸς ὢν ὁρᾶσθαι ὡς ἄνθρωπος· καὶ καταπηδῶν εἰς τὸ ἄνθρωπος ὢν γινώσκεσθαι ὡς Θεός. Ὅτι δὲ εἴρηκε περὶ τοῦ
D νυμφίου, πηδᾷν ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ διάλλεσθαι ἐπὶ τοὺς βουνοὺς, τὸ δὲ πηδᾷν καὶ διάλλεσθαι δορκάδος ἴδιον καὶ ἐλάφου νεάζοντος, τούτοις λοιπὸν παρεικάζων αὐτὸν, φησὶν, Ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ. Βαιθὴλ δὲ ἑρμηνεύεται οἶκος Θεοῦ, οὗ ἐστιν ἡ τῶν πιστῶν Ἐκκλησία, ἧς ὑπάρχουσιν ὄρη διὰ τὸ ὕψος, τὰ περὶ τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ Μονογενοῦς εὐσεβέστατα δόγματα· ἐφ' ἃ οὗτος ὁ τῆς νύμφης ἀγαπητὸς πηδῶν, ὡς προείρηται, καὶ διαλλόμενος, ὁμοίως τοῖς εἰρημένοις ζώοις τὰ νοητὰ θηρία τὰ εἰσπνέοντα δίκην ἰοῦ τὰ ἐναντία τῆς ἀληθείας δόγματα κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἀπελαύνει ταύτης μα-

κράν · ἐπειδὴ πεφύκασι φυγαδεύειν τὰ ἰοβόλα θηρία A ἡ δορκὰς καὶ ἡ ἔλαφος.

Των γ' Πατέρων.

Ἰδοὺ οὗτος ἕστηκεν ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν, παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων, ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

Ἐπειδὴ πεφύκασι φυγαδεύειν τὰ ἰοβόλα θηρία ἡ δορκὰς καὶ ἡ ἔλαφος· Ἰδοὺ οὗτος ἕστηκεν ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν. Τοῖχος δὲ ἡμῶν ἐστι τὸ κτιστὸν, οὗ ὀπίσω ἕστηκεν ὁ ἄκτιστος καὶ πάντων δημιουργὸς Θεὸς λόγος, ὡς ἀρχὴ τῶν ἐχόντων πρὸς τέλος τὴν κίνησιν. Εἰ γάρ ἐστι καὶ ἔμπροσθεν ὁ αὐτὸς ὡς τῶν ὅλων ἀρχὴ καὶ τέλος· ἀλλ' ἐπειδήπερ μήπω αὐτὸν εὑρήκαμεν ἐκ τοῦ τέλους· οὔπω γὰρ ἐν αὐτῷ τὴν πᾶσαν ἀνεπαύσαμεν κίνησιν. ὅσπερ τὸ τέλος ἐστίν· ὀπίσω ἑστηκέναι λέγεται, παρακύπτων διὰ B τῶν θυρίδων. Θυρίδες δὲ τῆς κτιστῆς φύσεως αἱ μέτοχοί εἰσι τοῦ ἀκτίστου· δι' ὧν οὗτος ἐπ' αὐτὴν παρακύπτει ἐπιβλέπων τὰ κατ' αὐτὴν κηδεμονικῶς (εἰ μὴ ταύτας αὐτῷ ἀποκλείωμεν ταῖς παρα φύσιν κινήσεσιν). Ἐκκύπτων διά τῶν δικτύων· ἤγουν, ἐποπτεύων ἡμᾶς διὰ τῆς ἀλληλουχίας τῶν ἀρετῶν. Εἰ γὰρ ἔχομεν τὰς εἰρημένας θυρίδας, ἀναπεπταμένας μὲν, πεφυλαγμένας δὲ τῇ τῶν ἀρετῶν κατὰ λόγον ἀλληλουχίᾳ· καθὼς εἰσιν αὗται δίκην δικτύων περιπεπλεγμέναι ἀλλήλαις· ἵνα μήτι τῶν πετεινῶν πάντως, τῶν ἐναερίων πνευμάτων, λαθὸν εἰσέλθῃ, καὶ τὸν ἐναποκείμενον ἡμῖν σπόρον τῆς θείας διδασκαλίας λυμήνηται· ἐκκύπτει ἐφ' ἡμᾶς διὰ τῶν τοιούτων δικτύων ἡ αὐτῶν τῶν ἀρετῶν οὐσία· δηλαδὴ ἡ γενηθεὶς ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σοφία, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, μονογενὴς αὐ- C τοῦ Υἱὸς καὶ Λόγος.

Ἰδοὺ οὗτος ἕστηκεν ὀπίσωτοῦ τοίχου ἡμῶν παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων, ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

Ψελλοῦ.

Ἰδηού, φσὶν, ἐλήλυθεν ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,
Ὁ κατοικῶν ἀπὸ Βαιθὴλ τῆς ἄνω κατοικίας,
Οὐδέπω δ' εἰσελήλυθεν ἐντὸς τοῦ περιβόλου.
Ἀλλ ἔξωθεν ἱστάμενος ἐξόπισθεν τοῦ τοίχου,
Διὰ θυρίδων ἔσωθεν ἐθέλει παρακύπτειν.
Σὺ δέ μοι τοῖχον γίνωσκε τὸν νόμον τὸν ἀρχαῖον,
Τὸν ἐμποιοῦντα τὴν σκιὰν καὶ πλάνην τῶν ἀνθρώπων·
Θυρίδας δὲ καὶ δίκτυα, τῶν προφητῶν τοὺς λόγους.
Καὶ γὰρ πρὸ τῆς σαρκώσεως τοῦ θεανθρώπου Λόγου, D
Πολυμερῶς ἐλάλησε καὶ πάνυ πολυτρόπως.
Ἀλλ' ὅπερ λέγει καθ' εἱρμὸν ἡ νύμφη σκοπητέον.

Ἀποκρίνεται ὁ ἀδελφιδός μου, λέγει μοι·
Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, ἡ περιστερά μου.]

Ἐπεὶ, φησὶν, ἐλήλυθεν ὁ Λόγος καὶ νυμφίος,
Ὁ ταῖς προφήταις χρώμενος ὥσπερ τισὶ θυρίσι,
Τοῦτο τὸ πρῶτον εἴρηκεν ἔσωθεν παρακύπτων·
Ἀνάστηθι τοῦ πτώματος τῆς πλάνης καὶ τοῦ σκότους,
Καὶ πρόσελθέ μοι καθαρῶς. καὶ γίνου μοι πλησίον.
Εἶτα, φησὶν, ἐξεῖπέ μοι καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις·

capreæ ac cervo insitum est, ut venenosas bestias insectentur.

Trium Patrum.

En ipse stetit post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, despiciens e retibus.

Quando capreæ et cervo naturalis ea vis est, ut pestiferas bestias fugent: *Ecce*, inquit, *ipse stetit post parietem nostrum.* Paries noster est natura creata, post quam stetit qui creatus non est, sed creator est omnium Deus Verbum, ut rerum principium quæ motum habent ad finem. Quanquam enim et prius est ipse, utpote initium et finis universorum; tamen quoniam ipsum ex fine nondum invenimus: nondum enim in eo qui finis est, et ab omni motu conquievimus: post stare dicitur, *prospiciens per fenestras.* Fenestræ autem sunt ea quæ naturæ creatæ ab increato communicata sunt; per quæ ipse ad eam prospicit, dum providentia sua cuncta moderatur, nobisque (nisi fenestras has adversus eum motionibus animi naturæ contrariis concludamus) prospicit. *Respiciens per retia*, hoc est, inspiciens per mutuam virtutum connexionem. Nam si fenestras quæ dictæ sunt, habuerimus apertas illas quidem, sed tamen ita mutuo virtutum, retium instar, recte complicatarum contextu communitas, ut nulla ex volucribus, ex aereis nimirum spiritibus, nullus furtim ingrediatur, atque reconditum in nobis divinæ disciplinæ semen corrumpat: respicit in nos per hæc retia, ipsarum virtutum essentia, ipse videlicet *qui factus est nobis a Deo sapientia et justitia et sanctificatio et redemptio* [29], unigenitus ejus Filius et Verbum.

Ecce hic stetit post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per retia.

Pselli.

Ecce, inquit, Verbum et sponsus venit, demigrans ex Bethel, e superna domo: nondum autem sub tectum introivit: sed foris stans post parietem, per fenestras vult introspicere. Tu autem mihi per parietem legem antiquam intellige, umbram et errores hominibus injicientem: per fenestras vero et retia, oracula prophetarum. Nam ante divini Verbi incarnationem *multifariam multisque modis locutus est* [30]. Sed quid sponsa dicat, consiremus.

Respondet consobrinus meus, et dicit mihi: Surge, veni, propinqua mea, formosa mea, columba mea.

Quoniam, inquit, venit Verbum et sponsus, qui prophetis tanquam fenestris quibusdam usus est; hoc primum dixit introspiciens: Surge de lapsu erroris et tenebris; et ad me puriter accede, et mihi propinqua efficere. Deinde hæc, inquit, præter alia mihi dixit:

[29] I Cor. I, 30. [30] Hebr. I, 1.

Ecce hiems transiit, imber abiit, recessit sibi : flores apparuerunt in terra : tempus putationis advenit.

Quoniam, inquit, naturam dæmonum a quibus humana natura congelatur, et pigra atque iners prorsus ad recte agendum redditur, profligavit : atque ideo hiems charitatis abscessit, et gravis imber omnis abiit ac defluxit : et jucundum veritatis exortum est ver : florere cœpit tellus, natura nempe humana. *Tempus putationis jam venit :* legendi sunt flores, si vis corollas ex floribus contexere. Hominum enim natura quam terram appellavit, idolis et fraudi cervicem inclinans, nullam virtutum speciem præbuit (id enim flos significat), acerbissima ac vehementissima hieme deceptionis in glaciem redacta ac propemodum perdita. Quis enim se in tantis errorum tenebris, pietatis professionem tueri, modestiam servare, temperantiam amplecti, osculari justitiam unquam sperasset ? At *jam flores apparuerunt in terra nostra.* Surge igitur, et coronas tibi ex virtutibus texe. Ac florum testis minime rejiciendus est ille præcursor gratiæ, *Pœnitentiam,* inquiens, *agite* [31] : qui multos ex Hebræis baptizavit, cum videret eos florentes in confessione. Huc enim spectant ea verba Canticorum :

Vox turturis audita est in terra nostra.

Vox enim clamantis fuit præcursor iste, qui passeri, turturi, dexteræ comparatur.

Ficus protulit grossos suos : vineæ florent : dederunt odorem.

Eumdem hæc forte sensum habent cum superioribus. Ficum enim rursus intellige naturam humanam : grossos, inferiores virtutes : vites florentes, animas quæ in recta vivendi ratione ac via progredi jam cœperunt.

Surge, veni, propinqua mea, formosa mea, columba mea.

Trium Patrum.

Cum igitur magistra anima ita se in erudiendis adolescentibus exercuisset, jam quæ ipsa a sponso didicerit, narrat: Respondet, inquiens, nepos meus, qui sermonem videlicet meum ad discipulas profert : respondet dilectus meus, et dicit mihi : *Surge, veni, propinqua mea :* docere desine quæ a me per naturalem scriptamque legem mysteria ad me pertinentia antea dedicisti. Ab iis consurgens, tu quæ propter perfectionem es propinqua mea, ad ea tradenda te confer quæ ex lege constant spiritali, et his longe sunt excellentiora. Ego enim qui sum natura immensus et infinitus, nullis unquam rerum ex materia constantium terminis comprehendar. Itaque te semper oportet ad ulteriora contendere. *Formosa mea, columba mea.* Formosa quidem mea, quatenus operibus et præceptis exsequendis

[31] Matth. III, 2.

A 'Ιδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ· τα ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, ὁ καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν.

Ὅτι, φησὶ, κατήργησε τὴν φύσιν τῶν δαιμόνων,
Τὴν ἀποκρυσταλλώσασαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων,
Καὶ δείξασαν ἀναίσθητον πρὸς τὸ καλὸν τελείως,
Κἀντεῦθεν ἀπελήλαται χειμὼν ὁ τῆς ἀπάτης,
Καὶ πᾶς δεινός τις ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἀπεῤῥύη,
Καὶ τὸ τερπνὸν ἀνέτειλε τῆς ἀληθείας ἔαρ·
Ἡ γῆ δ' ἀνθεῖν ἀπήρξατο, φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων,
Καιρὸς δὲ πέφθακε λοιπὸν τομῆς τῆς τῶν ἀνθέων,]
Πλάτων μὲν ἅπαν τὸ αἰθέριον σῶμα ἐκ πυρὸς καὶ γῆς καὶ τῶν ἑτέρων δύο στοιχείων κατασκευάζων, εἰκότως ἂν εἴπῃ θερμὸν τὸν ἥλιον· Ἀριστοτέλης δὲ ἕτερον παρὰ τὰ στοιχεῖα τὸ τοιοῦτον σῶμα τιθεὶς, οὔτε θερμὸν λέγει τὸν ἥλιον, οὔτ' ἄλλην ποιότητα ἔχοντα. Εἴποι δ' ἂν ἐρωτώμενος, Πῶς μὴ θερμὸς ὢν θερμαίνει; Ὅτι κινούμενος τὸ ὑπέκκαυμα ποιεῖ καὶ τὸν περίγειον ἀέρα, κἀντεῦθεν θερμότητος τῆς ὑποκειμένης καθίσταται αἴτιος. Τοῦ δὲ ὑπεκκαύματος καὶ τὴν φύσιν καὶ τὸ ὄνομα. αὐτὸς πρῶτος ἐφεῦρε καὶ ὠνόμασεν. Ὑπέκκαυμα οὖν λέγει τὴν ἀναπεμπομένην ἀπὸ τῆς γῆς ἀναθυμίασιν θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ οἷον καπνώδη. Αὕτη οὖν ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις μέχρι τῆς σελήνης ἀναγομένη διὰ κουφότητα, εἶτα κινουμένη κατὰ μέρος ἐξάπτει καὶ ὡς πῦρ φαίνεται, καὶ θερμαίνει τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν. Ὅτι δὲ ἡ κίνησις θερμότητα ποιεῖ, δηλοῦσιν αἱ ἀκίδες τῶν βελῶν· τῇ γὰρ κινήσει λύουσι τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς μόλιβδον.

ϞΖ'. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων.

Πάντων τῶν ἀστέρων τῶν τέ γε ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν κατὰ μὲν Πλάτωνα μία οὐσία, ἡ διαυγεστέρα τῶν στοιχείων μερὶς, καὶ τὸ οἷον ἐξάφρισμα τούτων, κατὰ δὲ Ἀριστοτέλην ἡ ἐπίνοια τοῦ πέμπτου σώματος. Οὐ γὰρ ἐξονομάζει τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν πάντα οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀστέρας ἅπαντας διὰ τὴν διάφορον κίνησιν πρὸς τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα, πέμπτον σῶμα καλεῖ. Τῶν δὲ συμπάντων ἀστέρων, ἑπτὰ μόνον εἰσὶν οἱ πλανῆται, κυρίως δὲ πέντε, ὁ γὰρ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη οὐ πεπλάνηνται, ἀλλ' οἱ πέντε, διὰ τὸ δοκεῖν ἱστᾶσθαι, καὶ ὑποποδίζειν, πλανῆται ὠνομάσθησαν.

ϞΗ'. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως.

Οἱ μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρες ἅπαντες ἐστηριγμένοι ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, καὶ τῷ οὐρανῷ ἀμεταθέτως συγκινούμενοι, ἐπειδήπερ οὗτος ἐξ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς φέρεται, τὴν αὐτὴν καὶ οὗτοι τῷ οὐρανῷ κινοῦνται κίνησιν. Οἱ δὲ πλανῆται διὰ τὴν ἀντίθετον ἀντέρεισιν καὶ ἰσόσταθμον ὑπὸ σοφῇ προνοίᾳ, ἵνα μὴ σύῤῥηξις ὑπὸ τῶν αὐτῶν καταδρόμων καὶ κυλισμάτων γένηται, κατὰ τὴν ἰδίαν καὶ φυσικὴν κίνησιν ἐκ δύσεως εἰς ἀνατολὴν φέρονται. Κινοῦνται δὲ καὶ ἐξ ἀνατολῶν εἰς δύσιν, ἀλλὰ τῷ οὐρανῷ συμπεριφερόμενοι· ὅθεν ὁ ἥλιος κατὰ μὲν τὴν ἰδίαν κίνησιν, τέσσαρας ὥρας πληροῖ τοῦ ἐνιαυτοῦ, νῦν μὲν βόρειος, νῦν δὲ νότιος κινούμενος· καθὸ δὲ συγ-

est. Nam quando ab æqualis magnitudinis corpore alterum illuminatur, umbra prodit cylindrica, at si a majore, coniformis. Jam major utique est sol tellure, igitur dum eam illuminat, conicam umbram efficit. Quando igitur in terræ umbram incidit luna, obscura fit ac veluti deficiens. Et quando in radicem sive inferiorem umbræ incidit partem, deficit tota. At quando in partem supremam, tunc non tota obscuratur, quandoquidem in coniformi umbra basis latior, fastigium angustius breviusque est.

96. *Num sol sit calidus?*

Plato qui omne cœleste corpus ex igne, terra et duobus cæteris elementis componit, merito solem calidum affirmavit. At Aristoteles aliud præter illa elementa corpus cœlo tribuens, nec calidum esse nec alia tali qualitate præditum affirmat. Quod si dixerit aliquis. Quomodo igitur, si calidus non est, calefacit? respondet, quod dum movetur sol excitat ὑπέκκαυμα, sive fuliginosos vapores, aeremque vicinum terræ, atque inde caloris subjecti est auctor. Ὑπέκκαυμα veluti fomitem flammæ concipiendæ primus dixit et naturam ejus explicavit Aristoteles, intelligens per illam vapores ex terra prodeuntes calidos siccosque ac veluti fuliginosos, qui ad lunam usque propter levitatem suam feruntur, atque moti et agitati ex parte succenduntur, et ignis instar apparent ac subjectam substantiam calefeciunt. Quod vero motus calorem generet, docent vel sagittarum cuspides, siquidem motus celeritate plumbum illis impositum liquefit.

97. *Qualis sit astrorum substantia?*

Omnium siderum inerrantium, errantiumque secundum Platonem una substantia est, pars nempe subtilior splendidiorque quatuor elementorum, et illorum veluti despumatio. Aristoteles vero quintum quoddam corpus de illis cogitandum relinquit, neque enim nominat quæ sit stellarum substantia, sed cœlum omne universaque sidera, quia diverso motu quam elementa quatuor prædita sunt, quintum corpus appellat. Ex omnibus porro stellis septem tantummodo sunt planetæ sive errantes, vel proprie quinque tantummodo, sol enim et luna non errant, at illi quinque quia videntur jam stare jam retrogredi, errantes dicti sunt.

98. *De stellarum rotatione ac motu*

Stellæ inerrantes universæ fixæ sunt, ut ait Aristoteles, et sine ulla transpositione una cum cœlo moventur, quod cum ab oriente feratur versus occidentem, eadem et illæ cum cœlo motione circumferuntur. Planetæ vero propter contrarium et æqualem renixum, a sapienti providentia, ne ex consimili cursu et volutione conflictus esset, proprio et naturali motu feruntur ab occidente in orientem. Quamquam et ipsi ex oriente moventur in occidentem, sed una cum cœlo circumagitati: unde sol propria motione quatuor anni tempora implet, jam in septentrione jam in meridionali parte constitutus; prout vero movetur eodem motu

cum cœlo ex oriente in occidentem, dies facit et noctes.

99. *Quales figuræ stellarum?*

Cum multiplices figuræ sint, ut triangulares, quadrangulares, cubicæ, pyramidales aliæque planiformes, pulcherrima est sphærica. Itaque cœlum et stellæ omnes sphærica figura præditæ sunt, quod et ex lunæ illuminationibus perspicuum est. Siquidem illa ob gibbositatem suam non simul tota a sole, sed paulatim crescenti lumine illustratur. Fas certe erat corpore ætheria in pulcherrimam figuram aptari, mentis figuræ æmula. Sicut enim mens in se reflectitur, sic et æterium corpus a mente directum et ad mentem conversum in semet vergit.

100. De *ordine stellarum.*

Cum in duo genera stellæ dividantur, inerrantium errantiumque, inerrantes planetis altiores sunt, non tamen ipsæ omnes in eadem cœli summitate constitutæ, sed aliæ aliis sublimiores. At septem planetæ sub inerrantibus locum sortitæ sunt, primus quidem Saturnus, post hunc Jupiter, inde Mars, hinc Sol, deinceps Venus, ac sub Venere Mercurius, et postrema Luna. Post illam sequuntur quatuor elementa de quibus dixi. Definita porro singulis planetis tempora suæ cujusque motionis, admirandum inter se concentum sive symphoniam habent.

101. *Unde lumen habent stellæ?*

Neque inerrantium ulla stellarum, neque planetæ omnes, sed sola luna a sole illuminatur. Igitur et pars ejus lucida semper soli obversa est, neque unquam tota caret luna lumine, sed usquequaque dimidia pars ejus lumine gaudet. Nam in conjunctione sive novilunio gibbus nobis obversus lucis est expers, at superior ut ita dicam calvaria illuminata est. In plenilunio vicissim hemisphærium ad nos vergens totum est lucidum, superius autem illud expers luminis. Inter novilunium vero ac plenilunium pro ratione qua a sole distat, fit nobis vel corniculata, vel dimidiata vel decrescens, aut enim minus quam dimidium ejus illuminatur, aut dimidium, aut plus dimidio.

102. *De stellarum significatione, et quomodo hiems et æstas fiat?*

Significatio stellæ est, quando oriens vel cum sole exorta ut canis, vel orion, aut acturus, aut alia quædam fixarum, aerem quatuor anni temporibus alterat. Nam et Moyses hoc subinnuit cum ait: *Erunt in signa, et in tempora, et in annos.* Stella siquidem matutino vel vespertino ortu suo aliquam ex aeris affectionibus significat. De æstate vero et hieme atque cæteris anni temporibus sciendum est, quod quando sol nobis est australis, et super capite nostro fertur, facit æstatem; et quando in austrum abit, hiemen facit; quando au-

A κινεῖται τῷ οὐρανῷ ἐξ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, ἡμέρας καὶ νύκτας ποιεῖ.

϶θ'. Ποταπὰ τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα.

Πολλῶν ὄντων σχημάτων, τριγώνων, τετραγωνικῶν, κυβικῶν, πυραμοειδῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐθυγραμμικῶν, κάλλιστόν ἐστι τὸ σφαιροειδές. Ὁ τοίνυν οὐρανὸς καὶ σύμπαντες οἱ ἀστέρες τοῦ σφαιρικοῦ σχήματος ὄντα τυγχάνουσι. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης φωτισμῶν. Διὰ γὰρ τὸ κύρτωμα ταύτης οὐκ εὐθὺς ὅλη παρὰ τοῦ ἡλίου φωτίζεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ βραχὺ τὴν αὔξησιν δέχεται τοῦ φωτός. Ἔδει γὰρ τὸ αἰθέριον σῶμα τῷ καλλίστῳ τῶν σχημάτων ἀποτορνεύεσθαι. Νοῦ γὰρ μιμεῖται τὸ σχῆμα. Ὥσπερ ὁ νοῦς ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸν, οὕτω δὴ καὶ τὸ αἰθέριον σῶμα συννεύει πρὸς ἑαυτὸ, ὑπὸ νοῦ κυβερνώμενον, καὶ πρὸς

B νοῦν ἐπιστρεφόμενον.

ρ' Περὶ τάξεως ἀστέρων.

Εἰς δύο μέρη τῶν ἀστέρων διαιρουμένων, εἰς τὸ ἀπλανὲς καὶ τὸ πλανώμενον, οἱ μὲν ἀπλανεῖς τὴν ὑψηλοτέραν τάξιν τῶν πλανητῶν ἔχουσι, οὐκ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ αἰθερίου σώματος κείμενοι καὶ φερόμενοι, ἀλλ' οἱ μὲν ὑψηλότεροι αὐτῶν εἰσιν, οἱ δὲ ταπεινότεροι. Οἱ δὲ ἑπτὰ πλανῆται μετὰ ἀπλανεῖς τετάχαται, ὧν πρῶτός ἐστιν ὁ τοῦ Κρόνου λεγόμενος ἀστὴρ, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τοῦ Διὸς, καὶ ὑπ' αὐτὸν ὁ τοῦ Ἄρεος, εἶτα ὁ Ἥλιος, μεθ' ὃν Ἀφροδίτη καὶ μετὰ ταύτην Ἑρμῆς, καὶ τελευταῖον ἡ Σελήνη. Μεθ' ἣν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὥσπερ εἰρήκαμεν. Ὡρισμένοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ χρόνοι τῶν κινήσεων, θαυμασίαν τὴν συμφωνίαν ἔχοντες.

C ρα'. Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες;

Οὔτε τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων οὐδεὶς, οὐδὲ πάντες οἱ πλανῆται, ἀλλ' ἡ σελήνη μόνη παρὰ τοῦ ἡλίου φωτίζεται. Διὰ τοῦτο καὶ πεφωτισμένον ἀεὶ μέρος αὐτῆς πρὸς τὸν ἥλιον νένευκεν, οὐκ ἔστι δὲ ὅτι ἀφώτιστος παντάπασίν ἐστιν ἡ σελήνη, ἀλλ' ἀεὶ ἐνδέδυται φῶς ἡμισέληνον. Ἐν μὲν οὖν ταῖς συνόδοις ἀφώτιστον μέν ἐστι τὸ πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς κύρτωμα, πεφωτισμένον δὲ τὸ ἄνω φαλάκρωμα. Ἐν δὲ ταῖς πανσελήνοις τὸ μὲν νεῦον πρὸς ἡμᾶς ἡμισφαίριον αὐτῆς ὁλοφαές ἐστι, τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον, φωτὸς ἄμοιρον. Μεταξὺ δὲ τῆς συνόδου καὶ τῆς πανσελήνου κατὰ τὸ μέτρον τῆς πρὸς τὸν ἥλιον διαστάσεως, μηνοειδὴς γίνεται, καὶ διχότομος, καὶ ἀμφίκυρτος, ἢ γὰρ ἔλαττον τοῦ ἡμίσεως φωτίζεται, ἢ κατὰ τὸ ἥμισυ, ἢ κατὰ τὸ πλέον.

D ρβ'. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν καὶ θέρος;

Ἐπισημασία ἐστὶν, ὅταν ἐπιτέλλων ἀστὴρ καὶ συνανατέλλων τῷ ἡλίῳ ὥσπερ ὁ καλούμενος κύων, καὶ ὠρίων, καὶ ὁ ἀρκτοῦρος, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπλανῶν, ἀλλοιώσῃ τὸν ἀέρα, κατὰ τοὺς τέσσαρας καιροὺς τοῦ ἔτους. Τοῦτο γὰρ Μωϋσῆς ὑπαινίττεται λέγων, Ἔσονται εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. Ἐπισημαίνεται γάρ τι ὁ ἀστὴρ τῶν περὶ τῶν ἀέρα παθῶν, ἑώαν ἐπιτολὴν ἢ ἑσπερίαν ποιούμενος. Περὶ μέντοι γε θέρους ἢ χειμῶνος καὶ τῶν λοιπῶν ὡρῶν ἰστέον, ὡς ὅταν μὲν ὁ ἥλιος βόρειος ἡμῖν γένηται, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς κινοῖτο, θέρος

ποιεῖ· ὅταν δὲ πρὸς νότον ἀπέλθῃ, χειμῶνα ἐργάζεται, καὶ ὅταν μὲν κατὰ τὸν κριὸν τὸ ζώδιον γένηται, ἰσημερίαν ποιεῖ· ὅταν δὲ κατ' ἄντικρυ διαπορεύηται τῶν χηλῶν, μετοπώραν καὶ ἰσημερίαν αὖθις.

ργ'. Πόσος ἑκάστῳ τῶν πλανητῶν ὁ χρόνος τῆς περιοδου;

Τοῖς πλανηταις πᾶσι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ μεγέθους τῶν σφαιρῶν καὶ τοῦ μέτρου τῶν ἀποστάσέων χρόνους ὡρισμένους ἀφώρισεν ὁ Θεὸς, τῶν κινήσεων. Καὶ ὁ μὲν Κρόνος ἅτε ὑψηλότερος τῶν ἄλλων, καὶ μείζονα κύκλον περιερχόμενος διὰ τριακονταετίας τὴν αὐτοῦ περίοδον ἐκπληροῖ. Ὁ δὲ Ζεὺς εὐθὺς μετ' αὐτὸν ὢν διὰ δωδεκαετίας. Ὅ γε Ἄρης διὰ δύο καὶ ἡμίσεως ἐνιαυτῶν. Τῷ δὲ Ἡλίῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Ἑρμῇ ἰσόδρομος ἡ περίοδος καὶ ἐνιαύσιος. Ἡ δὲ Σελήνη διὰ κθ' ἡμερῶν πρὸς τῇ ἡμισείᾳ ἀποκαθίσταται. Εἰ δέ τις μουσικώτερον ἅπτοι τὸν τῶν τοιούτων ἀριθμὸν, τὴν τοῦ Δημιουργοῦ σοφίαν θαυμάσεται πῶς ἅπαντες οἱ τῶν συμφωνιῶν λόγοι ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμφαίνονται, ὁ διὰ πασῶν, ὁ διὰ πέντε, καὶ διὰ τεσσάρων.

ρδ'. Περὶ κομήτου.

Ὁ κομήτης ἐν τῷ ὑπεκκαύματι γίνεται· ὅταν γὰρ ἐξαφθῇ τι μέρος τοῦ ὑπεκκαύματος διὰ τὴν κίνησιν, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ ἡ μὲν λεπτὴ σύστασις εἴη, διατρέχει εὐθὺς τὸ ἐξαφθὲν κατὰ διάδοσιν, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος διᾴττων ἀστήρ. Εἰ δὲ παχυτέρα εὑρεθῇ ἡ ὕλη, κατέχεται ἐκεῖσε τὸ σπέρμα τοῦ ἐξαφθέντος πυρὸς, καὶ ποιεῖ τὸν κομήτην. Εἰσὶ δὲ τῶν κομητῶν τὰ σχήματα διάφορα, διὰ τὴν διάφορον τῆς ὕλης ἔξαψιν. Ἢ γὰρ κατὰ μῆκος μόνον ἐστὶν ἡ ἔξαψις, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος δοκός· ἢ κατὰ μῆκος καὶ πλάτος, καὶ ἀποτελεῖται ὁ κυρίως καλούμενος κομήτης, ἢ ἐν βάθει ἔχει οἷον ἀποσπινθηρισμούς τινας, καὶ καλεῖται πωγωνίας. Ἔστι δὲ ἕτερα ὀνόματα τῶν κομητῶν περὶ ὧν ἐροῦμεν προϊόντες.

ρε'. Περὶ ὑετοῦ, καὶ χαλάζης, χιονος, πάχνης καὶ δρόσου.

Κομῆται μὲν καὶ γαλαξίας, ἔτι δὲ δοκίδες καὶ διᾴττοντες, καὶ τ' ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἐν τῇ καπνώδει γίνονται ἀναθυμιάσει· ὑετὸς δὲ καὶ χάλαζα καὶ χιὼν καὶ πάχνη καὶ δρόσος ἐν τῇ ἀτμώδει ἀναφορᾷ, ἥτις μετὰ τὴν καπνώδη διακέχυται ὑγρὰ τὴν φύσιν ἐκ τῆς γῆς, καὶ αὐτὴ ἀναφερομένη. Αὕτη γὰρ ἡ ἀτμώδης ἀναθυμίασις ἡ ὑγρὰ καὶ θερμὴ, ἢ ἀλλοιοῦται καὶ μεταβάλλεται εἰς ὕδωρ, καὶ εἰ μὲν λαμπρότερον κατέλθοι, ὑετὸν ποιεῖ, εἰ δὲ κατὰ μέρος ἐνεχθῇ, ψεκάδα· ἢ πήγνυται μόνως καὶ ποιεῖ χιόνα, ἢ μεταβάλλεται πρότερον, εἶθ' οὕτως πήγνυται καὶ γίνεται χάλαζα. Εἰ μὲν οὖν ἄνω κουφισθῇ ἡ ἀτμὶς, ταῦτα ποιεῖ. Εἰ δὲ ἐν τῷ περιγείῳ σταίη ἀέρι ἢ πήγνυται, καὶ γίνεται ὁ παγετός. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης αἴτιον τούτων ἁπάντων τὴν ψυξιν λέγει.

ρϛ'. Περὶ ἴριδος.

Ἡ ἶρις τὸ καλούμενον τόξον παρὰ τοῖς πολλοῖς, τῇ φύσει μὲν ἀνυπόστατόν ἐστι, καὶ φάντασμα τῆς

tem versatur in ariete, æquinoctium efficit: quando autem ex adverso positus cancri chelas attigerit, autumnum, alterumque affert æquinoctium.

103. *Quanti temporis periodus singulis planetis sit tributa?*

Singulis planetis Deus tempora definita statuit motionum, secundum proportionem magnitudinis sphærarum, et mensuræ qua distant. Saturnus igitur tanquam cæteris sublimior et majorem describens circulum, triginta annorum spatio periodum suam explet et absolvit. Jupiter ipsi proximus annis duodecim. Mars duobus et dimidio. Soli, Venerique ac Mercurio æqualis periodus unius anni est constituta. Luna undetrigenta diebus et dimidia. Quod si quis musice numeros hosce consideraverit, sapientiam Conditoris mirabitur, siquidem omnes rationes harmonicas in illis observare licet, octavam, quintam quartamque.

104. *De cometa.*

Cometa generatur ex fuliginosa materia; quanto enim pars hujus per motum, ut diximus, succenditur, et tenuior illa compages fuerit accensa, statim procurrit ulterius, fitque stella cadens sive quam discurrentem appellant. Si vero materia fuerit crassior, semen ignis succensi ibi continetur, et cometam efficit. Sunt et variæ formæ cometarum propter diversimodam materiæ illius succensionem. Nam quædam in longum modo fit, et vocant trabem, aut in longum et latum, unde proprie dictus cometa nascitur, aut in profundum habet quasdam veluti descintillationes, et vocatur pogonias sive barbatus. Sunt et aliæ cometarum appellationes, quas sermone procedente dicemus.

105. *De pluvia, grandine, nive, pruina et rore.*

Cometæ quidem et circulus lacteus, trabesque et stellæ cadentes aliaque de quibus jam dixi, ex fuliginosis vaporibus nascuntur. Pluvia autem grandoque, et nix ac pruina et ros ex vaporibus exhalantibus fit natura humidis, effundentibus sese post fuliginosos illos, et ex terra ipsis etiam sursum ascendentibus. Hæ enim exhalationes vaporesque humidi ac calidi aut in aquam vertuntur et mutantur, quæ si conspectior descendat, facit pluviam, si minutatim demittatur, rorem, aut modo concrescunt, faciuntque nivem, aut in aquam prius mutantur ac deinde congelascunt, unde grando nascitur. Hæc fiunt quando levitate elati vapores altius ascenderunt; si vero in proximo terræ aere subsistant, ibique congelent, generatur pruina Cæterum Aristoteles horum omnium causam statuit esse frigus.

106. *De iride.*

Iris quem vulgus arcum vocat, natura non subsistit, sed imaginatio est videntium, dum radii ab

oculis in illam incidunt ac deinde refringuntur atque ita arcus figuram referunt. Vere autem arcum repræsentat iris, nunquam enim circulum, sed semper semicirculo minorem majoremve. Ut plurimum a sole, rarius etiam a luna apparet, et de die frequentius, rarius noctu: sæpius prope horizontem, minus frequenter circa meridianum. Non raro simul duo conspiciuntur irides, estque singulis color triplex. Interior zona puniceum habet, altera viridem, tertia colorem croceum ac veluti subpurpureum, constatque iris inæqualibus et dissimilibus nubibus.

107. *De halone.*

Etiam quod in sublunari regione apparet veluti halonium, tantum ita videtur, neque substantiam habet propriam, cæterum multa illi sunt iridis naturæ contraria. Frequentius enim conspicitur ut circulus perfectus, haud ita sæpe minor circulo, crebriusque circa lunam quam circa solem, et de die minus frequenter quam de nocte, sæpissimeque circa meridianum, at prope horizontem rarenter: et unica semper uniusque coloris, nimirum albicantis, ac consistit ex nubibus æqualibus et similaribus. Oritur et halo ex visionis refractione. Oportet vero id quod visum refringit esse læve ac pellucidum, ut ibi species visibilis appareat. Cæterum halonis quoque circulus et iridis figura rationibus demonstrantur geometricis, quas ægre admittunt regiæ aures.

108. *De virgis.*

Quæ in aere apparent tanquam virgæ, neque luci adversæ consistunt instar iridis, neque perpendiculariter exstant sub illa, ut halo, tantumque conspiciuntur de die, et circa solem modo, et circa horizontem maxime occidentalem, rarius etiam in meridiano, fiuntque ex inæqualibus et dissimilaribus nubibus perinde ut iris. Habent et ipsæ triplicem colorem, multa enim virgis et iridi communia sunt, excepta figura, quæ iridi est imperfectus circulus, cum virgæ sint in rectam lineam conformatæ. Fiunt vero per refractionem, visione ex una nube delabente in alteram, atque inde refracta ad aliam nubem candicantem. Quando itaque Aristoteles de virgis loquens, ait refringi visionem in sole, noris candicantem nubem isto in loco nomine solis intelligi.

109. *De parheliis.*

Multa sunt parheliis communia cum virgis, nam et hi per transversum a luce oriuntur, et de die solummodo, nec nisi circa solem, et maxime circa occidentalem horizontem vel meridianum. Cæterum virgæ in nubibus inæqualibus ac dissimilaribus generantur perinde ut irides, parhelii autem halonis in modum in æqualibus ac similaribus. Ac virgæ quidem triplici colore sunt ut halo. De illis vero sciendum est, quod tunc refractio a nube fit

A ὁρώσης ὄψεως, ἀκτίνων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν προσπιπτουσῶν, εἶτα δὴ ἀνακλωμένων, καὶ τὸ τοῦ τόξου σχῆμα ἐμφαινουσῶν· Ἔστι δὲ ὡς ἀληθῶς τόξον ἄντικρυς κατὰ τὸ σχῆμα, οὐδέποτε γὰρ φαίνεται κυκλοτερὲς, ἀλλ' ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἡμικύκλου. Φαίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μὲν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, σπανίως δὲ ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ μάλιστα μὲν ἡμέρας, σπανίως δὲ νυκτὸς, καὶ πλεῖστον μὲν ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα, σπανίως δὲ περὶ τὸν μεσημβρινὸν κύκλον. Πολλάκις δὲ ἐν ταυτῷ καὶ δύο φαίνονται ἴριδες. Ἔστι δὲ πᾶσα ἶρις τρίχροος. Ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς αὐτῆς ζώνη φοινική· ἡ δὲ δευτέρα πράσινος, ἡ δὲ τρίτη ἀλουργὸς, καὶ οἷον ὑποπόρφυρος. Συνίσταται δὲ ἐπὶ ἀνωμάλοις καὶ ἀνομοιομερέσι νέφεσι.

ρζ. Περὶ τῆς ἅλω.

B Καὶ τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην δὲ φαινόμενον οἷον ἀλώνιον, κατ' ἔμφασίν ἐστιν, ἀλλ' οὐ καθ' ὑπόστασιν, τὰ ἐναντία δὲ ἔχει τῆς ἴριδος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ πλεῖστον κύκλος φαίνεται τέλειος, σπανιώτερον δὲ ἐλάττων κύκλου. Καὶ περὶ μὲν τὴν σελήνην μάλιστα, ἔλαττον δὲ καὶ περὶ τὸν ἥλιον φαίνεται, καὶ νυκτὸς μὲν πλέον, ἔλαττον δὲ ἡμέρας. Καὶ περὶ μὲν τὸν μεσημβρινὸν κύκλον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσσον, σπανίως δὲ περὶ τὸν ὁρίζοντα. Καὶ μία ἀεὶ καὶ μονοχροος, ἤτοι λευκὴ, καὶ συνίσταται ἐπὶ ὁμαλοῖς καὶ ὁμοιομερέσι νέφεσι. Γίνεται δὲ καὶ αὕτη ἐξ ἀνακλάσεως τῆς ὄψεως. Δεῖ δὲ τὸ ἔνοπτον, ἀφ' οὗ ἀνακλᾶται, εἶναι καὶ λεῖον καὶ δισφανὲς, ἵνα ἐκεῖσε ἐμφαίνηται τὸ εἴδωλον τοῦ ὁρατοῦ. Ἔστι δὲ ἡ ἀπόδειξις καὶ τοῦ τῆς ἅλω κύκλου, καὶ τοῦ τῆς ἴριδος σχήματος γεωμετρικὴ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυσπόριστος βασιλικῇ
C ἀκοῇ.

ρη'. Περὶ ῥάβδων.

Αἱ φαινόμεναι οἷον ῥάβδοι κατὰ τὸν ἀέρα, οὔτε κατάντικρυ συνίστανται τοῦ λαμπροῦ, ὥσπερ ἡ ἶρις, οὔτε κατὰ κάθετον, ὥσπερ ἡ ἅλως. Φαίνονται δὲ ἡμέρας μόνον, καὶ περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ περὶ τὸν ὁρίζοντα μάλιστα τὸν δυτικὸν, ἔλαττον δέ καὶ ἐν τῷ μεσημβρινῷ, καὶ ἐπὶ ἀνωμάλων, καὶ ἀνομοιομερῶν νεφῶν ὥσπερ καὶ ἡ ἶρις. Εἰσὶ δὲ τρίχροοι· πολλὴ γὰρ συγγέννεια ταῖς ῥάβδοις καὶ τῇ ἴριδι πλὴν τοῦ σχήματος, ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἀποτετμημένος κύκλος ἐστὶν, αἱ δὲ ῥάβδοι καθ' εὐθυωρίαν τέτανται. Γίνονται δὲ αὗται κατὰ ἀνάκλασιν προσπιπτούσης τῆς ὄψεως, ἀπὸ νέφους εἰς νέφος, κἀκεῖθεν ἀνακλωμένης πρὸς ἕτερον νέφος λευκόν. Ὅταν δὲ λέγῃ Ἀρι-
D στοτέλης περὶ τῶν ῥάβδων, ὅτι ἐπ' αὐτῶν ἀνακλᾶται ἡ ὄψις πρὸς τὸν ἥλιον, γνῶθι ὅτι ἥλιον νῦν τὸ λευκὸν νέφος ἐκάλεσεν.

ρθ'. Περὶ παρηλίων.

Πολλὴν κοινωνίαν ἔχουσιν οἱ παρήλιοι πρὸς τὰς ῥάβδους· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ἐκ πλαγίων τοῦ λαμπροῦ γίνονται, καὶ ἡμέρας μόνον, περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ μάλιστα περὶ τὸν ὁριζοντα τὸν δυτιμὸν ἢ τὸν μεσημβρινόν· πλὴν αἱ μὲν ῥάβδοι ἐπὶ ἀνωμάλων γίνονται νεφῶν, καὶ ἀνομοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἶρις· οἱ δὲ παρήλιοι ἐπὶ ὁμαλῶν καὶ ὁμοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἅλως. Καὶ αἱ μὲν ῥάβδοι τρίχροοι κατὰ τὰ τῆς ἴριδος χρώματα, οἱ δὲ παρήλιοι μονό-

χροοι, καὶ λευκοὶ κατὰ τὸ χρῶμα τῆς ἅλω. Περὶ δὲ τῶδ παρηλίων ἐκεῖνο χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἡ ἀνάκλασις ἀπὸ τοῦ νέφους γίνεται πρὸς τὸν ἥλιον, τοῦ νέφους πυκνοτέρου ὄντος καὶ στερεμνίου, παρὰ τὸ ἐν ταῖς ῥάϐδοις, καὶ ὁμαλοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ λευκὸς φαίνεται ὁ παρήλιος, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ὁμαλοῦ ἓν καὶ τοῦτο χρῶμα διασώζεται, καὶ ἀπὸ τοῦ πυκνοῦ ῥᾳδίως μᾶλλον καὶ συντόμως ἀνακλᾶται ἡ ὄψις,

A ad solem, cum nubes densior est et solidior quam in virgis, lævisque et æqualis, quamobrem et albicante colore parhelius apparet,quoniam ab lævitate illa unus idemque color servatur, et a densitate magis faciliusque visus refringitur.

ρι'. Περὶ ἀνέμων.

Ὁ ἄνεμος οὐκ ἔστιν ἀὴρ κινούμενος, ὡς Ἱπποκράτης ὁ Κῷος ἰατρὸς οἴεται, ἀλλ' ἐκ τῆς καπνώδους ἐστὶν ἀναθυμιάσεως. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος κίνησις ἔκλυτος ὑπάρχει καὶ χαλαρὰ, ἡ δὲ τοῦ ἀνέμου, τυραννικὴ καὶ βιαιοτάτη, ὡς δηλοῦσιν οἱ σεισμοὶ, οἱ κινοῦντες τὴν γῆν, οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ὁ σεισμὸς, εἰ μὴ ὑπόγειος ἄνεμος. Τεσσάρων δὲ ὄντων, ὡς συντόμως εἰπεῖν, καθολικῶν ἀνέμων, ἀπηλιώτης μὲν καὶ ζέφυρος οὐκ εἰσὶ σφοδρότατοι, βοῤῥᾶς δὲ καὶ νότος τυραννικώτεροι· διότι ἐν μὲν τῷ βορείῳ καὶ νοτίῳ πόλῳ, ἔνθεν ὁ βοῤῥᾶς καὶ ὁ νότος πνεῖ, μὴ γινόμενος ὁ ἥλιος οὐ θερμαίνει τὰ ἐκεῖσε χωρία, ἀλλὰ μένει ψυχρά· ψυχρὰ δὲ ὄντα ἀεὶ ἔνικμά εἰσιν, ὥστε ὄμϐρων πολλῶν γενομένων διὰ τὴν ψύξιν. Εἶτα, τῆς γῆς διαϐρόχου γενομένης, πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις ἐκδίδοται, καὶ διὰ τοῦτο, σφοδροὶ ἄνεμοι γίνονται, ὁ βοῤῥᾶς καὶ ὁ νότος. Ἐν δὲ τοῖς ἀνατολικοῖς καὶ δυτικοῖς χωρίοις κινούμενος ὁ ἥλιος οὐκ ἐᾷ ψύξιν γίνεσθαι πολλὴν, ἔνθεν δὲ οὔτε πολὺς ὑετὸς γίνεται, οὔτε ἡ πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἅτε τῆς γῆς μὴ διαϐρεχομένης, καὶ οὐ γίνονται διὰ τοῦτο ἄνεμοι σφοδροὶ ἐντεῦθεν. Πλὴν ἐν μὲν τοῖς νοτίοις μέρεσι πλεῖον μέν ἐστιν ἡ γῆ, οὐκ ἔνικμος δὲ, ἐν τοῖς βορείοις ὀλίγη μὲν, ἀλλ' ἔνικμος. Διὰ γὰρ τὴν ψύξιν ὄμϐροι γίνονται, καὶ διὰ τὸ ἔνικμον τῆς γῆς πολλὴ γίνεται ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ πλῆθος αὐτῆς. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ σφοδροὶ ἄνεμοι ἀπὸ τῶν νοτίων εἰσὶ καὶ τῶν ἀρκτῴων μερῶν, ὡς ἂν ἐκεῖ γινομένης πολλῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως. Ἐν γὰρ τῇ ἀνατολῇ καὶ δύσει οὐ γίνονται σφοδροὶ, ἅτε τοῦ ἡλίου ἐκδαπανῶντος τὴν ἐκεῖσε γενομένην ἀναθυμίασιν, καὶ οὐκ ἐῶντος ὑποστῆναι. Καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἄρκτου βορέαι, οἱ δὲ ἀπὸ μεσημϐρίας, νότοι. Αἰτία δέ ἐστι τῆς λοξῆς τοῦ ἀνέμου κινήσεως, ἡ τοῦ παντὸς κυκλοφορία, τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν κάτωθεν ἀνιοῦσαν πλανῶσα, καὶ τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρουσα. Γίνονται δὲ οἱ βόρειοι ἐτησίαι ἄνεμοι μετὰ ἡμέρας εἴκοσι τῆς θερινῆς τροπῆς, μετὰ τὴν τοῦ κυνάστρου ἐπιτολήν. Τηνικαῦτα γὰρ τῆς χιόνος λυομένης, γίνονται αὖραι ψυχραὶ βόρειοι, αἵτινες ἐτησίαι λέγονται. Εἰσὶ δὲ νότιοι ἐτησίαι ὡς ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸ πᾶν νότου. ἀλλ' ἡμῖν ἀνεπαίσθητοι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς νότου ἐτήσιοι ἄνεμοι. Οὗτοι δὲ μετὰ ἑϐδομήκοντα ἡμέρας τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἄρχονται πνεῖν, τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν Ἰχθύσι. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἰσημερινῆς δύσεως, πνεῖ ὁ ζέφυρος, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολικῆς ἰσημερίας πνεῖ ἀπηλιώτης. Καὶ αὖθις ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ μὲν πόλου πνεῖ ὁ ἀπαρκτίας, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου πνεῖ ὁ νότος. Καὶ πάλιν ἀπὸ μὲν τῆς θερινῆς ἀνατολῆς πνεῖ ὁ καικίας, ἀπὸ δὲ τῆς χει-

110. *De ventis.*

Ventus non est agitatus aer,ut Hippocrates Cous medicus sibi persuasit, sed ex vapore atque exhalatione terræ oritur. Aeris quippe motus languidus est ac remissus, venti tyrannicus ac vehementissimus, ut demonstrant terræmotus, qui nihil aliud sunt quam subterranei venti.Cum vero, ut breviter dicam, quatuor sint venti catholici sive
B cardinales,ex his subsolanus ac zephyrus non adeo incitati sunt, sed violentissimi boreas atque auster. Quoniam nimirum ad septentrionalem atque australem polum ubi boreas et auster spirant, sol longius absens illa non calefacit, ita ut frigida maneant: frigidaque cum sint, semper sunt humida, imbribus plurimis propter frigiditatem ibi cadentibus. Hinc deinceps terra humectata multos emittit vapores exhalationesque, unde venti vehementes nascuntur boreas atque auster. At enim in orientalibus atque occidentalibus partibus versans sol non patitur multum frigus fieri, unde nec multa pluvia, nec multi vapores atque exhalationes ex terra quippe non adeo humectata, hinc nec venti inde impetuosi spirant. Cæterum in australibus partibus plus quidem terræ est,sed minus humida,
C at in septentrionalibus non adeo multa est terra, sed admodum humida. Sane a frigore imbres oriuntur, et a terræ humiditate non ab magnitudine multi vapores multæque exhalationes. Hinc etiam vehementes venti ex australibus et borealibus veniunt partibus, quod ibi multi vapores ex terra exhalant. In oriente autem et occidente non sunt venti tam immites, sole nimirum vapores ibidem prodeuntes consumente nec permittente subsistere. Porro ventos ab septentrione flantes vocamus boreas, ab meridie notos sive austros. Causa obliqui ventorum motus est circumrotatio orbis terrarum, quæ vapores deorsum tendentes divertit et huc atque illuc transfert. Etesiæ venti Septentrionales spirant post viginti dies ab æstivo solsti-
D tio, ortumque caniculæ,tunc siquidem solutis nivibus auræ frigidæ flant boreales, quas etesias appellant. Spirant et australes etesiæ ab australi parte orbis terrarum, sed eas nos percipere non possumus. Veniunt tamen et ex parte australi nobis propiore etesiæ venti,sed quæ post septuagesimum diem a bruma sive hiberno solstitio incipiunt spirare, quando sol est in Piscibus. Ab occidente æquinoctiali flat zephyrus,ab oriente æquinoctiali subsolanus: atque a septentrionibus sive arctico polo aparctias, a meridie auster. Ab oriente solstitiali æstivo cæciam, a brumali occasu liba vocant. A brumali oriente spirat eurus sive vulturnus, ab

occasu solstitiali æstivo argestes quem Ptolemæus appellat japyga. Atque hi octo venti e diametro sibi invicem opponuntur. Alius ventus est ab una sectione poli arctici, et vocatur boreas sive meses, spirans inter cæciam aparctiamque. Alius ex altera poli arctici sectione et vocatur thrascias, inter aparctiam atque japygem. Alius ex sectione una poli australis flat euronotus, medius inter eurum atque austrum. Et alius denique ex sectione poli australis altera libonotus, inter austrum et lib. , dictus etiam Phœnicias. Atque boreales quidem venti frequentes sunt, minus intensi tamen, quoniam a valde humidis spirant regionibus. Australes minus frequentes propter defectum materiæ, intensiores vero propter terrarum ex quibus veniunt siccitatem. Ex his ventis nubilosi esse solent cæcias, boreas et aparctias : fulgurales boreas, aparctias, thrascias et argestes. Ex nube prorumpens, conephiam Græci appellant, est boreas et nubes obducens meses atque aparctias. Grandinem affert aparctias, thrasciasque et argestes : æstum auster, zephyrus atque eurus. Cæterum zephyrus natura quidem sua frigidus est, quatenus autem in æstate spirat, ascititium calorem obtinet : boreas vero exhalationum multitudine nubes semper absorbet, ac serenitatem inducit, nisi frigidus fuerit : si vero fuerit frigidus, vapores spissat indensatque antequam nubem summoveat, facitque pluviam. Atque contrarii quidem venti spirare eodem tempore non possunt. Qui porro apud nos flat auster, non a polo australi sive austro orbis terrarum spirat, sed ab æstivo tropico.

111. *De typhone.*

Typhon venti genus est quod Homerus procellam vocat, Aristoteles typhonem, quod densus hic spiritus τύπτει et verberat ac prosternit quidquid ei se obtulerit. Causa ejus sunt crassiores vapores desuper e nubibus recta deorsum descendentes in terram vel in mare, qui in resistentem quamdam incidentes materiam retro pelluntur. Quando quidem vero repercussa horum pars propter succedentes alios vapores resurgere prohibetur, ad obliqua feruntur perfringuntque, atque etiam ibi occurrentibus quæ renituntur aliis partibus, iterum disperguntur faciuntque helicem sive vorticem venti, qui a terra et a mari in sublime attolit quæcunque corpora apprehenderit. Hic est ventus quem nonnulli typhonem appellant.

112. *De ecnephia.*

Ecnephias etiam genus est, parumque a typhone diversum. Sed non cernitur ecnephias, oculis autem sentitur typho, utpote qui crassissimam materiam, vapores fuliginosos ex nube secum vehit. Ecnephiam sopit pluvia, sed typhoni compescendo impar est, qui a boreali vento tollitur et exstinguitur. Nibil aliud porro est ecnephias vehemens quam typho, et typho remissus haud diversus est ab ecnephia. Sæpius et ex frigidis oris per calida loca spirantes et alterati venti flant calidum, et ex

A μερινῆς δύσεως πνεῖ ὁ λίψ. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς χειμερινῆς ἀνατολῆς ἔξεισιν ὁ εὖρος, ἀπὸ δὲ τῆς θερινῆς δύσεως πνεῖ ἀργέστης, ὃν ὁ Πτολεμαῖος ἰάπυγα προσαγορεύει. Καὶ οὗτοι μὲν οἱ ὀκτὼ ἄνεμοι κατὰ διάμετρον ἀλλήλων εἰσίν. Ἕτερος δὲ ἄνεμος ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς ἐστι τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου, καὶ καλεῖται βορέας ἢ μέσης, μεταξὺ πνέων καικίου καὶ ἀπαρκτίου. Ἄλλος δὲ ἀπὸ τῆς ἄλλης τομῆς τοῦ ἀρκτικοῦ, καὶ καλεῖται οὗτος θρασκίας, μεταξὺ ὢν ἀπαρκτίου καὶ ἰάπυγος. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς τοῦ νοτίου πόλου πνεῖ ὁ εὐρόνοτος μεταξὺ ὢν εὔρου καὶ νότου. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τομῆς ὁ λιβόνοτος, μεταξὺ ὢν λιβὸς καὶ νότου, ὃς καὶ Φοινικίας καλεῖται. Καὶ τὰ μὲν βόρεια πνεύματα, πολλὰ μὲν, οὐκ εὔτονα δὲ, διὰ τὸ ἀπὸ πολλῆς ὑγρότητος B πνεῖν· τὰ δὲ νότια ὀλίγα μὲν διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ὕλης, εὔτονα δὲ διὰ τὴν τῆς γῆς ξηρότητα. Τούτων τῶν ἀνέμων ἐπινέφελοι μὲν καικίας καὶ βορέας, ἀπαρκτίας· ἀστραπαῖοι δὲ βορέας, ἀπαρκτίας, θρασκίας καὶ ἀργέστης. Ἐκνεφίας δὲ ὁ βοῤῥᾶς καὶ νεφελώδης μὲν μέσης καὶ ἀπαρκτίας, χαλαζώδης δὲ ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας καὶ ἀργέστης, καυματώδης δὲ νότος καὶ ζέφυρος καὶ εὖρος· Ὁ δὲ ζέφυρος κατ' οὐσίαν μέν ἐστι ψυχρὸς, καθὸ δὲ ἐν τῷ θέρει πνεῖ νοθευόμενος θερμαίνεται, ὁ δὲ βορέας διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀναθυμιάσεως ἀεὶ ἀποσοβεῖ τὰ νέφη, καὶ εὐδίαν ποιεῖ, πλὴν ὅταν μὴ ψυχρός· εἰ δὲ εἴη ψυχρὸς, παχύνει τὴν ἀτμίδα πρὶν ἢ ἀποσοβῆσαι τὸ νέφος καὶ ποιεῖ ὑετόν. Καὶ οἱ μὲν κατ' ἄντικρυς ἄνεμοι οὐ δύνανται ἅμα πνεῖν, Ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς νότος οὐκ ἀπὸ νότου τοῦ παντὸς πνεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροC πικοῦ.

ρια'. Περὶ τυφῶνος.

Ὁ τυφῶν ἄνεμός ἐστιν, ὃν ὁ μὲν Ὅμηρος θύελλαν ὀνομάζει, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τοῦ παχὺ εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ οἷον τύπτον τὸ παρατυχὸν, τυφῶνα. Αἰτία δὲ τούτου, ἀτμὶς παχεῖα ἄνωθεν ἀπὸ τῶν νεφῶν φερομένη κατ' εὐθὺ ἐπὶ τὸ κάταντες, ἢ κατὰ τῆς θαλάσσης, ἥτις προσπταίουσα τινὶ ἀντιτύπῳ ὀνόματι ἀναπάλλεται εἰς τοὐπίσω. Ἐπειδὴ δὲ κωλύεται τὸ ἀντιπαλλύμενον αὐτοῦ μέρος εἰς τοὐπίσω ἀναπάλλεσθαι ὑπὸ τοῦ ὄπισθεν ἐπακολουθοῦντος αὐτοῦ μέρους, ἐπὶ τὰ πλάγια διακλᾶται, εἶνα κἀκεῖσε ἀντιτύπῳ συναντήσασα μέρει, πάλιν σκορπίζεται, καὶ γίνεται ἕλιξ, ἤτοι συστροφὴ τοῦ ἀνέμου, μετεωρίζουσα καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης τὰ ἐπιτυχόντα D σώματα. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄνεμος ὁ καλούμενος παρά τινων τυφῶν.

ριβ'. Περὶ ἐκνεφίου.

Ἄνεμός ἐστι καὶ ὁ ἐκνεφίας σχεδὸν ὁ αὐτὸς τῷ τυφῶνι. Πλὴν ὁ μὲν ἐκνεφίας οὐχ ὁρᾶται, ὁ δὲ τυφῶν ὁρᾶται, διὰ τὸ παχυμερεστέραν οὐσίαν συνεφέλκεσθαι ἐκ τοῦ νέφους τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν. Καὶ τὸν ἐκνεφίαν παύει ὑετὸς, τὸν δὲ τυφῶνα οὐχ ἱκανός ἐστι παῦσαι, ἀλλ' ὁ βορέας αὐτὸν κατασβέννυσιν. Οὐδὲν δὲ ἕτερόν ἐστιν ἐκνεφίας, ἢ τυφῶν ἐπιτεταμένος. καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὸ εἶδος ταυτόν ἐστιν ἐκνεφίας καὶ τυφῶν, κατὰ δὲ τὴν ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν διαφέρουσιν. Ὁ μὲν γὰρ τυφῶν ἐπιτεταμένος ἐστὶν

ἐκνεφίας, ὁ δὲ ἐκνεφίας ἀνειμένος τυφῶν. Πολλάκις μὲν, οἱ μὲν ἀπὸ ψυχρῶν τόπων πνέοντες ἄνεμοι, νοθευόμενοι διὰ μέσου θερμῶν τόπων θερμοὶ καταπνέουσιν· οἱ δὲ ἀπὸ θερμῶν κεραννύμενοι ψυχρῷ διὰ μέσου ἀέρι, ψυχροὶ διαῤῥέουσιν.

A calidis flantes in medio frigidæ permisti auræ frigidi affluunt.

ριγ'. Περὶ κεραυνῶν.

Ὁ κεραυνὸς οὐκ ἔχει τὸ φλέγον, λεπτομερὴς γάρ ἐστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅθεν ταχέως διερχόμενος τὰ σώματα διὰ τὴν λεπτότητα οὐ καταφλέγει αὐτά. Ἔνθεν τοι καὶ κεραυνὸς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ εὐκραής, εἶναι καὶ μὴ φλέγειν. Πάνυ γὰρ λεπτομερέστερος ὢν, ὡς εἴρηται, ὀξύτατα τὸ σῶμα δίεισιν, ὥστε μήτε καίειν, μήτε μελαίνειν. Ὅθεν καί τινες ἀργῆτα τοῦτον ὠνομάκασιν ἤτοι λαμπρόν. Ἀργὸν τὸ λευκόν. Εἰ γὰρ πῦρ ἐστι καὶ φύσει ἔχει τὸ καίειν, ἀλλ' ἡ λεπτότης καὶ ἡ ταχύτης τῆς διόδου μὴ ἐγχρονίζουσα τῷ σώματι ἄκαυστον τοῦτο ἐᾷ. Πᾶν γὰρ τὸ καῖον, οὐ μόνον μεγέθους οἰκείου δεῖται πυρὸς τοῦ καῦσαι, ἀλλὰ καὶ τοῦ καὶ ἐμβραδῦναι τῷ καυστῷ σώματι. Παρὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οὐ φλέγει ὁ κεραυνός.

113. *De fulminibus.*

Fulmen non solet incendere, substantiam enim habet subtilissimam, unde corpora celeriter transeundo propter subtilitatem ea non inflammat. Inde et Græcis dictus κεραυνὸς quasi εὐκραὴς quod facile permoet, neque adeo accendat; subtilissimum enim cum sit, ut dixi, celerrime corpus pervadit ut nec inflammet neque nigrum faciat, unde et nonnulli vocant ἀργῆτα sive candens, ἀργὸν enim candidum significat. Quanquam enim fulmen ignis est, quod natura urit at subtilitas velocitasque B transitus non per momentum immorans corpori, illud relinquit sine ustione. Quidquid enim urit, non modo magnitudine debita indiget ad urendum, sed etiam ut corpori urendo per aliquod tempus immoretur. Ob hanc itaque causam non inflammat nec urit fulmen.

ριδ'. Περὶ πρηστῆρος.

Ὁ πρηστὴρ καταφλέγει, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα. Πρηστὴρ γὰρ ἀπὸ τοῦ πρήθειν ἢ ἐμπιπρᾷν ὠνόμασται. Φλέγει δὲ διὰ τὸ συνεπισπᾶσθαι μεθ' ἑαυτοῦ παχυμερεστέραν οὐσίαν ἐκ τοῦ νέφους καὶ ταύτην ἐμφυροῦν. Τούτου δὲ πρηστῆρος καὶ προηγεῖται πνεῦμα, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ, τὰ μέλλοντα ἐμπίπρασθαι, πρῶτον πνεῦμα τοῦ πρηστῆρος θειῶδες ὂν πλήττει καὶ ῥήγνυσι, ὅθεν καὶ τὰ κεραυνωθέντα μένει διεστηκότα ἐπὶ χρόνον τινά. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα οὐ προηγεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύνεστι τῷ πρηστῆρι καὶ ἐπακολουθεῖ. Σποράδην δὲ διαχεόμενον καὶ λεπτομερέστερον ὂν, βροντὰς ποιεῖ καὶ ἀστραπάς, καὶ ἐξαφθὲν μὲν ποιεῖ κεραυνὸν καὶ ἀστραπὴν καὶ πρηστῆρα, μὴ ἐξαφθὲν δν, ἐκνεφίαν καὶ τυφῶνα. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ ἐκπυρηνισμὸν γίνονται.

114. *De prestere sine igneo turbine.*

Prester incendit et inflammat, ut nomine etiam ipso indicatur. Dictus enim prester Græcis est a vocabulo πρήθειν quod accendere significat. Accendit autem, quia ex nube secum vehit crassiorem materiam eamque inflammat. Præcedit presterem ventus, quod inde constat, siquidem quæ inflammari debent, prius a spiritu presteris sulfureo percelluntur rumpunturque, unde et fulmine tacta C per aliquod tempus hiant. Nec tantum præcedit presterem ventus, sed comitatur etiam, et sequitur. Latius ac passim diffusus et subtilior si fuerit, tonitru facit et fulgur: si inflammetur, efficit fulmen, et fulgur, presteremque. Ex non inflammato fiunt ecnephias ac typho. Cæterum omnia hæc contingunt per violentam excussionem.

ριε'. Πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος;

Τὴν σύστασιν ὁ κόσμος ἔλαβεν ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ κινήσεως τῶν στοιχείων. Ἐπειδὴ γὰρ τούτων τὰ μέν εἰσι κουφότατα, οἷον τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀήρ, τὰ δὲ βαρύτατα, οἷον ὕδωρ καὶ γῆ, τὰ μὲν ὅσα βαρύτατα κάτω τοῦ παντὸς ὑπεκάθητο, τὰ δ' ὅσα μετέωρα, εἰς τὸ πῦρ ἐξεφέρετο. Πᾶν δὲ ἀπὸ γῆς φερόμενον ἄνω ἐστί. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οἷον περικεκλασμένος καὶ κυρτὸς ὁ κόσμος ἐστί. Συνθλιβομένων δὲ τῶν σωμάτων ἀλλήλοις, ἡ τοῦ ὕδατος ἐγενήθη φύσις, ῥευστικῶς δὲ καὶ τοῦτο φερόμενον ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους, καὶ τοὺς κοιλουμένους τόπους θαλαττίους ἐποίησεν. Ἐκ μὲν οὖν τῶν ὑποκαθιζόντων σωμάτων ἐγενήθη ἡ γῆ· ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων ὁ οὐρανὸς, πῦρ, ἀήρ.

115. *Quomodo cæperit mundus?*

Mundus subsistere cœpit a natura et motu elementorum. Horum enim cum quædam levia sint ut ignis et aer, alia gravia, ut aqua et terra, graviora ad inferiores partes universi subsiderunt, levia ut ignis sursum sese extulerunt. Quidquid vero terræ imminet, sursum est. Propter hanc causam mundus circumquaque flexus est ac gibbosus. D Attritis vero invicem corpusculis, aquæ prodiit natura, quæ fluxu suo subjecta loca excavavit, et spatia mari recipiendo fecit. Ex subsidentibus igitur corporibus terra facta est, ex levibus et sublimibus cœlum, ignis, aer.

ρις'. Εἰ ἓν τὸ πᾶν;

Οὐ πολλοὶ κόσμοι σωματικοὶ, κατ' ἐνίους τῶν φιλοσόφων, εἰσίν· ἀλλ' εἷς τέλειος, καὶ οὐδὲ κυρίως ἓν ὀνομάζεται (πῶς γὰρ ἓν ὁ κόσμος σύνθετος ὢν καὶ πολυμερής;), ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν αὐτοῦ ἕνωσιν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἔχει προσηγορίαν. Κυρίως γὰρ ἓν ὁ Θεὸς, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα.

116. *Num unum sit hoc universum?*

Non multi sunt mundi corporales, ut quibusdam philosophis persuasum (sed unus perfectus, licet non proprie unum dicitur, quomodo enim unum fuerit mundus ex tot et tam diversis compositus?), verum propter partium ejus invicem unionem unum appellatur. Cæterum proprie unum Deus est omni

simplicitate sublimior, quæcunque vero infra Deum sunt, non proprie sunt unum, sed propter unionem et participationem ex uno, ita dicuntur. Nam et mens unum est et multa. Quotquot enim sunt res, tot etiam mens est, nam et exempla illorum in se continet. Etiam animæ, quæ et multo magis dividua est, contingit multa esse, nec minus elementis ac corporibus. Quandoquidem igitur accuratæ unionis etiam mundus est particeps, propterea unum appellatur, et quoniam perfectus est unus et solus, nec multi sunt mundi.

117. *De vacuo.*

Vacuum non omnes, sed aliqui in scriptis suis induxere atque nominavere philosophi, aiuntque illud esse omni spoliatum corpore, veluti invisibile quoddam chaos, et ante mundum fuisse statuunt, deinde elementis prodeuntibus et cœlo circumrotatione sua corpora omnia colligante ac constringente, vacuum quidem intus relictum nullum fuisse, extra cœli vero ambitum omne vacuum esse, quod infinitum in infinito spatio licet cogitare. Hanc sententiam omnino rejicit Aristoteles, et nusquam admittit vacuum, neque intra mundum neque extra. At Cleomedes philosophus intra mundum reperiri negat, extra vero illum dari vacuum, vehementer contendit,

118. *De loco.*

Locus secundum vocabuli vim est aliquid, quod corpus vel rem incorporalem potest complecti. Quoniam igitur materia complectitur formam, materia formæ quæ res incorporalis est, possit dici locus. Sic spatium desertum ac vacuum, quandoquidem corpora recipere potest, non male locus corporum dicetur. Proprie vero locus est extremum quod ambit corpora; ita aer ambit corpora naturalia, sed non aer quicunque, non enim ille qui montibus sublimior et proximus cœlo est, sed inferior ejus pars nos ambit. Hæc igitur aeris superficies corporum nostrorum est locus.

119. *De spatio, quod philosophi* χώραν *appellant.*

Arithmetici χώραν vocant intervallum intelligibile inter numeros, inter unum et duo, inter duo et tria, quatuor atque ita deinceps. Quoniam enim non continuus est numerorum ordo, sed discretus, intervalla inter numeros χώρας appellarunt. Sed et χώραν vocant philosophorum aliqui partem ac veluti regionem receptaculi corpus capientis, uti dolii quod capit vinum. Si enim ponatur ventrem dolii tantummodo vino plenum, non quidem totum dolii corpus, sed tantum venter ejus circumferentia sua vinum comprehendit, atque hujusmodi partem philosophi quidam χώραν regionem vocant, quam non absurde aliquis etiam locum appellaverit.

120. *Num mundus sit animatus.*

Nostra christianorum sententia ne summis quidem auribus admittit animatum esse mundum, quem providentia gubernari novimus. Ac præstantissimi philosophi Plato et Aristoteles, quique hos sequuntur, et anima et mente præditum esse mundum

A Ὅσα δὲ μετὰ Θεὸν, οὐ κυρίως ἕν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ μετοχὴν τοῦ ἑνὸς, οὕτω πρασαγορεύεται. Καὶ γὰρ καὶ ὁ νοῦς ἕν ἐστι καὶ πολλά. Ὅσα γὰρ τὰ ὄντα, τοσαῦτα καὶ ὁ νοῦς, ἐπεὶ καὶ παραδείγματα τούτων ἐν ἑαυτῷ περιέχει. Πολλὰ καὶ ἡ ψυχὴ (διαιρετὴ γὰρ πολλῷ πλέον), τὰ στοιχεῖά τε καὶ τὰ σώματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἑνώσεως ἀκριβοῦς καὶ ὁ κόσμος κεκοινώνηκεν, ἓν διὰ τὴν ἕνωσιν ὀνομάζεται, καὶ διὰ τὴν τελειότητα τῶν στοιχείων αὐτοῦ εἷς ἐστι καὶ μόνος ἀλλ' οὐ κόσμοι πολλοί.

ριζ'. Περὶ κενοῦ.

Τὸ κενὸν οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι τῶν φιλοσόφων εἰσήνεγκάν τε τῷ λόγῳ καὶ ὠνομάκασιν. Ἀποφαίνονται δὲ τοῦτο παντὸς σώματος ἔρημον, οἷόν τι B χάος ἀόρατον. Καὶ φασὶ τοῦτο προϋποκεῖσθαι τοῦ κόσμου. Εἶτα τῶν στοιχείων γεγονότων καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ κυκλοφορίᾳ τὰ σώματα πάντα συσφίγξαντος, κενὸν μὲν ἐντὸς μηδὲν ἀπολελεῖφθαι, τὸ δὲ ἐκτὸς τῆς ἔξω περιφερείας αὐτοῦ ὅλον κενὸν εἶναι, ἄπειρον ἐν ἀπείρῳ τόπῳ ἐμφανταζόμενον. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον Ἀριστοτέλης μὲν ἀπογινώσκει παντάπασι, καὶ οὐδαμῶς τίθεται οὔτε ἐντὸς τοῦ κόσμου, οὔτε ἐκτός· Κλεομήδης δὲ ὁ φιλόσοφος, ἐντὸς μὲν τοῦ κόσμου οὔ φησιν εἶναι κενὸν, ἐκτὸς δὲ καὶ πάνυ βιάζεται.

ριη'. Περὶ τόπου.

Ὁ τόπος ὡς τ' οὔνομα δηλοῖ, πρᾶγμά ἐστι δεκτικὸν σώματος, ἢ ἀσωμάτου φύσεως. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὕλη τὸ εἶδος δέχεται, τόπος λέγοιτο ἂν ἡ ὕλη τοῦ εἴδους· ἀσώματον δὲ τὸ εἶδος. Πάλιν, ἐπεὶ τὸ διάστημα C ἔρημον ὂν καὶ κενὸν, σώματα δύναται δέξασθαι, τόπος σωμάτων εἴη ἂν τὸ διάστημα. Κυρίως δὲ τόπος ἐστὶ τὸ ἔσχατον τοῦ περιέχοντος μέρος τὰ σώματα. Οἷον, ὁ ἀὴρ περιέχει τὰ φυσικὰ σώματα, ἀλλ' οὐ πᾶς ὁ ἀήρ· οὐ γὰρ καὶ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἢ ὁ πλησίον τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον μέρος αὐτοῦ περιέχει ἡμᾶς· αὕτη οὖν ἡ τοῦ ἀέρος ἐπιφάνεια, τόπος ἐστὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων.

ριθ'. Περὶ χώρας.

Χώρα ἐστὶ κατὰ τοὺς ἀριθμητικούς. τὸ νοητὸν τῶν ἀριθμῶν διάστημα, οἷον τὸ μεταξὺ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν δύο, καὶ τοῦ τρία, καὶ τοῦ τέσσαρα, καὶ τοῦ ἐφεξῆς. Ἐπεὶ γὰρ οὐ συνεχής ἐστιν ἡ τάξις τῶν ἀριθμῶν, διαστήματα χώρας ἐπωνομάκασι. Χώραν πάλιν τινὲς τῶν φιλοσόφων εἰρήκασι τὴν μερικὴν τοῦ περιέχοντος D τὸ σῶμα περιοχὴν, οἷον ὁ πίθος περιέχει τὸν οἶνον. Ὑποκείσθω δὲ ὁ οἶνος περὶ κοίλης, ἀλλ' οὐχ ὅλον τὸ σῶμα τοῦ πίθου τὸν οἶνον ἐδέξατο, ἀλλὰ μόνη ἡ κοίλη αὐτοῦ περιφέρεια. Τοῦτο γοῦν τὸ μέρος χώραν φασὶ τῶν φιλοσόφων τινές. Οὐκ ἀπεικότως δὲ τοῦτο καὶ τόπον τις ὀνομάσειεν.

ρκ'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Ὁ μὲν καθ' ἡμᾶς λόγος, οὐδὲ ἀκροθιγῶς τὸ ὠσὶν ἔμψυχον εἶναι τὸν κόσμον προσίεται, προνοίᾳ μέντοιγε διοικούμενον. Οἱ δὲ τελεώτεροι τῶν φιλοσόφων, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ὅσοι τούτοις ἐπηκολούθησαν, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν σαφῶς ἀπεφή-

ναντο. Ἐγκλεῖσθαι δὲ οὐ τὰς ψυχὰς ἔν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ταῖς ὑποκειμέναις σφαίραις, ἀλλ' ἀνάπαλιν τὰ σώματα τῶν θειοτέρων ἠρτῆσθαι διωρίκασι. Διακεῖσθαι μέντοι καὶ ὑπὸ φύσιν αὐτὰ νενομίκασιν, οὐκ ἀντικεῖσθαι μέντοιγε τὴν φύσιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς τούτωνφ οὔτε ταῖς νοεραῖς διατάξεσιν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν μάλιστα καθευθύνεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ δεσμεῖσθαι τὰς ψυχὰς, ἢ τοὺς νοῦς τοῖς τούτων ᾠήθησαν σώμασιν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων ἐξάπτεσθαι καὶ καταλάμπεσθαι.

ρκα'. Εἰ ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος.

Οὔτε ἀγέννητος παρ' ἡμῖν ὁ κόσμος δοξάζεται, οὔτε ἄφθαρτος, γεγεννῆσθαί τε γὰρ αὐτὸν παρὰ τῆς Γραφῆς καὶ φθαρήσεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἀγέννητον αὐτὸν καὶ ἄφθαρτον τίθεται. Πλάτων δὲ γεννᾷ μὲν αὐτὸν ἐν Τιμαίῳ, ἀποφαίνεται δὲ μηδὲ φθαρήσεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον. Καὶ ἐπειδὴ ἀντίκειται αὐτῷ, ὅτι σύνθετος ὢν καὶ φθαρήσεται· πᾶν γὰρ τὸ σύνθετον καὶ διαλυτὸν διαστέλλεται λέγων, ὅτι ὅσον μὲν ἐπὶ τὴν φύσιν, φθαρτός ἐστι, σῶμα γὰρ οὐ χωρεῖ ἀϊδιότητα, ἀλλὰ οὐ ἄφθαρτον ἐπεισάκτως παρὰ τοῦ Θεοῦ κομίζεται. Ὁ δέ γε Πρόκλος ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς τοῖς πρὸς Τίμαιον λόγοις, πειρᾶται δεικνύναι βιαιότερον, ὅτι μηδὲ γεννητὸν ὁ Πλάτων τὸν κόσμον οἴεται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποφαίνεται, κατὰ δὲ τὸ σύνθετον, ἐπινοίᾳ γεννητόν.

ρκβ'. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος.

Οὐ πόῤῥω μοι εὐηθείας εἶναι δοκοῦσιν οἱ τρέφεσθαι τὸν κόσμον ὑπολαμβάνοντες, εἴτε οὐρανὸν κόσμον κατονομάζουσιν ὡς ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ, εἴτε μετὰ τοῦ αἰθέρος καὶ τὰ στοιχεῖα. Εἰ γὰρ τελεώτατος ὁ κόσμος κατ' αὐτοὺς, μάλιστα δὲ καὶ ἀΐδιος, πῶς ἂν δεηθείη τροφῆς; Τὸ γὰρ ἀτελὲς καὶ ἐνδεὲς τρέφεται. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸ πλῆρες καὶ ἀνενδεές. Εἰ δὲ τὸ τρέφον προσθήκην τῷ τρεφομένῳ ποιεῖ καὶ αὔξησιν. αὐξηθείη ἂν καὶ κόσμος τρεφόμενος, ἀλλὰ καὶ φθίνοι κενούμενος ὥστε μείζων ὁ κόσμος ἑαυτοῦ καὶ ἐλάττων γενέσθαι. Τοῦτο δὲ πρὸς τῷ ἀτόπῳ καὶ γελοῖον ἄντικρυς, Εἰ οὖν οὔτε αὐξήσεως δεῖ τῷ κόσμῳ οὔτε κενώσεως, οὐ τροφῆς ἂν αὐτῷ δεήσοι ποτέ.

ρκγ'. Περὶ τάξεως κόσμου.

Ἐναντίοι πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου τιθέασι. Τὸ δὲ ἀληθὲς, ὁ μὲν οὐρανὸς, ὡς μέγιστον σῶμα καὶ κυκλικὸν, καὶ τὰ στοιχεῖα χωρεῖν καὶ συνέχειν δυνάμενον ἐκτὸς τούτων ἐξῳκοδόμηται· ὑπὸ δὲ τὴν κοίλην αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, πρῶτα μὲν τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων τετάχαται, καὶ ὁ ζῳδιακὸς κύκλος, εἶτα αἱ τῶν πλανωμένων ἄστρων σφαῖραί τε καὶ φοραί, ὧν ἡ σελήνη τὸ τελευταῖον· ὑπὸ δὲ ταύτην εὐθὺς τὸ ὑπέκκαυμα οἷον ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, εἶτα ὁ ἀὴρ, καὶ μετὰ τούτων τὸ στοιχεῖον τοῦ ὕδατος, τελευταῖον δὲ τὸ τῆς γῆς σῶμα τεθεμελίωται· καὶ πάντα μὲν ἐν πᾶσιν ἐστὶν, ἕκαστον δὲ τῶν στοιχείων ὁλότητά τινα

A aperte statuunt. Neque animas inesse cœlo et infra positis sphæris, sed e contrario corpora ab illis tanquam divinioribus dependere arbitrantur. Atque naturæ quidem etiam subjecta illa putant, sed naturam non adversari illorum animabus aut mentalibus legibus, sed ab illis maxime dirigi neque animas aut mentes ab corporibus illis suis existimarunt alligari, sed ab illis potius suspensa esse et illustrari corpora.

121. *Num mundus ingenitus sit et incorruptibilis.*

Neque ingenitus neque incorruptibilis apud nos christianos mundus esse docetur, quem et factum esse et periturum e Scriptura didicimus. Aristoteles vero et ingenitum illum et incorruptibilem po-
B nit. Plato in *Timæo* tradit eum genitum esse, nullo autem tempore corrumpendum. Cui quoniam objici potest, quod cum sit compositus etiam corrumpetur, quidquid enim compositum est etiam dissolvi potest, excipit ille ac respondet, quod naturæ suæ ratione utique sit corruptibilis mundus, corpus enim nullum in se habere sempiternitatem, sed a Deo accepisse esseque illi superadditum ut sit incorruptibilis. Proclus in commentariis sive explanationibus suis in Timæum omni contentione studet demonstrare, quod nec genitum Plato mundum senserit, sed tempore quidem ingenitum esse putat, vel ut rectius dicam confirmare annititur, sed quatenus compositus est, genitum licet cogitare.

122. *Num mundus nutriatur.*

Non longe mihi ab insania videntur abesse qui
C mundum nutriri existimant, sive cœlum tantummodo mundi nomine appellant, ut in *Timæo* Plato, sive una cum cœlo etiam quatuor elementa. Si enim, ut ipsi sentiunt, perfectissimus est mundus, maxime atque æternus, qui fieri potest ut cibo indigeat? Nutritur quippe quod imperfectum est et indigens, non vero plenum quod est, et cui nulla re est opus. Nam si per nutrimentum ei qui alitur additur aliquid et incrementum accedit, crescet etiam mundus si alitur, aut si alimento destituatur, marcescet. Erit itaque major se ipso aut minor mundus, quod perspicue absurdum ac ridiculum. Quare si nec incrementi nec evacuationis capax mundus est, neque nutrimento unquam indigebit.

123. *De mundi ordine.*

D Græcorum philosophi in collocandis mundi partibus sibi ipsis invicem adversantur. Vera sententia est quod cœlum tanquam maximum corpus et circulare, atque elementa complecti ac continere aptum, extra illa structum est. Sub hujus concava superficie primum quidem inerrantes stellæ ordinatæ sunt, et zodiacus circulus: deinceps planetarum orbes ac circuli, quorum infima est luna: infra hanc statim ὑπέκκαυμα illud sive fuliginosa exhalatio flammam concipere apta, hinc aer, et deinceps aquæ elementum, ac postremo loco terra fundata est. Sic omnia omnibus insunt, et elementum quodque universitatem quamdam sive totitatem, ut ita

dicam, habet circumscriptam, et omnia invicem sunt superimposita.

124. *Qua causa sit mundum hunc totum inclinari.*

Miror philosophos quosdam existimantes mundum loco suo excidisse, situmque quem primum a Conditore acceperat perdidisse,polumque adeo borealem in altiorem partem elatum, australem vero depressum infra terram, et æquinoctialem zonam versus meridiem inclinatam esse.Usque adeone ignorant quod pro diverso climatum situ, poli jam supra horizontem versantur,nec in mundo quidquam ideo mutatur aut transponitur, quodque australe clima habitandum sortitis polus borealis semper conspicitur et capitibus eorum imminet, australis vero infra terram occultatur.Neutiquam igitur mundus in alteram partem inclinatus est,sed habitationum situs, inclinationem sibi imaginatur.

125. *Quomodo quis per Græcorum demonstrationem perspectum habere possit mundi finem.*

De ultima die et hora, secundum dictum Evangelii, nemo novit nisi Pater, et coæternus ipsi Filius, et Spiritus e Patre procedens. At Græci etiam hanc scire vanis contendunt demonstrationibus.Saturni maxima periodus est annorum ducentorum sexaginta quinque. Jovis annis viginti et septem, Martis ducentis octoginta quatuor, Solis mille quadringentis uno et sexaginta,Veneris mille quadringentis uno et quinquaginta, Mercurii quadringentis octoginta et octo, Lunæ denique viginti quinque annis.Sed magna mundi periodus obsolvitur annis millies septingenties ac quinquagies mille et ter mille ac ducentis ; illo tempore omnium planetarum conjunctio fiet in tricesimo gradu cancri vel primo leonis, atque tunc universali mundus obruetur diluvio.Post absolutas periodos minorum in planetis annorum, particulares accidunt eluviones ; unicuique enim stellarum errantium maximi, medii et minores anni tributi sunt.

126. *Quænam mundi dextra sint, quænam sinistra.*

Ab oriente occasum versus spectantibus dextra mundi sunt septentrionalia, australia sinistra. Sed ab occidente spectantibus ad orientem, australia dextra sunt, sinistra septentrionalia : facicique obversæ sunt occidentales cœli partes, ad iilas enim fertur si quis procedat, post tergum vero sunt orientales, ab his enim recedit. Quod si requiras quænam superiora sunt in cœlo, quæ inferiora, alii quidem philosophi quæ supra caput nostrum sunt superiora statuunt, quæ his sunt opposita habent pro inferioribus.At Aristoteles jam totum cœlum ut superius respectu terræ considerat,jam quod superius vocavit appellat inferius, ac vicissim, nec sine præclara et erudita demonstratione.

127. *De partium terræ mutatione.*

Partes terræ alterantur ratione siccitatis et humiditatis, cum ex humidis fiunt siccæ vel ex siccis

A περιγεγραμμένην ἔχει, καὶ πάντα ἀλλήλοις ἔγκειται.

ρκδ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦτον τὸν κόσμον ὅλον ἐγκλιθῆναι.

κωνοειδῆ ποιεῖται τὴν σκιὰν, ἐλάττων αὐτοῦ ἐστιν. Ὅτι δὲ ἡ γῆ κωνοειδῆ ποιεῖται τὴν σκιὰν, δῆλον ἐκ τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων. Ὅτε γὰρ ἐκλείψῃ ἐν τῷ ἀπογείῳ αὐτῆς, πόῤῥωθέν ἐστι τῆς γῆς, καὶ ταχέως ἐκλάμπεται, ὡς τὸ λεπτομερέστερον μέρος διερχομένη τῆς σκιᾶς· ὅτε δὲ ἐν τῷ περιγείῳ, ἐμβραδύνει τῇ ἐκλείψει, ὡς τὸ παχύτερον μέρος τῆς σκιᾶς διερχομένη. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων δείκνυται τὰ περατοῦσθαι τὸ τῆς γῆς σκίσμα. Εἰ γὰρ ἐπ' ἄπειρον προῄει, ἐσκότιζεν ἂν οὐκ ὀλίγους τοὺς ἀστέρων, καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα ἐκλείπειν τούτους ἐποίει· νῦν δὲ οὐ φαίνεται τι τοιοῦτον. Περὶ ταύτης δὲ τῆς σκιᾶς φησι καὶ ὁ ποιητής.

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

B Ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦδε δῆλον τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος· ἡ σελήνη ὑπὸ τὸν θερινὸν κεῖται τροπικόν· ὁπόταν οὖν ὁ ἥλιος ἐκεῖσε γένηται, κατὰ μεσημβρίαν ἄσκια ποιεῖ τὰ ἐκεῖσε σώματα ἐπὶ σταδίους τριακοσίους. Ἤγουν ὁ κύκλος, ὃν διαπορεύεται ὁ ἥλιος, μυριοπλασίων ἐστὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ μέρος τοῦ κύκλου τούτου ὑπερέχει τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος· μυριοπλάσιον εἶναι δεῖ τοῦ δηλωθέντος τῆς γῆς τμήματος· τὸ δὲ τοῦ ἡλίου σχῆμα ὅτι ἐστὶ σφαιροειδὲς, ὡσαύτως καὶ τῶν λοιπῶν ἐν οὐρανῷ σώματων, πρόδηλον, ὡς εἴρηται, καὶ σαφέστερον ἐν τῷ περὶ σχήματος λόγῳ ῥηθήσεται.

κζ'. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ἐκλείψεως.

Ἡ τοῦ ἡλίου ἔκλειψις γίνεται ὅτε ἡ σελήνη τὸν ἥλιον ἐν συνόδῳ ὑποδράμῃ, μὴ ἔχουσα πλάτος πρὸς τὸν ζωδιακὸν κύκλον· Τηνικαῦτα γὰρ ἀντιφράττει ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ, ὥστε μὴ καταλαβεῖν τὴν γῆν. C Διὰ τοῦτο ἀεὶ ἐν συνόδῳ γίνεται ἡ ἡλιακὴ ἔκλειψις, πλὴν τῆς γενομένης ἐπὶ τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν· ἐκείνη γὰρ παραδόξως ἐν πανσελήνῳ γέγονεν. Αἱ δὲ ἐκλείψεις ποτὲ μὲν καθόλου, ποτὲ δὲ μερικαὶ γίνονται· καθόλου μὲν, ὅτε ὅλος ὁ ἡλιακὸς κύκλος ἐπισκοτισθῇ, κατὰ κάθετον γεγονότων τῶν κέντρων τοῦ τε ἡλίου καὶ τῆς σελήνης· μερικαὶ δὲ, ὅτε μέρος τούτου ἐκλείψῃ. Οὐχ ἐν πάσῃ δὲ τῇ οἰκουμένῃ ὁ ἥλιος ἐκλείπων φαίνεται, ἀλλὰ παρὰ μέρεσι τισι. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς τοῦ Κομνηνοῦ βασιλείας ὅλος ἐκλείψας πρὸς δυσμαῖς, ἐν Αἰγύπτῳ οὐχ ὅλως ἐξέλιπεν, ὡς ἐκεῖσε παραγεγονὼς ἠκριβωσάμην. Οἱ οὖν μαθηματικοὶ ὅσον κατὰ τὸ φαινόμενον εἰς ιβ' δακτύλους τὴν ἡλίου καὶ σελήνης διεῖλον ἐπιφάνειαν· καὶ εἰ μὲν καθ' ἥμισυ γένηται ἡ ἔκλειψις, ἑξαδάκτυλον ταύτην ὀνομάζουσιν· εἰ δὲ κατὰ τὸ D τρίτον, τετραδάκτυλον, καὶ ἀναλόγως ἐπὶ τῶν λοιπῶν.

κη'. Περὶ οὐσίας καὶ φωτισμῶν σελήνης καὶ σχήματος.

Εἰ καὶ οἱ Ἀριστοτελικοὶ πέμπτον ὑπέθεντο σῶμα τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' οὖν ὁμολογοῦσι, μέρη μὲν αὐτοῦ εἶναι παχύτερα, καὶ μάλιστα τὰ τῇ γῇ προσεγγίζοντα, μέρη δὲ λεπτότερα, τὰ ἄνωθεν καὶ πόῤῥωτερα τῆς γῆς. Ἡ γοῦν σελήνη, τῷ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ τούτῳ κόσμῳ πλησιάζουσα, οὐκ ἄμοιρος οὐδ' ἀμέτοχος κατελείφθη τῶν τούτου κακῶν, ἀλλὰ παχεῖαν καὶ ὡσανεὶ γεώδη τὴν ὑπόστασιν ἔχει. Καὶ οὐ πάντη

A ciat a sole illuminata, sole minor est. Terra autem umbram in formam coni produci ex lunæ defectionibus manifestum est. Cum enim deficit in sua maxima a terra distantia, tunc cito rursus illuminatur, eo quod angustiorem umbræ partem transit. Quando autem in sua minima a terra distantia, diuturniorem defectionem patitur, quia latiorem umbræ partem transit. Et ex multis aliis ostenditur terminari terræ umbram. Si enim in infinitum procederet, obumbraret non paucas stellas, et singulis noctibus earum defectionis causa existeret; nihil autem hujusmodi nunc apparet. De illa autem umbra poeta dicit: « Oceano incidit clarum solis lumen, noctem obscuram adducens in fertiles agros. » Sed ex hoc quoque manifesta est solis magnitudo: Luna sub æstivo tropico jacet: quando igitur sol illuc pervenit, umbrosa facit ea quæ illic sita sunt corpora trecentorum stadiorum spatio. Circulus porro quem sol transit, decies millies major terra est, et circuli hujus partem quæ solis magnitudinem tenet decies millies majorem esse oportet quam præindicatum terræ spatium. Solis autem formam sphæræ similem esse ut et cæterorum in cœlo corporum manifestum est, ut diximus, et clarius in nostro de forma opere dicitur.

27. *De solis defectu.*

Solis defectio accidit, quando luna solem subit in congressu, non habens latitudinem ad zodiacum. Tunc enim ejus radiis opponitur, ita ut ad terram non perveniant. Ideo semper in congressu accidit solis defectio, excepta tamen ea quæ Passionis Domini nostri tempore accidit. Illa enim plenæ lunæ tempore mirabiliter facta est. Defectiones vero solis nunc completæ, nunc incompletæ fiunt: completæ quidem quando totus solaris circulus obumbratur, solis et lunæ centris secundum lineam perpendicularem sitis; incompletæ vero quando hujus pars tantum obumbratur. Non autem per totam terram sol deficiens apparet, sed tantum quibusdam in locis. Regnante enim Comneno totus in occidente sol defecit, in Ægypto non omnino defecit, ut ego ibi tune versans animadverti. Mathematici igitur ex apparentibus superficiem solis et lunæ in duodecim digitos diviserunt; si quidem defectio dimidia est, eam esse sex digitorum dicunt; si vero tertia parte solis est, quatuor digitorum, et similiter de cæteris divisionibus.

28. *De substantia, lumine et forma lunæ.*

Etsi Aristotelici supponant cœlum esse quintum corpus, tamen consentiunt, partes quidem ejus alias esse crassiores præsertimque prope terram sitas, alias vero leviores, eas nempe quæ sursum sunt et magis a terra remotæ. Luna igitur, toti in generatione et corruptione huic mundo propinqua, hujus quoque mundi malorum non expers neque immunis constituta est, sed crassam et quasi ter-

restrem habet substantiam. Neque vero omnino æqualis est per totum suum corpus, sed quædam ejus partes luce carent et obscuræ sunt, mediæ scilicet. Et quemadmodum ea quæ nascuntur et corrumpuntur initium et incrementum, et vigorem et debilitatem habent, ita et lunæ lux finiet. Neque vero solummodo cæteris cœlestibus corporibus eget.sed et aliquando iu umbram terræ incidit. Deficit autem non tantum quoad nostrum aspectum, sed et ipsa secundum proprium suum lumen. Illam autem a sole lumen recipere manifestum est vel paululum observantibus. Semper enim partem illuminatam ad solem vertit, ubicunque sit. Cum enim est infra solem, et cum illo congreditur, ejus partes quæ ad nos vertuntur obscuræ sunt, quæ vero versus solem, illuminatæ sunt. Quando autem paululum a sole discedit,pars ejus aliquantula incipit illuminari, et fit utrinque curvata; cum autem magis discessit, magis illuminatur et fit dimidiata et rursum utrinque curvata et cum directe opponitur,fit plena. Quando deinde diametrum prætergressa est apparet rursum utrinque curvata, et deinde dimidiata, et postea lunata, et demum cum sole congrediens, nobis invisibilis fit. Addubitabant veteres quomodo et lumen accipiat et lumen in terram mittat. Et alii quidem dicebant ejus lumen per reflexionem produci, quemadmodum et in speculis et in levibus corporibus fit; alii vero docuerunt eam per admissionem et unionem illuminari : atque eam illuminari per reflexionem, ab ipsa procedentem plerique opinantnr quidem. Quod tamen est falsum. Observatum est reflexiones a maximis et minimis corporibus procedentes non plus quam duo stadia transire. Sed et aliter demonstratur. Omnes reflexiones,ut in opticis ostenditur,fiunt per æquos angulos ; quod si ita de luna fieret, necesse esset, ut quando secundum solis diametrum in plena luna sita est, radii non ad terram frangantur, sed ad solem. Et multæ aliæ demonstrationes præcedentem demonstrationem confutant. Superest igitur ut per admissionem et unionem cum solis luce illuminata, terræ quoque lumen emittat. Sed hæc moveri potest difficultas, si lunæ immisceatur solis lumen, oporteret ut tota illuminaretur et plenam lucem continuo haberet. Ad id respondemus eam profundissimam esse maximumque habere diametrum. Et ideo non totam transeunt solares radii,sed postquam eam maxima parte transierunt, finiuntur. Sphæricam vero esse ejus formam patet ex ejus lumine, si enim disci formam haberet, simul ac in eam solares radii inciderent,illuminaretur,nulla curvitate luminis officiente,nunc autem cum sit sphærica,per partes radiis illuminatur eo quod officiunt formæ suæ curvitate cæteræ partes.Lunæ autem magnitudo minor est quam terræ,tricies novies, juxta alios vero, vicies novies.

29. *De lunæ defectu.*

Deficit autem luna quando directe ex opposito

A ὁμαλὴ δι' ὅλου αὐτῆς τοῦ σώματός ἐστιν, ἀλλ' ἔστι τινὰ παρ' αὐτῇ μέρη φωτὸς ἄδεκτα καὶ μέλανα, τὰ διὰ μέσου αὐτῆς· καὶ ὥσπερ τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ἀρχὴν, καὶ αὔξησιν, καὶ ἀκμὴν, καὶ παρακμὴν, οὕτω καὶ ταύτης τελεῖται ὁ φωτισμός. Καὶ οὐ μόνον ἐν τούτοις ἐνδεῖται τῶν λοιπῶν οὐρανίων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐμπίπτει ἐνίοτε τῷ σκιάσματι τῆς γῆς· ἐκλείπει δὲ οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν, καθάπερ ὁ ἥλιος, ἀλλ' αὐτὴ κατὰ τὸ οἰκεῖον φῶς, ὅτι παρὰ τοῦ ἡλίου δέχεται τὸ φῶς, δῆλον καὶ τοῖς ὁπωσοῦν τετηρηκόσιν· ἀεὶ γὰρ τὸ πεφωτισμένον μέρος πρὸς τὸν ἥλιον ἔχει, ἔνθα καὶ ὑπάρχει. Κάτωθεν γὰρ οὖσα τοῦ ἡλίου, ὅτε συνοδεύσῃ αὐτῷ, τὰ μὲν πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς μέρη ἀφώτιστά ἐστι, τὰ δὲ πρὸς τὸν ἥλιον πεφωτισμένα· ὅτε δὲ ἀποστῇ τοῦ B ἡλίου ἐλάχιστον, ἄρχεται μόριόν τι τοῦ πρὸς ἡμᾶς μέρους αὐτῆς καταυγάζεσθαι, καὶ γίνεται μηνοειδής· εἶτα ἐπὶ πλέον ἀποστᾶσα, πλέον φωτίζεται, καὶ γίνεται διχότομος, καὶ πάλιν ἀμφίκυρτος, καὶ διαμετροῦσα πανσέληνος· εἶτα παρελθοῦσα τὴν διάμετρον, ὁρᾶται αὖθις ἀμφίκυρτος, καὶ πάλιν διχότομος, καὶ μετὰ ταῦτα μηνοειδής, καὶ τέλος συνοδεύουσα τῷ ἡλίῳ, ἀφανὴς ἡμῖν γίνεται. Ἠπηπόρουν δὲ οἱ ἀρχαῖοι, πῶς δέχεται καὶ ἐκπέμπει ἐνταῦθα τὸ φῶς. Καὶ οἱ μὲν ἔφασαν, κατὰ ἀντανάκλασιν γίνεσθαι ταύτης φῶς, ὥσπερ καὶ ἐπί τε τῶν κατόπτρων καὶ τῶν λείων γίνεται σωμάτων· οἱ δὲ καθ' ὑποδοχὴν καὶ ἕνωσιν ἔδοξαν αὐτὴν φωτίζεσθαι, καὶ τὸ μὲν κατ' ἀντανάκλασιν ἀπ' αὐτῆς γινομένην φωτίζειν αὐτήν· πιθανὸν μὲν τοῖς πλείστοις, οὐκ ἀληθὲς δέ. Ἐτηρήθησαν αἱ ἀντανακλάσεις ἀπό τε C τῶν μεγίστων καὶ ἐλαχίστων σωμάτων μὴ πλεῖον δύο διιοῦσαι σταδίων. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως. πᾶσαι αἱ ἀντανακλάσεις ἀεὶ, ὡς ἐν τοῖς ὀπτικοῖς δείκνυται, κατ' ἴσας γωνίας ἀνακλῶνται, καὶ εἰ τοιοῦτον ἦν ἐπὶ τῆς σελήνης, ἔδει, ὅτε κατὰ διάμετρόν ἐστι τοῦ ἡλίου ἐν πανσελήνῳ, μὴ κάτω ἐπὶ τὴν γῆν ἀνακλᾶσθαι τὰς ἀκτῖνας, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἥλιον. Καὶ ἕτεραι πολλαὶ δείξεις ἀνατρέπουσι ταύτην τὴν δόξαν. Λείπεται τοίνυν, καθ' ὑποδοχὴν καὶ ἕνωσιν πρὸς τὸ ἡλιακὸν φῶς αὐτὴν ἐπιλαμπομένην, ἐπιλάμπειν καὶ τοῖς τῇδε. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ κέκραται αὐτῇ τὸ ἡλιακὸν φῶς, ὅλην ἔδει αὐτὴν φωτίζεσθαι, καὶ πλησιφαῆ διηνεκῶς εἶναι. Καὶ λέγομεν πρὸς τοῦτο, ὅτι πολὺ τὸ βάθος ἔχει καὶ μεγίστην τὴν διάμετρον· καὶ διὰ τοῦτο οὐ μέχρι πάσης αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες D διικνοῦνται, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖστον διιοῦσαι, παύονται. Ὅτι δὲ σφαιροειδής ἐστι τὸ σχῆμα, δῆλον ἐκ τῶν ταύτης φωτισμῶν. Εἰ γὰρ ἦν δισκοειδής, ἅμα τῷ προσπεσεῖν αὐτῇ τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἐφωτίζετο, μηδενὸς ἐπιπροσθοῦντος κυρτώματος· νῦν δὲ, σφαιροειδὴς οὖσα, κατὰ μέρος φωτίζεται ταῖς ἀκτῖσι, διὰ τὸ ἐπιπροσθεῖν τὰ λοιπὰ μέρη τῇ κυρτότητι τοῦ τοιούτου σχήματος. Τὸ δὲ τῆς σελήνης μέγεθος ἔλαττόν ἐστι τῆς γῆς καὶ ὑπὸ τριάκοντα ἐνναπλάσιον, κατὰ δέ τινας ὑπὸ εἴκοσι ἐνναπλάσιον.

κθ'. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἐκλείπει δὲ ἡ σελήνη κατὰ διάμετρον τῷ ἡλίῳ

γενομένη, ὅτε μὴ ἔχει πλάτος κλίνουσα εἴτε ἐπὶ βορρᾶν εἴτε ἐπὶ νότον, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τῷ ἡλίῳ τρίβον διοδεύει. Ἐμπίπτει γὰρ τηνικαῦτα τῷ τῆς γῆς σκιάσματι. Καὶ εἰ μὲν ἀπόγειός ἐστι, τάχιον διέρχεται τὴν σκιὰν, ὡς λεπτοτάτην ἄνωθεν τυγχάνουσαν, ὡς προείπομεν· εἰ δὲ περίγειός ἐστι, ποιεῖται διαμονὴν καὶ ἐμβραδύνει πρὸς τὸ ποιεῖν ἀνακάθαρσιν, διὰ τὸ κάτωθεν εἶναι παχεῖαν τὴν σκιάν. Ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ πάλαι σοφοὶ πρόφασιν τῆς κατανοήσεως τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς μέχρι τοῦ οὐρανοῦ διαστήματος. Τηρήσαντες γὰρ, ὡς ὁ ἥλιος ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι ποιεῖ τὰς σκιὰς ἑξηκονταπλασίας τῶν σκιαζομένων, ἀπεφήναντο, ὡς δεῖ καὶ τὸ μῆκος τῆς σκιᾶς τῆς γῆς ἑξηκονταπλάσιον εἶναι τῆς διαμέτρου αὐτῆς· καὶ ὡς ἐπεὶ μέχρι τῆς σεληνιακῆς σφαίρας τὸ ὀξὺ αὐτῆς καταλήγει, εἶτα εἰ ἑξήκοντα καθ' ὑπόθεσιν γαῖαι ἐπ' ἀλλήλαις τεθῶσι, καταλήψονται ἄχρι τῆς ἡλιακῆς, σφαίρας· κἀντεῦθεν συλλογισάμενοι κατέλαβον, ὡς τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον ἡ ἐκ τοῦ μέτρου τῆς γῆς μʹ ἔγγιστα.

Ἐκλείπει δὲ ἡ σελήνη ποτὲ μὲν ὅλη, ποτὲ δὲ μερικῶς. Καὶ ὅλη ἐκλείπουσα, ποτὲ μὲν ποιεῖται διαμονὴν, ὅτε πρὸς τῷ παχυτέρῳ μέρει τῆς σκιᾶς τύχῃ· ποτὲ δὲ ἅμα τῷ καλυφθῆναι ἄρχεται ποιεῖν ἀνακάθαρσιν, ὅτε ἄνωθεν ἐκλείψῃ πρὸς τῷ λεπτῷ τῆς σκιᾶς μέρει. Οὐχ ὥσπερ δὲ τὸν ἥλιον ἐνδέχεται ὁρᾶσθαι ἐν τινὶ μὲν τόπῳ ἐκλείποντα, ἐν τινὶ δ' οὔ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης· ἀλλ' ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἡ ταύτης ἔκλειψις γίνεται, εἰ μή γε παρὰ τισὶν ἡμέρα γένηται· ὑπάρχει γὰρ τηνικαῦτα ἐκείνης ὑπὲρ γῆν· δέδεικται γὰρ ἡμῖν, ὡς παρὰ τισὶν ἡμέρας οὔσης, νὺξ παρ' ἑτέροις ἐστίν.

A cum sole est, quando nempe suam latitudinem neque ad septentrionem, neque ad meridiem inclinat, sed eamdem cum sole semitam percurrit. incidit enim tunc in umbram terræ. Etsi quidem quam maxime a terra distat, citius umbram pertransit, quæ quidem superius levior est, ut antea diximus; si vero quam maxime ad terram accedit, immoratur et lente ea umbra emergit, quia inferius crassior umbra est. Unde veteres philosophi occasionem cepere cognoscendi quantum terra a cœlo distet. Observantes enim solem suo ortu umbras rebus adumbratis sexagies majores efficere, ostenderunt oportere ut umbræ terræ magnitudo sexagies longior sit ipsius diametro. Cum autem umbra extrema ad lunæ sphæram terminetur, si
B deinde sexaginta terras ex hypothesi alias in alias superimponant, usque ad solis sphæram pervenient. Et inde raciocinantes intellexerunt intervallum inter terram et lunæ sphæram tantum esse quanta terræ diametri dimensio, quadraginta circiter.

Luna autem deficit nunc tota, nunc tantum ea parte. Quanto tota deficit, nunc quidem in umbra commoratur, quando nempe in spissiore umbræ parte versatur; nunc autem cum vix tecta est, incipit emergere, quando nempe supra patitur defectionem in leviore umbræ parte; non autem de luna accidit ut de sole, quem in uno loco deficientem animadvertere licet, nec in alio; sed ubique terrarum fit ea defectio, nisi dies in aliquo loco luceat. Lucet enim super terram simul cum ea defectione.
C Demonstratum est enim diem aliquibus adesse, quando aliis non adest.

Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ.

ΤΟΥ ΠΑΝΥΠΕΡΤΑΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΚΥΡΙΟΥ ΜΙΚΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΣΤΙΧΟΙ ΠΟΛΙΤΙΚΟΙ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΥΡΙΟΝ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΝ ΔΟΥΚΑΝ

ΠΕΡΙ ΔΟΓΜΑΤΟΣ.

—

SUMMI PHILOSOPHI

DOMINI MICHAELIS PSELLI

VERSUS POLITICI

AD DOMINUM IMPERATOREM MICHAELEM DUCAM

DE DOGMATE

(MEERMAN, *Thesaurus Juris* tom. Γ. Hagæ comitum 1751 fol. — Interpretationem nostram addidimus)

—

Accipe et fundamentum nostrorum dogmatum
Concisum, et synopticum, et circumscriptum.
Deum cognosce, domine, corporum incoporeorum
Contemporalem, infinitum universorum creatorem
Incorporeum indefinitum, natura invisibilem,
Liberum, substantia incomprehensibilem, operibus [cognoscibilem.
Unum et tria simul, unum secundum substantiam
Tria secundum substrata, vel si libet, secundum [personas.

Unus namque in tribus existit Deus personis :
Pater, Filius et Spiritus sanctus consubstantialis.
Unus Pater et sine principio Pater, gubernator.
Unus Filius et non sine principio secundum car- [nem suam.

Principium ejus Pater : jam vero si ad tempora
Velis principium referre ipse quoque principio ca- [ret.

Spiritus, sanctus nimirum Spiritus et Deus subtan- [tialiter.

Ex Patre processum habet supra naturam
Non autem ex Filio licet modus sit ignotus.
Quodvis quidem substantia (est), tria autem unus [Deus.

Unus Filius incarnatus est in fine sæculorum,
Et naturam accepit nostram ex Virgine,
Essentialiter, non simulate, natura, non specie
Ex sanguinibus venerandis sanctissimæ Virginis,

Alia autem est substantia, et alia essentia.
Essentia quidem communis substantiæ species,

A Δέχου καὶ κὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων,
Σύντομον, καὶ συνοπτικὸν, καὶ περιγεγραμμένον,
Θεὸν γίνωσκε, δέσποτα, σωμάτων ἀσωμάτων,
Σύγχρονον, ἀτελεύτητον, τῶν ὅλων ὑποστάτην,
Ἀσώματον, ἀόριστον, ἀσχημάτιστον φύσει,
Ἄδετον μὲν, οὐςίαν ἄληπτον, ληπτὸν ταῖς ἐνερ- [γείαις,
Ἕνα καὶ τρία κατ' αὐτὸν, ἕνα μὲν τῇ οὐσίᾳ,
Τρία ταῖς ὑποστάσεσιν, εἰ βούλει, καὶ προσώποις.

Μονὰς γὰρ τρισυπόστατος ὁ Θεὸς χρηματίζει·
Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον ὁμοούσιον Πνεῦμα.
Μόνος Πατὴρ καὶ ἄναρχος ὁ Πατὴρ στεφηφόρος,
Μόνος Υἱὸς καὶ οὐκ ἄναρχος, τῇ σαρκὶ αὐτοῦ πέλει,

B Ἀρχὴ δὲ τούτου ὁ Πατὴρ, εἰ δὲ τὴν ἀπὸ χρόνων
Ἀρχὴν λαμβάνειν βούλοιο, καὶ ἄναρχος τυγχάνει.

Πνεῦμα, τὸ Πνεῦμα ἅγιον καὶ Θεὸς κατ' οὐσίαν,

Ἐκ τοῦ Πατρὸς τὴν πρόοδον ἐσχηκὼς ὑπὲρ φύσιν
Ἐκπορευτὴν οὐχ υἱϊκὴν, κἂν ἄγνωστος ὁ τρόπος,
Ὑπόστασις μὲν ἕκαστον, εἷς δὲ Θεὸς τὰ τρία.

Μόνος δὲ Υἱὸς σεσάρκωται ἐν τέλει τῶν αἰώνων,
Καὶ φύσιν ἀνελάβετο τὴν ἡμῶν ἐκ Παρθένου,
Οὐσιωδῶς, οὐ σχετικῶς, φύσει, οὐ φαντασίᾳ
Ἐκ τῶν αἱμάτων τῶν σεπτῶν τῆς παναγοῦς Παρ- [θένου.

Ἄλλη δ' ἐστιν ὑπόστασις, καὶ ἕτερον οὐσία.
Ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν ὑποστάσεως εἶδος,

Ἡ δὲ ὑπόστασίς ἐστιν ἓν πρόσωπον καὶ μόνον.
Τὸ μὲν γὰρ τῆς θεότητος, τῆς ἀνθρωπότητός τε,
Δηλωτικὸν τῆς φύσεως καὶ οὐσίαν τυγχάνει
Ὁ δὲ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα,
Καὶ πρόσωπα πεφύκασι, καὶ μὴν καὶ ὑποστάσεις.
Ὁ σαρκωθεὶς τοίνυν Υἱὸς ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως.
Οὐ σχετικῶς, ὡς εἴπομεν, οὔτε μὴν κατὰ φύσιν,

Ὡς ὁ δεινὸς Νεστοριος δυσσεβῶς παρελήρει,
Ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν τῷ προληφθείσῃ φύσει,
Μία μείνας ὑπόστασις, τῇ θείᾳ καὶ τελεία,
Ἐν δύο δὲ ταῖς φύσεσιν οὐσιωδῶς τυγχάνων.
Οὕτω δὴ καὶ πρεσβεύομεν, οὕτως ὁμολογοῦμεν
Τὰς δύο φύσεις ἀληθῶς, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην,
Ἀλλήλαις καθ' ὑπόστασιν ἀτρέπτως ἑνωθείσας,

Ἑκάστην ἀναλλοίωτον μένειν ἐν τῇ ἑνώσει,
Ἐκ δὲ τῶν δύο φύσεων μίαν ἀποτελεῖσθαι,
Σύνθετον τὴν ὑπόστασιν· οὕτω πίστεως ὅρος.
Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν ἕνα,
Κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τὴν ἄῤῥητον τοῦ Λόγου,
Καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν σαφῶς ἄνθρωπον πεφυκέναι,
Ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον μονογενῆ καὶ Λόγον,

Ὅλον Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τῇ μίᾳ ὑποστάσει.
Ἥνωνται γοῦν αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις, ἀλλ' ἀσυγ-
[χύτως,

Ἥνωνται καθ' ὑπόστασιν, διήρηται δὲ πάλιν
Τῷ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς, ἄλλη Θεοῦ γὰρ φύσις,
Καὶ ἄλλη ἀνθρωπότητος, εἷς δὲ ἐν ἀμφοῖν Λόγος,

Εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ δύο,
Εἷς μὲν γὰρ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ διπλοῦς τὴν φύσιν.

Ὡς πρεσβεύομεν καλῶς τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις,
Οὕτω καὶ δύο λέγομεν φυσικὰς ἐνεργείας,
Καὶ δύο τὰ θελήματα φυσικῶς ἐνεργοῦντα.
Οὐσία μὲν οὖν καὶ μορφὴ καὶ φύσις ἐν τῷ Λόγῳ,
Ἄτομον δὲ καὶ πρόσωπον ἓν σὺν τῇ ὑποστάσει.
Τὴν σάρκα δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ ὑπόστασιν μὴ λέγε,
Λέγε γὰρ ἐνυπόστατον, ἀκριβὲς γὰρ τὸ δόγμα.

Τὸ δέ γε ἐνυπόστατον πολυσήμαντον, ἄναξ,
Ἔστι γὰρ ἐνυπόστατον τὸ ἀληθὲς ὑπάρχον,
Καὶ αὖθις ἐνυπόστατον τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας,
Ἤγουν τὸ εἶδος, δέσποτα, τὸ ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις
Πραγματικῶς ὑφεστηκὸς, οὐ ψιλῇ ἐπινοίᾳ.
Ἔστι δὲ ἐνυπόστατον καὶ πλέον φροντιστέον,
Ὅπερ ἐστὶ συγκείμενον μετ' ἄλλου διαφόρου,
Κατὰ οὐσίαν, δέσποτα, εἰς σύστασιν προσώπου
Ἑνὸς καὶ ὑποστάσεως μιᾶς γένεσιν, ἄναξ·
Τὸ μὲν γὰρ ἐνυπόστατον τοιοῦτον ἔσχεν ὅρον.
Ὑπόστασις δὲ πέφυκε κυριολογουμένη,
Πρᾶγμα ἰδιοσύστατον, ἓν μᾶλλον πρόσωπόν τε.

Ἐνούσιον δὲ πέφυκε τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας,
Ἕξις ποιότης ἔμμονος καὶ δυσμετάβλητός πως·
Ἕξεως ἄλλως ἀριθμὸς ἑκάστου κατὰ φύσιν

A Substantia autem est una ac sola persona.
Divinitas enim atque humanitas
Naturam et essentiam indicat.
Pater Filius et Spiritus sanctus
Et personæ sunt, et substantiæ.
Filius igitur incorporatus immutabiliter, inconfuse.
Non simulate, uti diximus, neque secundum natu-
[ram,

Velut miser Nestorius impie blateravit,
Unitus est substantialiter cum accepta carne,
Una manens substantia divina et perfecta,
In duabus autem naturis essentialiter existens.
Ita profecto sancimus, ita confitemur
Naturam utramque vere divinam ac humanam
Sibi invicem substantialiter et immutabiliter uni-
B [tam
Unamquamque in unione manere non mutatam;
Ex utraque autem natura unam consummari
Compositam substantiam : ita fidei terminus.
Confitemur igitur Patris Filium unum,
Secundum infandam Verbi incarnationem,
Eumdemque Filium aperte hominem esse factum,
Unum Christum et Dominum unigenitum et Ver-
[bum,

Totum Deum et hominen in una substantia.
Unitæ igitur sunt Christi naturæ, sed inconfuse,

Unitæ secundum substantiam. divisæ autem rursus
Ratione differentiæ : alia enim Dei natura,
Et alia humanitatis, unum autem in utraque Ver-
C [bum,
Itaque unus est Christus, sed idem etiam duo :
Unus enim secundum substantiam, duplex secun-
[dum naturam.

Sicut bene sancimus duas Christi naturas,
Ita duas quoque dicimus operationes naturales
Et duas voluntates naturaliter operantes.
Essentia igitur et forma et natura in Verbo,
Una autem indivisibilis persona cum substantia
Carnem noli Dei substantiam appellare,
Sed substantiale dicas : expresse enim sic habet
[dogma.

Substantiale varias habet significationes, domine,
Est enim substantiale quod revera subsistit,
Et iterum substantiale est commune essentiæ,
D Vel species, o imperator, in individuis
Actualiter subsistens, non sola cogitatione.
Est autem substantiale porro intelligendum
Quod est unitum cum alia diverso
Secundum essentiam, domine, in unionem personæ
Unius et originem unius substantiæ.
Tali ratione enim substantiale definiri debet.
Subtantia autem quæ proprie dicitur
Est res per se subsistens, vel potius una per-
[sona.

Jam vero substantiale est commune essentiæ;
Habitus est qualitas immanens et vix separabilis,
Aliter habitus est cujusvis secundum naturam.

Universa actualitas in anima et corpore,
Ita ut habitus si actualitas communis.
Præterea audi : Verbum incarnatum
Nostram, cum homo fieret, accipiens carnem,
Factum est exsecratio,quantumvis esset benedictio,
Et mortuum est hominis instar, licet immortale [natura,
Incruce mortem sua sponte subiens.
Resurrexit autem tertia die, soluto inferno,
Et tum in cœlos evectus in gloria,
Atque iterum veniet cum Patre et Spiritu sancto
Judicare cunctos et juste et humane.
Hæc summa eorum quæ theologi docent
Et dicunt, domine, de incarnatione.
Longa quidem ac difficils doctrina est dogmatum,
Ego vero collectis in tuam utilitatem planioribus,
Et plenissime et concise tibi exposui.
Oportet enim imperatorem alia quidem nosse,
Ante omnia autem veritatem dogmatum nostrorum,
In quibus principum ac fundamentum imperii ni- [titur.

Accipe etiam numerum sanctarum synodorum.
Quæ contra impios collectæ sunt, o domine,
Septemque omnino numerantur. Nicææ
Divo Constantino regnante
Et archiepiscopi fasces tenente Constantinopoli
Metrophane summe reverendo et anima et scientia.
Ea insani repressit linguam Arii
Qui Trinitatis consubstantialitatem impugnavit
Et creaturam Demiurgum impie ac misere dixit,
Patrique inferiorem, licet natura eodem honore [dignum,

Secunda autem habita est sanctarum synodorum,
Uti omnes tradunt, Constantinopoli
Cui feliciter tunc præerat Theodosius Magnus
Et Nectarius patriarchatus munere fungebatur.
Hæc Macedonium radicitus evulsit
Qui Spiritum sanctum sejungebat frustra
Ab alta Divinitate et creaturam blaspheme nomi- [nabat.

Jam vero tertia synodus Ephesi convenit,
Cum Theodosius junior bene imperium gubernaret,
Contra insensatum ac miserum Nestorium
Qui Dei incarnationem non omnino accipiebat.
Sed purum hominem Christum male dicebat,

Et Christi Matrem, non Dei Matrem appellabat
Viginem Mariam, quæ est Domina Deipara.
Quarta synodus autem Chalcedone exstitit,
Marciano imperatore sceptra Romæ tenente.
Numerus sanctorum venerandorumque Patrum
Triginta fuit super ducentis,
Adversus impium Eutychem et Dioscorum,
Qui impie corpus Domini nonnisi speciem fuisse [contendebant.

Quinta autem habita est Constantinopoli :
Quinque super sexaginta et centum Patres
In ea convenerunt, et Chalcedonensem
Synodum tanquam pientissimam agnoverunt.

A 'Ολόκληρος ἐνεργεια ἐν ψυχῇ σώματί τε,
Ἕξις δὲ ἡ ἐνέργεια τοῦ κοινοῦ πέφυκέ πως.
Πρὸς τούτοις πᾶσι γίνωσκε· ὁ σαρκωθεὶς γὰρ Λόγος,
Τὴν ἡμετέραν προσλαβὼν ἐν τῷ σαρκοῦσθαι σάρκα,
Κατάρα ἐχρημάτισε, τυγχάνων εὐλογία,
Καὶ τέθνηκεν ὡς ἄνθρωπος, ἀθάνατος ὢν φύσει,

Ἐπὶ σταυροῦ τὴν νέκρωσιν ὑποστὰς ἑκουσίως.
Ἀνέστη δὲ τριήμερος τὸν ᾅδην καταλύσας,
Εἶτα καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανοὺς ἐν δόξῃ,
Καὶ αὖθις ἥξει σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ
Κρῖναι δικαίως ἅπαντας ὁμοῦ καὶ φιλανθρώπως.
Τοῦτο συγκεφαλαίωσις τῶν θεολογουμένων
Καὶ λεγομένων, δέσποτα, εἰς τὴν οἰκονομίαν,
Πολὺς γὰρ καὶ δυσνόητος ὁ λόγος τῶν δογμάτων.
Ἀλλ' ἐγὼ τὰ σαφέστερα συλλέξας σοι προσφόρως,
B Καὶ πληρεστάτως εἴρηκα ὁμοῦ τε καὶ συντόμως.
Δεῖ γὰρ τὸν βασιλεύοντα καὶ τ' ἄλλα μὲν εἰδέναι,
Τὸ δ' ἀληθὲς ὡς μάλιστα τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων·
Ἀρχὴ γὰρ τοῦτο καὶ κρηπὶς ὑπάρχει βασιλείας.

Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν συνόδων,
Ὁπόσαι κατὰ δυσσεβῶν ἐκροτήθησαν, ἄναξ,
Ἑπτὰ πᾶσαι πεφύκασι· πρώτη δ' ἡ ἐν Νικαίᾳ
Τοῦ θείου βασιλεύοντος, δέσποτα, Κωνσταντίνου,
Καὶ ἀρχιερατεύοντος ἐν Κωνσταντινουπόλει
Τοῦ πανσεβάστου καὶ ψυχῇ καὶ λόγῳ Μητροφάνου.
Αὕτη τὴν γλῶτταν ἔτεμε τοῦ μανέντος Ἀρείου,
Τὴν ὁμοουσιότητα τέμνοντος τῆς Τριάδος,
Καὶ κτίσμα τὸν Δημιουργὸν δυσσεβοῦντος ἀθλίως,
Ἐλάττονά τε τοῦ Πατρὸς, τὸν ἰσότιμον φύσει.
C

Ἡ δὲ δευτέρα γέγονε τῶν ἱερῶν συνόδων,
Ὡς ἱστοροῦσιν ἅπαντες, ἐν Κωνσταντινουπόλει,
Ἧς ὁ μὲν Θεοδόσιος ἦρχε καλῶς ὁ μέγας,
Νεκτάριος δ' ἀρχιερεὺς ἐτύγχανε τῷ τότε.
Αὕτη τὸν Μακεδόνιον ἀνέσπασε ῥιζόθεν,
Τὸ Πνεῦμα τὸ πανάγιον ἀλλοτριοῦντα μάτην
Τῆς ὑψηλῆς Θεότητος, καὶ κτίσμα βλασφημοῦντα.

Ἡ δέ γε τρίτη σύνοδος γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ,
Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ δεσπόζοντος ἀξίως,
Κατὰ τοῦ ματαιόφρονος καὶ δεινοῦ Νεστορίου,
Τὴν τοῦ Θεοῦ μὴ σάρκωσιν οὐδ' ὅλως δεχομένου,
Ἀλλὰ ψιλὸν μὲν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν βλασφη- [μοῦντος,

D Καὶ Χριστοτόκον λέγοντος, ἀλλ' οὐχὶ Θεοτόκον,
Τὴν Θεοτόκον Δέσποιναν καὶ Μαρίαν Παρθένον.
Ἡ δὲ τετάρτη σύνοδος ἔστη ἐν Χαλκηδόνι,
Ῥώμης τὰ σκῆπτρα φέροντος Μαρκιάνου δεσπότου.
Ὁ δ' ἀριθμὸς τῶν ἱερῶν καὶ σεβαστῶν Πατέρων
Τριάκοντα συνέστησαν πρὸς τοῖς διακοσίοις,
Κατ' Εὐτυχοῦς τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ κατὰ Διοσκόρου
Τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικὸν δυσσεβῶς φαντασάντων.

Ἡ δέγε πέμπτη γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει·
Πέντε δὲ πρὸς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν Πατέρες
Ἐν ταύτῃ συνηθροίσθησαν, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι
Σύνοδον ἐκρυτήθησαν ὡς πανευσεβεστάτην.

Ἀπήλασάν τε εὐσεβῶς τῶν θείων περιβόλων
Εὐάγριον καὶ Δίδυμον μετὰ τοῦ Ὠριγένους,
Ἄνδρας προτελευτήσαντας, ἀλλὰ συγγραψαμένους
Νόθα καὶ ξένα δόγματα τῆς θείας Ἐκκλησίας.
Σωμάτων μὲν ἀνάστασιν νῦν μὲν ἀνῆλον ὅλως,

Νῦν δὲ παρεδογμάτισαν ἔγερσιν ἀλλοτρίων,
Ἀδάμ τε καὶ παράδεισον ἐξεῖπον ἀσωμάτως.
Καὶ τέλος συνεπέραναν τὴν κόλασιν ἐν χρόνῳ,
Καὶ τῶν δαιμόνων ἔγραψαν, φεῦ! ἀποκαταστάσεις.

Ἀνῆλον τὸν Θεόδωρον τὸν τῆς Μοψουεστίας,
Μυσταγωγὸν τυγχάνοντα τοῦ δεινοῦ Νεστορίου,
Καὶ τὴν πρὸς Μάριν πρότεραν ἐπιστολὴν τοῦ Ἴβα,
Ὅσα τε συνεγράψατο κατὰ Κυρίλλου πάλαι
Ὁ Κύρου Θεοδώρητος ἴσος ἐν ὑποκρίσει.
Ἡ δ' ἕκτη πάλιν σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει
Συνέστη καὶ διέῤῥηξε δόγματα Θεομάχων,
Ὧν οἱ προστάται λόγιοι καὶ πολλοὶ καὶ ποικίλοι,
Ὁ τῆς Φαρᾶς Θεόδωρος, Ὁνώριος ὁ Ῥώμης,
Κύρος Ἀλεξανδρείας τε, Σέργιός τε καὶ Πύῤῥος.
Καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, πρὸς τούτοις δὲ καὶ [Πέτρος,
Μακάριος ὁ ἄθλιος καὶ Στέφανος πρὸς τούτῳ,
Οὐ δύο φύσεις λέγοντες τοῦ σαρκωθέντος Λόγου,
Μίαν δέ τινα σύνθεσιν, ἐνέργειαν δὲ μίαν,

Σὺν τούτοις Πολυχρόνιον ἀπέκτειναν τελείως,
Καὶ δύο ἐδογμάτισαν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου
Τὰς φύσεις ὡς πανευσεβεῖς, ὡς δὲ καὶ τὰς θελήσεις.
Ἡ δὲ ἑβδόμη γέγονεν ἐσχάτως ἐν Νικαίᾳ,
Πεντήκοντα συνῆλθον γὰρ πρὸς τοῖς τριακοσίοις (1),
Λογὰς ἐν ταύτῃ εὐσεβῶν θεοφόρων Πατέρων,
Εἰρήνης τῆς δεσπότιδος τότε βασιλευούσης,
Σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ καὶ νέῳ στεφηφόρῳ.
Καὶ τὰς εἰκόνας τὰς σεπτὰς ἐθέσπισαν τιμᾶσθαι,
Καλῶς δ' ἀναθεμάτισαν τοὺς δυσσεβοῦντας τότε·

Βασίλειον ἐπίσκοπον τὸν ὄντα Πισιδίας,
Ἐφέσου Θεοδόσιον Σισίννιον τὸν Πέργης, [μῶντας.
Ἄλλους τε πλείστους τὰς σεπτὰς εἰκόνας μὴ τι-

(1) Ἐξακοσίοις.

A Rejecerunt pio animo a divinis liminibus
Evagrium atque Didymum cum Origene
Qui, licet jam mortui, tamen conscripserant
Spuria et a Dei Ecclesia aliena dogmata.
Nunc quidem corporum resurrectionem prorsus [negabant,

Nunc vero resuscitationem aliorum fabulabantur.
Adam porro et paradisum incorporee accipiebant,
Et pœnas temporis limitibus definiebant,
Dæmonum quoque, heu! restitutionem in inte- [grum docebant.

Sustulerunt Theodorum Mopsuestenum
Qui miseri Nestorii fuerat præceptor,
Et primam Ibæ ad Marim epistolam,
Et quæcunque contra Cyrillum conscripserat olim
B Cyri Theodoretus, hypocrisi haud inferior.
Sexta Synodus iterum Constantinopoli
Convenit et abolevit dogmata Theomachorum
Quorum duces docti et multi et varii,
Pharæ Theodorus, Honorius Romæ,
Cyrus Alexandriæ, Sergius et Pyrrhus,
Necnon Paulus Samosatensis, præterea Petrus,

Miser Macarius atque Petrus,
Non duas Verbi incarnati naturas dicebant,
Sed unam quamdam compositionem unamque [actionem.

Cum his omnino represserunt Polychronium,
Atque duas sanxerunt incarnati Verbi
Naturas, utpote pii, sicut et duas voluntates.
Septima denique habita est Nicææ.
C Quinquaginta ibi convenere super trecentis,
Manus electa piorum ac religiosorum Patrum,
Quo tempore Irene imperatrix gubernabat
Cum Constantino filio recens coronato.
Et imagines sacras honorandas sanxerunt,
Riteque anathemate perculerunt impios illius [ætatis,

Basilium qui Pisidiæ episcopus erat,
Theodosium Ephesi, Sisinnium Pergæ,
Aliosque permultos sacras imagines non hono- [rantes.

MICHAELIS PSELLI

DIALOGUS

DE OPERATIONE DÆMONUM

GAULMINI PRÆFATIO.

Amice lector, Psellum Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, Græce nunquam antea editum, nunc primum tibi damus (a); notas præterea quas singulis diebus pro penso operarum scripsimus. In illis quid præstiterim

(a) Parisiis, 1615.

tu pro candore tuo judicabis, ego pro modestia mea tibi indicabo. Auctoris ipsissima verba quam emendata ut haberes maxime curavi; sed ne hoc quidem per operarum quas non inspexi celeritatem licuit. Quæ corrupta in man. erant emendavi; quæ difficilia, explicui; quæ interpolata, restitui sed magna tui fiducia, mei majore.

Religentem esse oportet religiosum nefas (*b*).

Equidem odi cane pejus et angue illos homines, qui auspicato libros tractant et de mendo in aliquo libro tanquam de mustela in via judicant : ignavissimi mortalium qui hoc adhuc nesciunt, quod nihil sciunt.

Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tempus eget.

Si interfecto, ut vocant, loco medicina facta, si leve quid interpugendo sanatum,

Τόδ' ἐστὶ πολλῷ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν (*c*).

Longe aliter omnes melioris mentis scribent, et nos conati sumus scribere. Sed omiseram pene quæ duo maxima in hoc opusculo præstiti, brevitatem et modestiam. Utramque invenies, qui candide de utraque senties. Cæterum theologica et philosophica, quæ quam plurima sunt, ideo non attigi, quia hoc fuisset μάζαν ὑφ' ἑτέρου μεμαγμένην ἁρπάζειν (*d*). Vale, candide lector. Sed hoc præterea te monitum volo; usum me duobus man. codicibus, altero meo et altero eruditissimi Federici Morelli, cui multis nominibus multum me debere profiteor. Sed et symbolam contulit, characteres Arabicos suos, Gul. Lebé typographus, vir linguarum orientalium studiosissimus, et, si hæc sæcula permitterent, eximius illarum propagator futurus.

(*b*) Versus ex antiquo carmine memoria hercle dignus ap. A. Gell. *N. Att.* 419.

(*c*) Hic versus est inter Proverbia metrica v 872, formatus, ut videtur, ad imitationem Euripidei *Andr.* 368 : Τοῦτ' ἔσθ' ἑκάστῳ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν.

(*d*) Est inter Suidæ Adagia IX, 66, ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίοις πόνοις ἐγκαυχωμένων.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ [(1)] ΔΑΙΜΟΝΩΝ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ.

MICHAELIS PSELLI

DIALOGUS

DE DÆMONUM ENERGIA SEU OPERATIONE

Contra Manetem et Euchitas seu Enthusiastas.

DIALOGI PERSONÆ :

ΤΙΜΟΘΕΟΣ. ΘΡΑΞ. — TIMOTHEUS. THRAX.

CAPUT PRIMUM.

De Euchitis et Enthusiastis. Hæreticorum dogmatum cognitionem piis non minus prodesse, quam pharmacorum lethalium medicis.

TIMOTHEUS. Longum jam, o Thrax, tempus interfluxit, ex quo Byzantium non venisti.

ΤΙΜΟΘΕΟΣ. Χρόνιος, ὦ Θρᾷξ, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀπαντᾷς.

GAULMINI NOTÆ.

(1) Ἐνέργεια vera vox. Chryst. homil. 4, Περὶ ἀκαταλ. : Ἄλυσις πονηρὰ καὶ χαλεπὴ τῶν δαιμόνων ἐστὶν ἡ ἐνέργεια. Τὸ ἐνεργεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ δαιμονᾶν, pridem est cum viri docti observarunt.

ΘΡΑΞ. Χρόνιος, ὦ Τιμόθεε, δύο που ἔτη, καὶ πρὸς, ἐντεῦθεν ἔκδημος ὤν.

A THRAX. Longum, o Timothee; biennium enim, et ultra, hinc peregre abfui.

ΤΙΜΟΘ. Ποῖ δὲ δὴ, τί καὶ τίνα πράγματα ἔχων ἐπὶ τοσοῦτον ἐνδιατέτριφας;

TIMOTH. Ubinam vero, quibusque de causis, tandiu abfuisti?

ΘΡΑΞ. Μακροτέρας ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν σχολὴν ἀπαιτεῖς ὑποθέσεις λόγων. Ἀνάγκη γάρ με συνείρειν τὸν Ἀλκίνου ἀπόλογον (1*), εἰ δέοι λέγειν ὅσα ἐπῄειν, ὅσα τε ἔτλην ἀσεβέσι συμπλακεὶς ἀνδράσιν. Εὐχίτας (2) αὐτοὺς καὶ Ἐνθουσιαστὰς (3) οἱ πολλοὶ καλοῦσιν. Ἢ οὐκ ἀκοήν τινα ἔχων περὶ τούτων καὶ αὐτὸς τυγχάνεις;

THRAX. Prolixiora, quam quæ huic tempori conveniant, dicendi argumenta postulas. Necesse enim est, ut Alcini apologo utar, si dicenda sint, quæcunque subii, quæcunque passus sum in hominum impiorum consortio: Euchitas eos multi et Enthusiastas appellant. Numnam vero et ipse de iis quidpiam fando audiisti?

ΤΙΜΟΘ. Μανθάνω μέν (4) τινας θεομάχους ἄνδρας καὶ ἀτόπους ἐπιεικῶς ἐν μέσῳ στρέφεσθαι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ κόμματος, κατὰ τὴν κωμῳδίαν εἰπεῖν· δόγματα δε αὐτῶν, καὶ ἔθη, καὶ νόμους, καὶ ἔργα, καὶ λόγους παρ' οὐδενὸς οὐδεπω μοι μαθεῖν ἐξεγένετο. Καί σου δέομαι ἅττα ἂν εἰδείης σαφέστατα ἐπελθεῖν, εἴ τι βούλει ἀνδρὶ συνήθει, προσθήσω δὲ καὶ φίλῳ, χαρίζεσθαι.

TIMOTH. Audio quidem nescio quos impios homines, et merito exsecrandos in medio sacri nostri commatis, ut comice loquar, hoc est ordinis sacro designati charactere, versari. Eorum autem B dogmata, mores, leges, opera et sermones a nemine adhuc mihi discere contigit; proinde te rogo, ut ea quæ nosti apertissima mihi narratione percurras, si quid homini sodali, addo etiam amico, gratificari velis.

ΘΡΑΞ. Ἔα, φίλε Τιμόθεε. Ἀνάγκη γὰρ ἐμέ τε περιωσθῆναι πρὸς ἴλιγγον, ἐπιόντα δόγματά τε ἀλλόκοτα καὶ ἔργα δαιμόνια, καὶ σέ γε μηδὲν περὶ τούτων ἐσχηκέναι κέρδος. Εἰ γὰρ, κατὰ τὸν Σιμωνίδην (5), ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστιν, ὡς εἶναι τὸν μὲν τῶν ὠφελίμων ὠφέλιμον, τὸν δὲ μὴ τοιούτων οὐκ ἀγαθὸν, τί ἂν οἴσοι χρηστὸν, ὁ τοὺς ἐναγεῖς εἰκονίζων λόγους;

THRAX. Missa isthæc facito, chare Timothee. Necesse est enim, ut capitis ultro mihi vertiginem accersam, si et dogmata absurda, et diabolica opera narrare occipiam, tuque lucri ex iis nihil omnino reportes. Si enim oratio, ut Simonidi placet, rerum imago est, ut sit ea utilis, quæ de rebus utilibus instituitur, quæ vero de iis, quæ secus se habent, non bona censeatur, quidnam tibi proderit, cum sermones impios delineavero?

ΤΙΜΟΘ. Καὶ πάνυ γε, ὦ Θρᾷξ· εἴπερ καὶ ἰατροῖς εἰδέναι τὰ θανατώδη τῶν φαρμάκων οὐκ ἄχρηστον, ὡς μή τῷ τούτων περιπεσεῖν τινα κινδυνεῦσαι· ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ ἔνια τούτων εἰς ὑγείαν οὐκ ἀσυντέλεστα. Ὥστ' ἔσται καὶ ἡμῖν δυοῖν θάτερον· ἢ γὰρ ἀποισόμεθά τι χρηστότερον ἐκ τοῦ σκέμματος, ἢ φυλαξόμεθα εἴ τι πρόσεστι βλαβερόν.

TIMOTH. Certe multum proderit, o Thrax. Siquidem et medicis lethalia nosse pharmaca non C inutile sit; ne quis ea contrectans in periculum incurrat: ut taceam eorum quoque nonnulla non inutilia esse. Itaque duorum alterum consequemur. Aut enim ex hujusmodi disquisitione et investigatione boni quidpiam reportabimus, aut si quid ei lethale insit et noxium, ab eo cavebimus.

ΘΡΑΞ. Εἶεν· Ἀκούσῃ, κατὰ τὴν ποίησιν, ἐτήτυμα μὲν, οὐχ ὡς ἥδιστα δέ (6). Εἰ δέ τινων ἀσχημόνων ὁ λόγος ἐπιμνησθῇ, μὴ χαλέπαινε· μηδ' ἐμὲ τὸν παρενείροντα, τοὺς δὲ δρῶντας αἰτιῶ δικαίως.

THRAX. Age vero, audies quidem vera, ut poeta inquit, at minime jucunda. Quod si obscenorum quorumdam mentionem dicendo faciam, ne succenseas: neque me, qui talia tibi referam, sed eos ipsos qui agunt, incuses.

GAULMINI NOTÆ.

(1*) Diogenianus ἐπὶ τῶν φλυάρων καὶ μακροὺς ἀποτεινόντων λόγους· ut *aretalogus Ulysses* Ausonio [imo Juvenali xv, 14]:

Tale super cænam facinus narraret Ulysses
Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam
Moverat, ut mendax aretalogus.

Idem in Polluce et Suida. Adagii origo notissima ex Aristotele lib. III *Rhetor.*

(2) Massalianos, quod vocabulum interpretati sunt εὐχίτας. Harmenop. *De sect.*; Τὸ τῶν Μασσαλιανῶν ὄνομα ἐξελληνιζόμενον εὐχίτας δηλοῖ· πολὺ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς εὐχῆς ὄνομα. Nihil fingit. מצלין *orantes*, Esr. x, 6. Nisi obstet Chronologus περὶ αἱρέσ. ineditus, qui ἀπὸ τῆς εὐχῆς, ἢ ἀπὸ τῆς ἐπωνύμου χώρας τῆς Περσίδος vocatos scribit, forte melius si Assyriæ dixisset, quia *Mosel* Arabum geographis Assyria est. Tamen prima nebulonum istorum origo Persica a Manete Persa. — Ex Euthymii titulo de Bogomilis, patet cum eis fere con- D spirare Massalianos vel Euchitas. Vide *Patrologiæ* t. CXXX. EDIT.

(3) Chronologus ineditus Περὶ αἱρέσ. Καλοῦνται δὲ ἐκ τοῦ πράγματος καὶ Ἐνθουσιασταί· δαίμονος γὰρ ἐνέργειαν λαβόντες, Πνεύματος ἁγίου εἶναι ταύτην ὑπολαμβάνουσιν· ὕπνῳ δὲ τὰ πολλὰ σφᾶς αὐτοὺς ἐνδιδόντες, ἐνθουσιασμὸν τὰς τῶν ὀνείρων φαντασίας καλοῦσιν. Alii sine numero, quos non exscribo, Acuanitæ, Cubrici, Martyriani. Nicet. *Thes. orth. fid.* lib. IV.

(4) Habet ex Aristoph. in *Pluto*, vers. 862: Προσέρχεται γάρ τις κακῶς πράττων ἀνήρ· Ἔοικε δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος. Et οἱ παρακόπτοντες sunt qui οἱ παραχαράκται JC. Græcorum. Παραχαράττειν τὸ δίκαιον inde dixit Anastasius. Sinait. ἐν Ὁδηγῷ.

(5) Κατὰ Σιμωνίδην, et Democritum, λόγος ἔργου σκιή. Laert

(6) Homer.

CAPUT II.

De duobus Manichæorum et tribus Euchitarum principiis.

A Exsecrando huic dogmati, seu hæresi, vesanus ille Manes ansam præbuit. Inde enim ipsis Euchitis tanquam ex fœculento quopiam fonte, principiorum multitudo profluxit. Atque sacer quidem ille intestabilisque Manes duo eorum quæ sunt principia commentus est, Deoque Deum; bonorum creatori, malorum opificem; bono cœlestium principi, nequitiæ terrestrium principem nequiter opposuit. Hi vero cacodæmones, seu malo genio perciti Euchitæ, tertium etiam aliud principium addiderunt: Pater enim ipsis, duoque filii, antiquiora sunt et recentiora principia. Quorum patri quidem supramundana sola, filiorum autem juniori cœlestia, alteri denique seniori, eorum quæ sunt in mundo imperium tribuunt. Quod quidem delirium nihil a Græca illa mythologia differt :

Triplici sunt omnia sorte dirempta.

Jam vero, putri hoc fundamento jacto, corrupti mentibus homines, hac quidem in parte inter se

Ἔχει μὲν τὸ παλαμναῖον (7) τοῦτο δόγμα παρὰ Μάνεντος τοῦ μανέντος (8) τὰς ἀφορμάς. Ἐκεῖθεν γὰρ αὐτοῖς αἱ πλείους ἀρχαὶ, καθάπερ ἐκ πηγῆς τινος δυσώδους, ἐῤῥύησαν. Ἀλλὰ τῷ μὲν ἐπαράτῳ Μάνεντι δύο ὑπετέθησαν τῶν ὄντων ἀρχαὶ, θεῷ θεὸν, δημιουργῷ τῶν ἀγαθῶν αὐτουργὸν κακίας, τῷ ἀγαθῷ ἄρχοντι τῶν οὐρανίων τὸν τῆς κακίας ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων, πλημμελῶς ἀντιτάττοντι· Εὐχίταις δὲ τούτοις τοῖς κακοδαίμοσι καὶ ἑτέρα τις ἀρχὴ προσελήφθη τρίτη· Πατὴρ γὰρ αὐτοῖς (9) υἱοί τε δύο, πρεσβύτερος καὶ νεώτερος, αἱ ἀρχαί· ὧν τῷ μὲν πατρὶ τὰ ὑπερκόσμια μόνα, τῷ δὲ νεωτέρῳ τῶν υἱῶν τὰ οὐράνια (10), θατέρῳ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν ἐγκοσμίων τὸ κράτος (11), ἀποτετάχασιν, ὃ κατὰ μηδέν ἐστι τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἀπολειπόμενον,
D κατὰ τὸ,

Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται (12).

Ταύτην δὲ τὴν σαθρὰν ὑποβάθραν ὑποθέντες οἱ σαθροὶ τὰς φρένας, τὸ μὲν μέχρι ταύτης εἰσὶν ἀλ-

GAULMINI NOTÆ.

(7) Παλαμναῖον δόγμα, μιαρόν. Nolo argutari in τὸ παλαμναῖον propter infanticidia, quia παλαμναῖος in commentariis Græcorum est ὁ ταῖς οἰκείαις χερσὶ φόνον ἐργασάμενος. Unde et παλαμναίας ἱκεσίας, ut Apollonio, Ἀργον (IV, 709), τὰς ὑπὲρ φόνου γινομένας grammatici cum Varino pertendunt.

(8) Ita Polybio (XXVI, 10) Ἐπιφανὴς est Ἐπιμανής. Nomen illius furiosi Paracleti (ita se vocabat), a cujus nomine postmodum omnes impii Manetes Judæis dicti, ut Mezentii Latinis. Elias in Thesb.: אתמיה אני כי נמצא בספרי היונים שהיה אדם אחד שהיה שמו מני ולא היה בעל דתועל שמו נקראים כל הנמשכים אחריו מנים. *Idque ego miror, cum inveniatur in libris Græcorum fuisse hominem quemdam nomine Manem, qui vixerit sine lege, a quo omnes qui eum secuti fuere Manetes uppellati sunt.* Male omnes, quicunque τὸ Μάνης id significare putant. Epiphan. : Τὸ γὰρ Μάνη ἀπὸ τῆς Βαουλωνίας εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταφερόμενον σκεῦος ὑποφαίνει τοὔνομα. Verum est. מאן Daniel. (v, 5) vas, *man.* Turbat Nicet, in *Thesauro orthod. fid.*, qui dialecticum etiam significare pertendit. Viderit ille ; nam in Chaldaica, de qua cum Epiphanio intelligere debuit, nihil tale , sed neque in Arabica, quam illius tempore certum est locutos illius tractus incolas.

(9) Pater ille Persis, e quorum magia nugas suas cudit Manes, Ζαρουὰμ est, Oromasdis et Arimanii pater : quod hactenus omnes fugit qui de D magia Persarum dixerunt. Theodorus Mopsuestæ docuerat in libro Περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, Photii (*Bibl.* cod. 81) : Ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζαράσδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουὰμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, ὃν καὶ Τύχην καλεῖ, καὶ ὅτι σπένδων (lege σπεύδων) ἵνα τέκῃ τὸν Ὡρομάσδην, ἔτεκεν ἐκεῖνον καὶ τὸν Σατανᾶν. Ille Satanas Arimanius est notissimus : at de Ζαρουὰμ non est cur aliquis dubitet : Syriace ad verbum, ἀρχηγὸς πάντων, *sator omnium.*

(10) Solius cœli καὶ τῶν οὐρανίων dominum, reliquorum incuriosum credebant, qualis vulgo ignotus Grughumo Africanorum in Leone Afric. (nos alibi plenius de illo), vel Βαλσάμης Phœnicum in Philonis Bybliensis fragmentis (apud Euseb. *Præp. Evang.* I ; de quo ingeniosissime ὁ μακαρίτης Scaliger : Τοῦτον γὰρ θεὸν ἐνόμιζον μόνου οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, בעל שמים, dominus cœlorum : epithetum quod sæpissime Deo Judæi tribuunt, ut Esr. c. VI : לאלה שמיא. Unde et forte cœli numen adorare dicti : *Nil præter nubes et cœli numen adorant* (Juven. XIV, 97). Non pertendimus tamen neque Arabibus aliquid illius fermenti inhæsisse, quia frequentissima illis hæc jurandi formula per C cœli Deum vel Dominum. Cæterum illas nugas habebant in libro quem Gigantæum vocabant, Γιγάντειον Photio (*Bibl.* cod. 85) ; forte et ex evangeliis suis quæ κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον habuerunt : Leont. *De Sectis* (p. 432).

(11) Τῶν ἐγκοσμίων τὸ κράτος Satanæ tribuebant quem ἄρχοντα τῶν ἐπιγείων, κόσμου κράτορα et κοσμοκράτορα vocabant impie prorsus illi, sed sancti Patres pie. Œcumen. in Epist. I Joannis (c. II, 15) : Τούτου δὲ τοῦ κόσμου πατὴρ ὁ διάβολος, τῆς κοσμικῆς φημι ἡδυπαθείας καὶ συγχύσεως. Aliique sine numero. Damascenus pariter et Athanasius κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου δαίμονας vocant, diversa prorsus a Manichæis ratione, sed magi diversissima, apud quos septem κοσμοκράτορες δαίμονες sunt. Liber nugicanoricrepus et fictus, *Testamentum Salomonis* ms. : Καὶ ἐκέλευσα παρεῖναί μοι ἕτερον δαίμονα, καὶ εἰσῆλθοσαν πνεύματα συνδεδεμένα, εὔμορφα τῷ εἴδει. D Κἀγὼ Σαλομὼν ταῦτα ἐθαύμασα, καὶ ἐπηρώτησα λέγων· Καὶ ὑμεῖς τίνες ἐστέ; οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ καὶ εἶπον· Ἡμεῖς ἐσμεν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα, οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, Ἀπάτη, Ἔρις, Κλώθων, Ζάλη, Πλάνη Δύναμις, etc.

(12) Ex *Iliad.* O, 187 :

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου ἐσμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥείη,
Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων·
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς

Loquacissimus interpres Eustathius τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου, τὸ συνέχον αἴτιον τὴν θάλασσαν, τὸν ὑπὸ γῆν ἀέρα, somniat.

λήλοις ὁμόφρονες· τὸ δ' ἐντεῦθεν τριχῇ ταῖς γνώμαις διίστανται. Οἱ μὲν γὰρ τούτων νέμουσιν ἀμφοῖν τοῖν υἱοῖν τὸ σέβας (κἂν γὰρ πρὸς ἀλλήλους διαφέρεσθαι φῶσι νῦν, ἀλλ' ὅμως ἄμφω σεβαστέον ὡς ἐκ πατρὸς ἑνὸς καταλλαγησομένους ἐπὶ τοῦ μέλλοντος)· οἱ δὲ θατέρῳ τῷ νεωτέρῳ λατρεύουσιν, ὡς τῆς κρείττονος καὶ ὑπερκειμένης μερίδος κατάρχοντι· τὸν πρεσβύτερον οὐκ ἀτιμάζοντες μὲν, φυλαττόμενοι δ' αὐτὸν ὡς κακοποιῆσαι δυνάμενον. Οἱ δὲ χείρους αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν τοῦ μὲν οὐρανίου διϊστῶσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ πᾶν, αὐτὸν δὲ μόνον τὸν ἐπίγειον Σαταναὴλ (13) ἐνστερνίζονται. Τῶν τε ὀνομάτων τοῖς εὐφημοτέροις ἀποσεμνύνοντες πρωτότοκον τὸν ἀλλότριον ἐκ πατρὸς καλοῦσι, φυτῶν τε καὶ ζώων καὶ τῶν λοιπῶν συνθέτων δημιουργὸν τὸν φθοροποιὸν καὶ ὀλέθριον. Ἀποθεραπεύειν δ' αὐτὸν καὶ μᾶλλον ἔτι βουλόμενοι, φεῦ! ὁπόσα παροινοῦσιν εἰς τὸν οὐράνιον. φθονερόν τε λέγοντες εἶναι, τἀδελφῷ παραλόγως διαφθονούμενον εὖ διακοσμοῦντι τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ φθόνῳ τυφόμενον σεισμοὺς (14) καὶ χαλάζας (15) καὶ λοιμοὺς ἐπάγειν. Διὸ καὶ ἐπαρῶνται αὐτῷ ἄλλα τε καὶ τὸ παλαμναῖον ἀνάθεμα (16).

A consentiunt, in ea vero quæ consequitur, trifariam sententiis differunt. Eorum enim alii utrique filio cultum divinum deferunt (quamvis enim dissidere nunc alterum ab altero dicant, ambos tamen adorandos asserunt, quippe qui ab uno patre procedentes olim sint in gratiam redituri); alii autem alterum illum venerantur, tanquam melioris et supramundanæ regionis moderatorem; seniorem interim honore suo nequaquam dedignantes, ita tamen ut ab ipso sibi caveant, tanquam eo qui nocere possit. Cæterum qui maxima inter eos impietate laborant, cœlestis illius cultu se prorsus abdicant, terrestremque solum Satanael pectorum suorum penetralibus induunt: quem insignioribus nominibus venerantes, Primogenitum eum, qui a B Patre alienus est, appellant, plantarum omnium, animalium et cæterorum compositorum corporum creatorem, eum qui corruptionis perniciei auctor est. Quem ut majore etiam honore cultuque prosequantur, Dii boni, quod contumeliis cœlestem illum lacessunt! quem invidum esse fratri dicunt: quippe qui nefando eum odio prosequatur, a quo terrestria recte administrentur: qui etiam invidiæ fastu elatus terræmotum, grandinem et famem inducat. Proinde cum alia ipsi imprecantur, tum et exsecrandum illud anathema.

—

CAPUT III.

Quare Satanael Dei filius ab Euchitis dicatur. Hæreseon origo a Satana. Quam cæci menteque capti sint hæretici, qui dæmonis illusiones non deprehendant.

ΤΙΜΟΘ. Τίσι δὲ λόγοις, ὦ Θρᾷξ, πεπείκασιν ἑαυτοὺς τὸν Σαταναὴλ υἱὸν Θεοῦ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν, τῶν τε προφητικῶν καὶ θείων χρησμῶν ἕνα Υἱὸν πανταχοῦ λεγόντων, τοῦ τε ἐπιστηθίου (17) κατὰ τὰ ἄχραντα Εὐαγγέλια κεκραγότος περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· καὶ αὖ, ὁ Μονογενὴς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἐξηγήσατο. Πόθεν οὖν αὐτοῖς ἐπῆλθεν ἡ τοσαύτη πλάνη,

ΘΡΑΞ. Πόθεν ἄλλοθεν, ὦ Τιμόθεε, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ ψεύδους ἄρχων ταῦτα περιαυτολογῶν τῶν ἀνοή-

TIMOTH. Quibus rationibus, o Thrax, adducuntur Euchitæ, ut Satanael filium Dei esse credant, et dicant propheticis divinisque oraculis unum ubique Filium astruentibus, sanctoque illo, qui supra pectus Domini recubuit, in sacris Evangeliis C clamante de Deo et verbo, *Gloriam quasi unigeniti a Patre*[1]; et iterum, *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit*[2]? Unde igitur in tantum errorem impegerunt?

THRAX. Undenam, o Timothee, nisi quia mendacii princeps hæc ex seipso confingens, vecor-

[1] Joan. I, 14.

GAULMINI NOTÆ.

(13) Inde Sataniani dicti Nicetæ in *Thesauro orth. fid.* a numinis sui cultu, cui et tribuebant τινὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς Γραφῆς· Leont. p. 432 *De sect.* Nec soli coluere. Ophitæ in Philastr. init. Hodie Calecutensium Deumus notissimus ex Ludov. Vartom. (v, c. 2). Nec alios exscribo. — Tollius *Insign. it. Ital.*, p. 107, ait esse pro Σαταvᾶν, insuper monens errare Psellum, quod Euchitis originem sectæ a Manete repetat, cum hæ sectæ initio longe diversæ fuerint, sed postea in unum confluxerint, salva tamen sententiarum seu dogmatum diversitate. EDIT.

(14) Σεισμοὺς immittit, sed per ἀγγέλους σεισμῶν, ut credebant illi siderati, quos magi quinque esse agnoscunt, puto, ob quinque σεισμῶν εἴδη, quia sunt ἐπικλινίαι, βράσται, ῥῆκται, σεισταὶ, ἰζηματίαι. Astrologus man. plura disserit. Inde et veteribus Persarum, si nebuloni Græculo adhibenda fides est, οἱ μάγοι τῶν σεισμῶν.

(15) Ἀγγέλους χαλάζης inde nugantur magi; quos primi Babylonii commenti sunt. Sed et μάγους χαλάζης habuerunt. Docuerat Jamblicus ἐν Βαβυλωνικοῖς. Photius (*Bibl.* cod. 94, p. 241), ex illo: Καὶ μάγον μυῶν, ἐξ οὗ καλεῖσθαι καὶ τὰ μυστήρια D ἀπὸ τῶν μυῶν· πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν· καὶ μάγον δὲ λέγει χαλάζης. Mox ab illis Græci magicas χαλαζῶν ἐκχύσεως καταστολὰς καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλαττίων ἀπευδιασμοὺς didicerunt: Malch. et Jambl. in Vita Pythag. Pariter λοιμων ἀποπροπαὶ notiores sunt, quam ut debeant illini huic chartæ.

(16) Proverbialis loquendi formula, ἐπαρᾶται ἀνάθεμα, quam alibi observamus. Glossar. Reg. ineditum (ἐκλογὴν κατὰ στοιχεῖον vocant): Χάρμα, κατάρα. Prorsus τὸ χάρμα Syriacum est חרמא *charma*. Nemo sanæ mentis dubitabit.

(17) Ὁ Ἐπιστήθιος est discipulus ille quem diligebat Jesus; ut ὁ Θεόπτης, Moses; οἱ Ἀνάργυροι. Cosmas et Damianus (*Jus. Gr. Rom.* περὶ ἡμεραπράκτ.).

dium illorum mentes fascinat. Qui enim thronum se nubibus impositurum gloriatur. Altissimoque similem futurum prædicat, eaque de causa dejectus est in tenebras, is ipse illis apparens, seipsum primogenitum Dei esse ait, atque terrestrium omnium creatorem, qui pro animi arbitrio quæ in mundo sunt omnia susque deque ferat : atque hoc pacto in uniuscujusque cogitationem penetrans fucum dementibus facit, qui cum arrogantiæ mendaciique auctorem esse sibi persuadere, atque vana omnia insolentius efferentem ludibrio habere deberent, non ita faciunt, sed in omnibus ei fidem habent, aguntur que naribus tanquam boves : atqui poterant eum non ita multo post mendacii convincere. Si enim ab eo petiissent, ut jactabunda illa promissionum lenocinia factis exhiberet, nihil aliud eum esse deprehendissent, quam asinum Cumanum leonis pelle amictum, quem rugire conantem rugitus coarguisset. Nunc autem velut oculis capti audituque privati, nec sane mentis compotes, nec eorum quæ sunt cognatione adducti, unum esse Creatorem vident, nec idipsum attestantes Scripturas [3] audiunt, nec ad rationis examen explorant, si duo eorum quæ sunt diversi creatores essent, haud unum fore ordinem illum conjunctionemque, quibus omnia colligantur atque connectuntur. Atqui asini quidem et boves, attestante propheta [4], nec præsepe, nec dominum suum ignorant, hi autem Domino suo longum valere jusso, eum sibi deum elegerunt, qui creaturarum omnium abjectissimus et despicatissimus est, seque adeo ipsos pyraustæ, ut proverbio fertur, in ignem præcipitant, qui jam olim et ipsi et coapostatis, hoc est defectionis ejus consortibus, præparatus est [5].

(68) Terræ canes veteribus magorum ex magistro Zoroastre: Ἐκ δ' ἄρα (*Orac. Chald.* p. 21) κόλπων γαίης θρώσκουσ' οὔ ποτ' ἀληθὲς Σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύντες. A magis accepere philosophi. Prorsus hunc locum habuit in mente Proclus, cum scriberet in Hesiodum: Εἰκότως εἰς τὸν ὑποχθόνιον τόπον καταδύντες, ἐν ᾧ τὸ ἄτακτον συνέωσται τοῦ κόσμου, καὶ τὸ θηροφανὲς τῶν δαιμόνων γένος, οὓς κύνας εἴωθε τὰ λόγια καλεῖν. Κυνώδη φάσματα, quæ τελουμένοις apparebant, notissima sunt. Ab utrisque Christiani acceptum usurparunt. Illustris locus in Athanasio in Vita Antonii (§ 42): Ὁ μὲν οὖν ἐχθρὸς (διάβολος) μετὰ τῶν ἑαυτοῦ κυνῶν τοσαύτας ἔχει τὰς πανουργίας.

(69) Ultimus mundus Chaldæorum dictus fuit μισοφαής. Psellus *Expos. Chald. dogm.* init.: Ὁ ἔσχατος (τῶν σωματικῶν κόσμων) χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαὴς ὅς ἐστιν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος.

(70) Curabantur hora diei decima cum oleo et aqua. Apollon. Mathem. ἐν νυχθημέρῳ magico ms.: X hora scilicet, ἐν ᾗ ἐνουσιν (*lege* αἰνοῦσιν) τὰ ὕδατα (τὸν Θεὸν δηλονότι), καὶ πνεῦμα Θεοῦ καταβαῖνον ἐπιπολάζει αὐτοῖς καὶ ἁγιάζει αὐτά· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἦν, ἔβλαπτον ἂν οἱ πονηροὶ δαίμονες ἀνθρώπους. Ἐτ ταύτῃ ἐὰν ἄνθρωπος ἄρῃ τὸ ὕδωρ, καὶ μίξῃ μετὰ τοῦ ἐλαίου, πᾶν ἰᾶται καὶ δαιμονῶντας καθαίρει καὶ δαίμονας ἀπελαύνει. Nugæ. At illud πνεῦμα Θεοῦ ex illo est (*Gen.* I, 2): ורוח אלהים מרחפת על פני המים: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.*

(71) Et solvit hoc dubium Theodor. Abucara, Carum episcopus, quem Turriano debemus: Οὐχ οὕτως λέγομεν τύριον ἡμῶν γεγονέναι τὸν διάβολον, ὡς βίᾳ κρατοῦντα παντελῶς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι, ἀσθενήσαντες διὰ τῆς ἁμαρτίας, λοιπὸν, ὡς νοσεροὶ, καὶ εὐχείρωτοι τῷ διαβόλῳ γεγόναμεν, ῥᾳδίως καὶ εὐχερῶς εἰς τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ ἡδονὰς ἐναγόμενοι. Ista sanæ et veræ theologiæ congruunt.

faciant. Phantasticum enim seu imaginativum quo præditi sumus, spiritum subeuntes, utpote spiritus et ipsi, nescio quos affectuum voluptatumque sermones insusurrant, non quod voces aerem ferientes et sonoras emittant, sed susurros quosdam, quibus verba sua suggerunt. At fieri nequit, inquam, ut verba sine voce proferant. Fieri, inquit ille, potest, si hoc apud te reputes, Ei nimirum, qui loquitur, si sit eminus, elatiore vociferatione opus esse; qui cominus, in audientis aurem sensim quæ vult insusurrat. Quod si animæ quoque spiritum subire posset, nullo ei susurro esset opus, at sermo quicunque tandem allubesceret, tacita quadam via sine ullo strepitu ad locum sibi destinatum perveniret: quod animis etiam egressis a corporibus inesse aiunt: si quidem et ipsi inter se citra strepitum colloquuntur. Eodem prorsus modo ipsi quoque dæmones nobiscum clam confabulantur, ita ut ne sentiamus quidem undenam bellum nobis ingruat. Nec est quod super hac re quidquam addubites, si quid in aere accidat animadvertas. Quemadmodum enim sole lucente hic varios colores et formas assumit, atque in corpora eorum capacia transmittit, ut in speculis videre est: sic etiam dæmonia figuras et colores et quascunque voluerint formas assumentia, eas in animalem spiritum nostrum trajiciunt, eoque pacto multa nobis negotia facessunt, dum consilia suggerunt, formas subindicant, voluptatum memoriam refricant, et affectuum idola simulacrave subinde nobis, tam vigilantibus quam dormientibus, excitant, imo etiam membra ventri subjecta titillationibus et illecebris demulcent, atque in vesanos et exsecrandos amores succendunt et inflammant; tumque maxime, si calores humidos, nobis a natura insitos, cooperatores habeant. Atque hunc quidem in modum dæmones hi, assumpta Orci galea, hominum animas miro artificio miraque versutia conturbant. Reliqua vero dæmonum genera insulsa, ne micam quidem salis habent, neque tumultuari norunt: molesta sunt tamen, et valde abominanda, Charonæique spiritus more lædunt. Quemadmodum enim fertur ille corrumpere quidquid admotum fuerit, sive sit quadrupes, sive homo, sive

A μνησιν ἄγοντες. Τῷ γὰρ ἐν ἡμῖν φανταστικῷ συνεγγίζοντες πνεύματι, πνεύματα καὶ αὐτοί γε ὄντες τοὺς τῶν παθῶν καὶ τῶν ἡδονῶν ἐνηχοῦσι λόγους, οἱ φωνὰς ἀφιέντες τὰς μετὰ πληγῶν καὶ ψόφων, ἀλλ' ἀψόφως τοὺς παρ' ἑαυτῶν ἐνιέντες λόγους. Ἄπορον, ἔφην, ἄνευ φωνῶν ἐνιέναι λόγους. Οὐκ ἄπορον, ἧ δ' ὅς, ἢν ἐκεῖνο ἐνθυμηθῇς, ὡς ὁ λέγων, πόῤῥωθεν μὲν ὢν, ἰσχυροτέρας δεῖται κραυγῆς, ἀγχοῦ δὲ γενόμενος, εἰς τὸ τοῦ ἀκούοντος οὖς ψιθυρίζων ὑποφωνεῖ· καὶ, εἰ ἐνῆν αὐτῷ συνεγγίσαι πνεύματι τῆς ψυχῆς, οὐδενὸς ἂν ἐδεήθη ψόφου, ἀλλ' ἦν ὁ κατὰ βούλησιν λόγος ἀψόφῳ κελεύθῳ πρὸς τὸ δεχόμενον ἐγγινόμενος. Ὅ φασι κἀν ταῖς ψυχαῖς ταῖς ἐξιούσαις τῶν σωμάτων εἶναι· καὶ γὰρ καὶ ταύτας ἀπλήκτως ὁμιλεῖν ἀλλήλαις (72). Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ B δαίμονες ποιοῦνται τὴν ὁμιλίαν λανθάνοντες, ὡς μήθ' ὁπόθεν ἡμῖν ἐστιν ὁ πόλεμος συναισθάνεσθαι. Καὶ οὐ χρή σε περὶ τούτου διαπορεῖν, τὸ περὶ τὸν ἀέρα συμβαῖνον κατὰ νοῦν λαβόντα. Καθάπερ γὰρ ἀκτῖνος οὔσης, οὑτοσὶ, χρώματα καὶ μορφὰς λαμβάνων, εἰς τὰ πεφυκότα δέχεσθαι διαδίδωσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἐνόπτρων ὁρᾷν ἔστιν· οὕτω δὴ καὶ τὰ δαιμόνια σώματα παρὰ τῆς ἐν αὐτοῖς φανταστικῆς οὐσίας δεχόμενα καὶ σχήματα καὶ χρώματα, καὶ ὁποίας ἂν αὐτοὶ βούλωνται (73) μορφὰς, εἰς τὸ ψυχικὸν καὶ ἡμέτερον πνεῦμα ταῦτα διαπορθμεύουσι, καὶ πολλὰ ἡμῖν ἐντεῦθεν παρέχουσι πράγματα, βουλὰς ὑποτιθέντες, μορφὰς ὑποδεικνύντες, ἀνακενοῦντες μνήμας ἡδονῶν, εἴδωλα παθῶν, θαμὰ παρενοχλοῦντες ἐγρηγορόσι τε καὶ καθεύδουσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ὑπογάστρια (74) γαργαλισμοῖς ἐριθίζοντες (75), C εἰς ἐμμανεῖς καὶ παρανόμους ἔρωτας ὑποθήγουσι, καὶ μάλιστα ἤν γε καὶ τὰς ἐν ἡμῖν ἐνθέρμους ὑγρότητας λάβωσι συνεργούς. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὗτοι, τὴν ἀΐδος ὑποδύντες κυνέην (76), ἐπιταράττουσι τὰς ψυχὰς σὺν τέχνῃ καὶ μάλα σοφιστικῶς· τὰ δ' ἄλλα δαιμόνων γένη σοφὸν μὲν οἶδεν οὐδὲν, οὐδὲ ῥᾳδιουργεῖν ἐπίσταται, χαλεπὰ μέντοι καὶ δεινῶς ἐστιν εἰδεχθῆ καὶ τὸν χαρωνείου πνεύματος (77) τρόπον βλάπτοντα. Καθάπερ γάρ φασι διαφθείρειν τοῦτο πᾶν τὸ προσπελάζον, κἂν τετράπουν, κἂν ἄνθρωπος, κἂν πτηνόν ἐστι· κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὰ δυσάντητα ταῦτα δαιμόνια λυμαίνεται δεινῶς οἷς ἂν εἰσπεσόντα τύχῃ, δονοῦντα τε καὶ σώματα καὶ ψυχὰς, καὶ τὰς

GAULMINI NOTÆ.

(72) Vide quæ Tzetzes ad Lycophr. solens nugatur de illis animarum inter se, quæ exaudiebantur, colloquiis.

(73) Negant magi; imo secundum sidus suum cuique proprias formas asserunt. Has vide, aut potius ne vide, in sacerrimo tenebrione, qui, apud Beringos fratres fictitios editus, prodiit.

(74) Olympiodor.: τὰ ὑπογάστρια πάθη ἀνακινεῖται. Hi sunt qui φίλτρα, vel ἀγώγιμα, ut loquitur Epiphanius, curant. Magi σωτῆρας ἀγάπης vocant. Stultissimus Græculus, Οἱ τῆς ἀγάπης σωτῆρες, παραστήσατέ μοι τὴν ἐρωμένην. Καὶ εὐθέως παράστήσουσιν αὐτὴν κρούουσαν τὴν θύραν, καὶ λέγουσαν, Ἄνοιξον.

(75) Accepit ab Athanasio, apud quem πνεῦμα πορνείας sic loquitur: Ἐγὼ τὰ εἰς γαργαλισμοὺς κατὰ τῶν νέων ἀνεδεξάμην, καὶ πνεῦμα πορνείας κέκλημαι. Idem antea γαργαλίζειν dixit, quod D Psellus γαργαλισμοῖς ἐρεθίζειν.

(76) Ταύτην ἔχων (ἄϊδος κυνέην), αὐτὸς μὲν οὓς ἤθελεν ἔβλεπεν, ὑπὸ ἄλλων δὲ οὐχ ἑωρᾶτο· Apollodor. lib. II. Utitur Eustathius man. καθ' ὕσμ. καὶ ὑσμίν. Πρὸς τοὺς ἐπικρύπτοντας ἑαυτοὺς διὰ τινῶν μηχανημάτων, ut alii omnes. Homeri interpretes somniant [*ad Il.* E 845] ἀθάνατον τι νέφος, ὃ περιβάλλονται οἱ θεοὶ, ὅταν θέλωσιν ἀλλήλοις μὴ γινώσκεσθαι.

(77) Deerat πνεύματος in meo; sed reposui ex Morelliano. Photius in Isidori Vita ex Damascio (*Bibl.* cod. 242). Καταβάσιον ὑπέκειτο θανασίμους πνοὰς παρεχόμενον. Ecce τὸ χαρώνειον in Apollinis fano Hierapoli. Illa nota sunt; ut et fuisse νομοφυλακίου θύραν, δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θανάτου ἐξήγοντο: unde et χαρώνειος θύρα in Zenobio (6, 41) et Diogeniano (8, 68). Adagium vulgare.

κατὰ φύσιν ἕξεις ἐκτρέποντα, ἔστι δ' οὗ καὶ προσαπολλύντα πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ κρημνῷ, μὴ μόνον ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ἔνια ζώων.

A volucris, eodem prorsus modo terrifica quoque hujusmodi dæmonia gravibus damnis eos afficiunt, in quoscunque tandem inciderint, quippe quæ corporibus et animis noceant : habitusque naturales evertant, nonnunquam etiam igne, aqua et præcipitio, non solum homines, verum etiam animalia nonnulla perimant.

—

CAPUT XIII.

Quare dæmones in bruta animalia non secus atque in homines insiliant, obiterque de subterranei dæmonii lucifugique, quod mutum et surdum dicitur, energia et exorcismo.

ΤΙΜΟΘ. Τί δὲ, ἦν, βούλεται τούτοις τὸ καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐπεισπίπτειν ζώοις; καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Γέργεσαν περὶ χοίρους γεγονέναι τοῦτο τὰ ἄχραντα διδάσκουσι λόγια. Πολέμια μὲν οὖν ἀνθρώποις ὄντα κακοῦν αὐτοὺς οὐδέν ἐστι θαυμαστόν· τοῦ δὲ καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐπεισπίπτειν ζώοις, τίς ὁ λόγος;

ΘΡΑΞ. Καὶ ὁ Μάρκος, Οὐ διὰ μῖσος, εἶπεν, οὐδὲ τῷ βούλεσθαι κακοῦν, εἰς ἔνια τῶν ζώων ἐφάλλεται, ἀλλ' ἐφιέμενα ζωώδους θερμότητος. Τοῖς γὰρ μυχαιτάτοις τόποις συνδιαιτώμενα, ψυχροῖς ἐσχάτως καὶ ἀνίκμοις οὖσι, πολλῆς πληροῦται τῆς ἐκεῖθεν ἐμψύξεως, ὑφ' ἧς πιλούμενα καὶ θλιβόμενα νοτερᾶς ἐρᾷ καὶ ζωώδους θέρμης· καὶ, ἵν' ἀπολαύσῃ ταύτης, καὶ ἀλόγοις ζώοις ἐνσκήπτει, καὶ ἐπὶ βαλανεῖα (78) καὶ βόθρους (79) ἵευαι. Τὴν γὰρ τοῦ πυρὸς καὶ τὴν ἡλιακὴν, ὡς καυστικὰς καὶ ξηραινούσας, ἀποστρέφεται· τὴν δὲ τῶν ζώων, ὡς σύμμετρον καὶ μεθ' ὑγρότητος ἡδείας, ἀσπάζεται, καὶ μάλιστα τὴν τῶν ἀνθρώπων, ὅσον καὶ εὔκρατον. Εἰς οὓς εἰσκρινόμενα κλόνον οὐ μέτριον ἀπεργάζεται, τῶν πόρων μὲν ἐν οἷς ἐνίδρυται τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικὸν κληρουμένων, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν ἐν αὐτοῖς σωμάτων παχύτητος στενουμένου τε καὶ διωθουμένου τοῦ πνεύματος· ἐξ οὗ συμβαίνει κραδαίνεσθαί τε τὰ σώματα καὶ τὰς ἡγεμονικὰς δυνάμεις κακοπραγεῖν, ἐμπλήκτους τε τὰς κινήσεις ἀποτελεῖσθαι καὶ πλημμελεῖς. Κἂν μὲν τῶν ὑποχθονίων ὁ ἐνσκήψας ᾖ, κραδαίνει καὶ περιφθείρει τὸν κατεχόμενον, καὶ φθέγγεται δι' αὐτοῦ (80), καθάπερ ἰδίῳ χρώμενος ὀργάνῳ τῷ τοῦ πάσχοντος πνεύματι. Εἰ δέ τις τῶν λεγομένων μισοφαῶν ἐπεισφρήσας λάθοι, πάρεσιν ἐπάγει καὶ φωνὴν ἐπέχει, καὶ ὅλως τὸν ἁλόντα νεκρῷ παραπλήσιον ἀπεργάζεται· τουτὶ γὰρ τὸ γένος, ὡς ἐν δαίμοσιν ἔσχατον ὄν, γεωδέστερόν ἐστι, ψυχρόν τε καὶ

TIMOTH. Quid autem eo sibi volunt, quod in bruta quoque animantia irruant? Siquidem id apud Gergesam in porcos accidisse sacræ testantur litteræ[11]. Quia certe hominibus hostiliter adversantur, idcirco mirum non est, quod eis malefaciant : quanam vero ratione moveantur, ut in bruta etiam B animantia impetum faciant?

THRAX. Marcus ad hæc ita respondebat, Dæmones, inquiens, non idcirco impetum in animalia nonnulla faciunt, quia ullo ea odio prosequantur, aut quia eis nocere velint, sed quia mirum in modum animali calore capiantur. Nam cum in profundissimis locis versentur, quæ frigida extreme siccaque sunt, fit ut multum frigiditatis inde sibi contrahant, qua quidem contracti atque afflicti, humidum et animalem calorem appetunt, quo ut potiantur, in bruta quoque animalia insiliunt, et in balnea concavaque loca penetrant. Ignis enim solisque calorem, quia urit et exsiccat, aversantur; animalem vero tamquam humiditate temperatum, libenter amplexantur, maximeque hominum congruum quidem illum et temperatum, in quos in- C fusi dici non potest quantum tumultum excitent, puris nimirum, quibus spiritus animalis inhæret, oppletis, spirituque, præ corporum, quibus præditi sunt, crassitudine, velut in angustias redacto, et compresso : ex quo fit, ut et corpora concutiantur, eorumque præcipuæ facultates male afficiantur motusque obtusiores fiant et hebetiores. Quod si dæmon irruens ex subterraneorum genere sit, hominem possessum concutit et distorquet, atque per eum loquitur, spiritu patientis utens, non secus atque proprio quodam instrumento. Si quis autem eorum, qui lucifugi dicuntur, clam irrepserit, relaxationem seu remissionem inducit, vocem

[11] Matth. VIII.

GAULMINI NOTÆ.

(78) Dæmones balneares καὶ βλάπτοντες inter paganos. Eunap. in Porphyrio : Φησὶ δὲ καὶ δαιμόνων τινὰ φύσιν ἀπὸ λουτροῦ τινος διῶξαι καὶ ἐκβαλεῖν· Καυσάντα τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι. Inter Christianos etiam, qui sæpius illos e pluribus balneis ejecere. Gregorius Nyssen. in Vita Greg. Thaumaturgi : Ἑσπέρας δὲ, τῆς πόλεως ἐντὸς γεγονὼς καὶ κοπώδης ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, λουτρῷ θεραπεῦσαι τὸν κόπον ἀναγκαῖαν ᾠήθη· ἐπεκράτει δὲ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον δαίμων ἀνθρωποκτόνος, ἐπιχωριάζων τῷ λουτρῷ· οὗ ἡ φθοροποιὸς δύναμις ἐνεργὴς μετὰ τὸ σκότος κατὰ τῶν προσεγγιζόντων ἐγίνετο· καὶ τούτου χάριν ἄβατον ἦν μετὰ τὰς τοῦ ἡλίου δυσμὰς τὸ λουτρὸν ἐκεῖνο καὶ ἀνενέργητον.

(79) Maxime περὶ ὑποχθονίων. Inde illis procuratæ in fossis devotiones : βόθρον πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα (*Odyss.* K, 517), καὶ ἔντομα μήλων) Apollon. Rhod. I, 587, ubi schol. : οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις. Exspectes eadem a summo minimoque.

(80) Per os, an per ventrem? ut εὐρυκλεῖς vel ἐγγαστρίμυθοι, quos vocabant σακρούρας Babylonii. Jamblichus in Βαουλωνικοῖς apud Photium (*Bibl.* c. 94, p. 241) : καὶ ἐγγαστρίμυθον, ὃν καὶ φησιν ὡς Ἕλληνες μὲν εὐρυκλέα λέγουσι, Βαβυλώνιοι δὲ σακρούραν. Σακχούρα est μαινομένη, κάτοχος, μεθύουσα, deo plena, ebria vates שכרה, alias Hebræis בעלת אוב.

reprimit, et eum quem invasit mortuo prorsus assimilem efficit. Hoc enim genus, tanquam dæmonum extremum, magis terrenum est, summeque frigidum et siccum : et quemcunque clam invaserit, omnem in eo facultatem naturalem hebetat et obtundit. Quia vero rationis expers est, omnique intelligendi et perspiciendi vi et acumine caret, phantasiaque seu imaginatione rationis experte regitur, ut ea quæ ex animalibus efferatiora sunt, eo fit, ut increpationem minime timeat, eaque de causa merito a plerisque mutum et surdum appellatur. Nec fieri potest, ut eorum qui ab eo correpti sint ullus alio modo liberetur, quam divina potentia, quæ oratione atquę jejunio conciliatur.

A ξηρὸν ἐσχάτως, καὶ ὅτῳ ἂν εἰσπέσῃ λαθὸν, πᾶσαν δύναμιν ψυχικὴν ἀμβλύνει καὶ ἀμαυροῖ· ἀλόγιστον δὲ ὂν καὶ πάσης νοερᾶς θεωρίας ἀπολειπόμενον, ἀλόγῳ τε διοικούμενον φαντασίᾳ, καθάπερ τῶν θηρίων τὰ δυσμαθέστερα, οὐ λόγων κατακούει, οὐκ ἐπιτίμησιν δέδοικεν, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ πολλοῖς εὐλόγως ἄλαλον καὶ κωρὸν (81) καλεῖται. Καὶ τῶν ἁλόντων τις οὐκ ἂο ἄλλως ἀπαλλάττοιτο, εἰ μὴ παρὰ δυνάμεως θείας προσευχῇ καὶ νηστείᾳ προσγινομένης (82).

—

CAPUT XIV.

Contra medicos, energias seu operationes dæmonnm haudquaquam a corruptis humoribus procedere, ut lethargus solet, etc.

At, o Marce, inquam, alia quædam his diversa medici nobis persuadere conantur, dum hujusmodi affectus a dæmonibus procedere negant, sed potius ab humoribus, articulis et spiritibus male affectis, verbi gratia, pharmacis et diætis, seu quibusdam vivendi legibus, non autem epodis seu incantationibus et expiationibus eos curare nituntur. Nec vero mirum est, Marcus ait, quod hæc dicant medici, qui præter illa quæ sensus percipiuntur, nihil norunt, sed solis corporibus attendunt. Cæterum hæc merito a male affectis humoribus procedere censeantur, gravedines, lethargi, atræ biles, phreneses seu deliria : quæ quidem curant illi et tollunt, vel exhauriendis evacuandisque humoribus, vel corporis vacui repletionibus. Enthusiasmos autem, insanias et catochas seu spiritus immundos, quibus qui correptus est et detentus, nihil

B 'Αλλ', ὦ Μάρκε, εἶπον, ἕτερ' ἄττα (83) πείθουσιν ἡμᾶς φρονεῖν ἰατρῶν παῖδες, οὐ δαιμόνων ἔκγονα τὰ πάθη ταῦτα λέγοντες εἶναι, χυμῶν δὲ καὶ αὐχμῶν καὶ πνευμάτων μοχθηρῶς ἐχόντων. 'Αμέλει φαρμάκοις καὶ διαιτήμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐπῳδαῖς (84) καὶ καθαρμοῖς ταῦτα θεραπεύειν ἀποπειρῶνται. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἦ δ' ὅς, ὁ Μάρκος, εἰ ταῦτα λέγοιεν οἱ ἰατροὶ, μηδὲν εἰδότες ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' εἰς μόνα τὰ σώματα παρακύπτοντες (85). Πλὴν ἐκεῖνα καλῶς εἶχεν οἴεσθαι μοχθηρῶν ἔγκονα χυμῶν, κάρους, κώματα, μελαγχολίας, φρενίτιδας, ἃ καὶ παύουσιν ἐπαντλοῦντες ἢ κενοῦντες ἢ ἐπιπλάττοντες (86)· ἐνθοτσιασμοὺς δὲ καὶ μανίας καὶ κατοχὰς, ἐν οἷς ὁ μὲν ἁλοὺς οὐδέν ἐστιν οἷός τε ἐνεργεῖν (87) οὔτε κατὰ νοῦν καὶ λόγον, οὔτε κατὰ φαν-
C τασίαν καὶ αἴσθησιν, ἕτερον δέ ἐστι τὸ κινοῦν καὶ ἄγον, λέγον τε ἅπερ ὁ ληφθεὶς οὐκ (88) οἶδε καί τι

GAULMINI NOTÆ.

(81) Hoc genus est quod θηροφανές vocant theurgi : Proclus ad Hesiodum. De illo satis superque viri docti.

(82) Docet, post Christum (*Matth.* XVII, 21), Antonius in Athanasio (*Vita Antonii*, § 23) : Εὐχαῖς γὰρ καὶ νηστείαις καὶ τῇ ἐπὶ τὸν Κύριον πίστει πίπτουσιν εὐθὺς ἐκεῖνοι. Minucius Felix c. 27 : « A nobis tormentis verborum et orationis incendiis de corporibus exiguntur (dæmones). »

(83) Facile fuit reponere ἕτερ' ἄττα. Vide quæ de ἄττα doctissimus Maussac. ad Harpocr. [voce αττα] notavit, quo in auctore immane quantum supra omnes vidit.

(84) Μέλη πρὸς νόσους σωμάτων παιώνια vocat Malchus in Pythagora (*imo Porphyr.* p. 37) ; ἐπῳδὰς πρὸς τὰ ἀῤῥωστήματα Jamblichus (*Vita Pythag.* p. 139). De illis nemo non dixit.

(85) Injurie contra medicos. Quasi hoc dicit Latine extulisset Persius : « Curvæ in terras animæ et cœlestium inanes. » Philosophis esset σωματοῦν τὴν ψυχὴν, cum εἰς μόνα τὰ σώματα παρακύπτει · Porphyr. (*De abst.* I, 34) ; quod alias dicebant ἀνάβασιν καὶ κατάβασιν ψυχῆς, Θεὸν ἢ θῆρα γενέσθαι · Pythag. : πτεροφυΐαν ἢ πτεροῤῥοιαν Æneas Gaz. in Theophr. Sed hujus loci illa non sunt.

(86) Verba quæ medicorum filii norunt ; etiam ἐπιπλάττοντες καὶ ἐπιπλάττειν. Tamen malo ἐπιπάσσοντες · φάρμακα χριστὰ ἢ ἐπίπαστα. Theocriti scholiastes (*ad* XI, 2) ; Φαρμάκων τὰ μέν εἰσι χριστὰ, ἤγουν ἅπερ χριόμεθα εἰς θεραπείαν, τὰ δὲ ποτὰ, ἤγουν ἅπερ πίνομεν · τὰ δὲ ἐπίπαστα, ἤγουν ἅπερ ἐπιπάττομεν. Corruptus est turpiter in hac voce Æschylus in Προμ. δεσμ. (v. 487) : Τὸ μὲν μέγιστον · εἴ τις εἰς νόσον πέσοι, Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὐδὲ βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστόν · ἀλλὰ φαρμάκου Χρείᾳ κατεσκέλλοντο. Prorsus legendum est. οὐ χριστὸν, οὐδὲ παστόν. Sed, ut scias, antiquissimum illud mendum etiam Græcus scholiastes probat : Οὐκ ἦν οὐδὲν βοήθημα θεραπείας, οὔτε διὰ βρώσεως προσφερόμενον, οὔτε δι' ἐπιχρίσεως ἔξωθεν, οὔτε διὰ πόσεως · τοῦτο δὲ δηλοῖ τὸ πιστὸν (quantum se torquet ut ineptiat !), ἀπὸ τοῦ πίω, πίσω, ῥήματος. Qua analogia? Quidquid agat nunquam
D πιστόν in ullo auctore ἀντὶ ποτοῦ reperiet. Sed verius est ignorasse eum linguam suam. — Suam ipse conjecturam damnavit Gaulminus ad Eumathium, p. 17. Vide Blomfieldii et Burgesii notas ad Æschylum. Boissonade.

(87) Ὥστε ἐνεργεῖν · οἷός τε ἐνεργεῖν, οἷος, ἱκανὸς, δεινὸς ἐνεργεῖν. Non dubitabunt qui Græce scient. Sed et ὥστε non est sine exemplo.

(88) Ex vatis motu numinis potestatem, et cujus compos fieret, ultimæ, mediæ vel supremæ, in theurgicis conjectabant. Vide Jamblichum (*De myster.*)

τῶν μελλόντων ἔστιν ὅτε προαγορεῦον, πῶς ἂν ταῦτα φῶμεν ὕλης πλημμελεῖς κινήσεις;

A quidquam agere potest omnino, neque mente, neque sermone, neque phantasia seu imaginatione, neque sensu : at aliud quiddam est, quod eos movet et agitat, eaque loquitur, quæ ab eo qui correptus est ignorantur : idemque futurorum nonnihil interdum prædicit, qua, quæso, ratione hoc loco motus materia vitiatos appellaverimus?

CAPUT XV.

Energumenos seu a dæmone possessos, sola virtute divina curari probat, historiamque subjungit Euchitæ cujusdam præstigiatoris, qui Elasone Constantinopolim captivus abductus est.

ΤΙΜΟΘ. Τί οὖν, ὦ Θρᾷξ; Ταῦτα λέγοντι τῷ Μάρκῳ καὶ αὐτὸς συνᾴδεις;

ΘΡΑΞ. Πάνυ μὲν οὖν, Τιμόθεε· πῶς γὰρ οὔ; μεμνημένος ἐκείνων ἃ περὶ δαιμονώντων τὰ θεῖα διέξεισιν Εὐαγγέλια, καὶ ὃ περὶ τὸν Κορίνθιον γέγονεν ἄνδρα, Παύλου κελεύσαντος, ὁπόσα τε τοῖς Πατέρων δέλτοις ἐμφέρεται περὶ αὐτῶν πολλὰ καὶ θαυμάσια, προσέτι δὲ καὶ ὧν αὐτὸς ἐπόπτης τε καὶ αὐτήκοος ἐν Ἐλασῶνι γέγονα. Κατὰ τοῦτον γὰρ ἀνήρ τις, ἐνεργούμενος δαίμονί τῳ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα χρησμολογῶν ἀπεφοίβαζεν, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ περὶ ἐμοῦ προηγόρευε. Πλῆθος γάρ ποτε τῶν τελουμένων παρ' αὐτῷ συστήσας, Ἴστε, ὦ παρόντες, ἔφη, ἴστε μέλλειν ἄνδρα καθ' ἡμῶν ἐκπεμφθήσεσθαι, παρ' οὗ διωχθήσεται τὰ τῆς ἐμῆς θρησκείας καὶ τὰ τῆς λατρείας ἐκπομπευθήσεται. Τούτῳ δὲ μετὰ πολλῶν καὶ αὐτὸς ἁλώσιμος ἔσομαι. Πλὴν βουλομένῳ με δεσμώτην μετὰ πειρᾶν πολλὴν εἰς τὸ Βυζάντιον ἀγαγεῖν οὐκ ἐξέσται οἱ, κἂν πολλάκις κάμῃ. Ταῦτα προὔλεγε, μηδέπω μου μηδὲ τὰς παρὰ τὸ Βυζάντιον παρελθόντος κώμας. Ὑπέγραφε δέ μου καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἀναβολὴν (89) καὶ αὐτό μου τὸ ἐπιτήδευμα. Καὶ πολλοὶ φοιτῶντες ἐκεῖθεν ταῦτα ἀπήγγελλον. Ὀψὲ δ' αὐτὸν ἐγὼ κατασχὼν, ἠρόμην ὁπόθεν τὸ προλέγειν αὐτῷ περιγέγονεν. Μὴ θέλων δ' ἐξενεγκεῖν τὸ ἀπόρρητον, ὅμως, τὴν λακωνικὴν πεπονθὼς ἀνάγκην (90), τἀληθὲς ἐξεῖπεν. Τελεσθῆναι μὲν γὰρ τὰ δαιμόνια ἔργα παρά τινος ἀλήτου Λίβυος ἔφη· Ὅς με νύκτωρ (91) εἰς ὄρος ἀπαγαγὼν,

TIMOTH. Age vero, mi Thrax, num et tu Marco talia dicenti stipularis?

THRAX. Quidni assentiar, Timothee, eorum præsertim memor, quæ de dæmoniacis divina percurrerunt Evangelia, ejusque quod viro illi Corinthio Pauli jussu obtigit, multorum etiam et mi- B randorum quæ de ipsis in Patrum libris legimus, eorum denique quæ ipse his oculis Elasone vidi et his auribus audivi? Siquidem eo in oppido vir quidam nescio quo possessus dæmone, cum pleraque Phœbadum oracula reddentium more vaticinaretur, tum de me quoque non pauca prædixit. Cum enim aliquando multitudinem eorum quos profanis sacris suis initiaverat, in unum convocasset, Sciatis, inquit, auditores, sciatis virum quemdam adversum nos emittendum, qui religionem nostram persequetur, et cæremonias nostras abolebit. Is cum multos alios, tum me quoque ipsum in vinculis habiturus est. Cæterum quamlibet ille totis viribus conatus fuerit, ut me vinctum hinc recta Byzantium abducat, in tamen nunquam C assequetur, quamvis subinde tentet omnibusque nervis contendat. Hæc ille prædicebat, cum ego ne vicinos quidem Byzantio vicos prætervectus essem. Quin quo etiam sim ore, quo vitæ instituto, quo denique habitu, obiter subindicabat. Et hæc plerique inde venientes mihi renuntiabant. Tandem vero, cum eum comprehendissem, sciscitabar ab eo undenam prædicendi artem didicisset. Qui cum

GAULMINI NOTÆ.

(89) Legebatur in man. meo ἀναλοβὴν, et, quia monachus est qui de se ipso loquitur, inclinabat animus, ut rescriberem ἀνάλαβον. Ἀνάλαβος monachorum vestis notissima, ejusque forma ex Doroth. Doctr. 1 : Ὁ ἀνάλαβος τίθεται σταυροειδῶς ἐπὶ τοὺς ωμους ἡμῶν· τουτέστι τοῦ σταυροῦ τὸ σύμβολον βαστάζομεν εἰς τοὺς ὤμους ἡμῶν, καθὼς λέγει· Ἆρον τὸν σταυρόν σου καὶ ἀκολούθει μοι. Vide D quæ vir eruditus Meursius in maximo et utili Glossario notavit. Tamen retineo ἀναβολὴν, ut in Morelliano scribitur. Ἀναβολὴ vestis pariter Synesio epist. 52. — Cf. Salmas. ad Tertull. *De pallio*, p. 113.

(90) Ait P. Morellus in versione Gallica Laconicam necessitatem esse quæstionem per tormenta.

(91) Puta quarta noctis hora, ἐν ᾗ ὀφείλει πᾶς ἐνεργεῖν ἐπὶ μαγικοῦ καὶ παντὸς γοητικοῦ πράγματος. Nugæ; quas ut magis rideas, ecce totam noctem magorum Græcorum medii ævi, ex Apollonio ms. Constat illa XII horis I, ἐν ᾗ δαίμονες ἀνοῦντες (lege ὑμνοῦντες vel αἰνοῦντες) [cf. supra not. 70] τὸν Θεὸν, οὔτε ἀδικοῦσιν, οὔτε κολάζουσιν. II, ἐν ᾗ αἰνοῦσιν οἱ ἰχθύες τὸν Θεὸν, καὶ τὸ τοῦ πυρὸς βάθος· ἐν ᾗ ὀφείλει στοιχειοῦσθαι ἀποτελέσματα εἰς δράκοντας καὶ πῦρ. III, ἐν ᾗ αἰνοῦσιν ὄφεις καὶ κύνες καὶ πῦρ. IV, ἐν ᾗ διέρχονται δαίμονες ἐν τοῖς μνήμασιν καὶ ὁ ἐρχόμενος ὁ ἐκεῖσε βλαβήσεται, καὶ φόβον καὶ φρίκην ἐκ τῆς δαιμόνων λήψεται φαντασίας· ἐν ᾗ ὀφείλει πᾶς ἐνεργεῖν ἐπὶ μαγικοῦ καὶ παντὸς γοητικοῦ πράγματος. V, ἐν ᾗ ὀφείλει αἰνοῦσιν τὰ ἄνω ὕδατα τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ (aquæ supercœlestes : tabula marmoris mundi Hebræorum). VI, ὅτε δέον ἡσυχάζειν καὶ ἀναπαύεσθαι, διότι ἔχει φόβον. VII, ἐν ᾗ ἀναπαύει πάντα τὰ ζῶα, καὶ, ἐάν τις καθαρὸς ἄνθρωπος ἁρπάσῃ καὶ βάλλῃ αὐτὸ ὁ ἱερεὺς καὶ μίξει ἐλαίῳ, [f. ἁρπάσῃ ὕδωρ καὶ... μίξῃ ἐλαίῳ · cf. not. 70] καὶ ἁγιάσῃ αὐτὸ, καὶ ἀλείψῃ ἀπ' αὐτοῦ ἀσθενῆ, παρευθὺ τῆς νόσου ἀπαλλαγήσεται. VIII, ἐν ᾗ ἀποτέλεσμα στοιχείων καὶ παντοίων φυτῶν. IX, ἐν ᾗ τελεῖται οὐδέν. X, ἐν ᾗ ἀνοίγονται αἱ πύλαι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἄνθρωπος ἐν κατανύξει ἐρχόμενος εὐήκοος γενήσεται, XI, ἐν ᾗ πέτονται ταῖς πτέρυξιν σὺν ἤχῳ οἱ ἄγγελοι καὶ Χερουβίμ καὶ Σεραφὶμ, καὶ ἔστιν χαρὰ ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ, ἀνατέλλει δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἐξ Ἀδάμ (*leg.* Ἐδέμ). XII, ἐν ᾗ ἀναπαύονται τὰ πύρινα τάγματα. Harum nugarum maximam partem a Judæis acceptam illi Græculi nova ineptiarum sobole immaniter auxerunt. Certe hæc non tanti fuerunt, ut in illis describendis aliquid operæ insumere debuerim.

arcanum eliminare, aut mysteria evulgare nollet, Laconica tamen necessitate pressus, verum tandem confessus est. Dixit enim se diabolicas artes ab alyta (vel errone) quodam Afro didicisse. Is me, inquiens, noctu in montem abduxit, herbamque quamdam degustare jussit mihique mox in os inspuens, et oculos nescio quibus collyriis circumlinens, multitudinem dæmonum videndam exhibuit, ex quibus quemdam veluti corveum involantem, et mihi per os in præcordia penetrantem sensi. Jam exinde in hodiernum usque diem futura prædicere mihi contingit, de quibuscunque rebus et quotiescunque agitanti me dæmoni collibuerit. Siquidem sub Crucis Passionisque dies, atque ipsam adeo nobis venerandam Resurrectionem, nihil omnino mihi, quamlibet exoptanti, suggerere vult. Hæc nobis ille commemoravit. Cum autem ei satellitum meorum quidam colaphum in os impegisset, Tu quidem, inquit, jamjam pro uno hoc ictu, pluribus afflictaberis. Tu vero (ad me conversus) magnas in cute calamitates excipies. Dæmonia enim tibi vehementer infensa sunt; quorum cæremonias evertisti. Quin et molesta tibi graviaque pericula conflabunt, quæ subterfurgere nunquam poteris, nisi te vis quæpiam major et dæmonibus

καί τινος βοτάνης μετασχεῖν (92) κελεύσας, ἐμπτύσας τέ μου τῷ στόματι (93) καὶ ἐγχρίσματά τινα περιχρίσας τὼ ὀφθαλμὼ (94), παρέσχεν ὁρᾷν δαιμονίων πλῆθος· ἐξ ὧν οἷον κόρακός τινος ᾐσθόμην ἐπιπτάντος (95) καὶ τοῦ στόματος ὑποδύντος ἔνδον. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ εἰς δεῦρό μοι προλέγειν ἐπέρχεται (96) περὶ ὧν ἂν καὶ ὁπότε βούληται τὸ κινοῦν. Κατὰ τὰς σταυρωσίμους τῶν ἡμερῶν (97) καὶ αὐτὴν τὴν παρ' ὑμῖν σεπτὴν Ἀνάστασιν, οὐδὲν, οὐδ' ἂν πολλὰ προθυμῶμαι, προηχεῖν ἐθέλει. Ταῦτ' ἀπήγγελλεν. Ἐπεὶ δ' αὐτόν τις τῶν ἐφεπομένων ἐμοὶ κατὰ κόῤῥης πέπαικεν, Σὺ μὲν, εἶπεν, οὐκ εἰς μακρὰν ἀντὶ μιᾶς μάστιγος ἀπολήψῃ πλείους· σὺ δὲ, στραφεὶς πρὸς ἐμὲ, μεγάλων ἐν χρῷ συμφορῶν γενήσῃ. Χολᾷ γάρ σοι δεινῶς τὰ δαιμόνια παραλύοντι τὰς αὐτῶν λαορείας. Ἀμέλει τοι καὶ χαλεποὺς ἐπιῤῥάψουσι καὶ βαρεῖς κινδύνους, οὓς οὐκ ἂν διαφεύξεσθαι δυνηθείης, εἰ μή τίς σε δύναμις κρείττων ἢ κατὰ δαίμονας ἀπ' αὐτῶν ἐξέλῃ. Ταῦτά μοι τὸ κάθαρμα καθάπερ ἀπὸ τρίποδος (98) χρησμοδοτοῦν ἀπεφοίβαζεν. Πάντα γὰρ ἐγίνετο καὶ ἀπέβαινεν· ἐμοί τε ὀλίγου ἔδει συναπολέσθαι, κινδύνων ἀπηντηκότων ὅτι πολλῶν, ὧν με παραδόξως ὁ Σωτὴρ ἀφήρπασεν. Τίς οὖν ἐκεῖνον τὸν χρησμὸν ἑωρακὼς, ὥσπερ μαγάδα (99) τοῖς ἐνηχοῦσι δαιμονίοις γενό-

GAULMINI NOTÆ.

(92) Habuere veteres magi δαιμόνων ἱερὰς, βοτάνας, imo medici. Andreas et Pamphilus scripserunt ἐπῳδὰς καὶ μεταμορφώσεις τῶν βοτανῶν· Galenus lib. VI, *Simpl. med.* Talis, hodie qui exstat pluribus bibliothecis Cæranis liber ms. (*Non esse auctoris nomen, sed Arabicam vocem quæ* syllogen *significet, docet Fabric.* Cent. Plag. § 61, *de hoc libro videndus*), ex Persica lingua in Græcam ab interprete, ut nugatur, conversus. In illo invenies βοτάνην, quæ ἡδύλαλον οὐ μόνον ἀνθρώπους [l. ἀνθρώποις], ἀλλὰ καὶ θηρίοις καὶ δαίμοσιν reddit, et aliam quæ πρόγνωσιν καὶ μαντικὴν tribuit; modo ad hoc parata debitis observationibus esset; quibus procuratis petebant [ἵνα γένοιτο ἡ βοτάνη αὐτὴ [f. αὕτη] ὠφέλιμος ad hoc et hoc, et mox utebantur: Græculus ms., qui vere ὑπὲρ τοὺς Κρητὰς καὶ Φοίνικας τερατεύεται.

(93) Ritus magicus, imo ad metamorphoses. Paapis Dercylliden secutus (ap. Diogenem Photii *Bibl.* cod. 166): Τὸ πάθος ἐκεῖνος τέχνῃ μαγικῇ ἐπέθηκε, θνήσκειν μὲν ἡμέρας, ἀναβιώσκειν δὲ νυκτός· ἐπιγινομένοις δὲ τὸ πάθος αὐτοῖς ἐνέθηκεν, ἐμπτύσας αὐτοῖς κατὰ τοῖν προσώποιν. Hoc ideo usurpabant, ut fingerent avertere fascinum; quod sputum præstare credebant. Christiani postea sputo et flatu ad expellendos dæmonas usi.

(94) In Græculo ms. Ἐγχρίσματα εἰς ὁρᾷν δαιμόνων καὶ ἁρμάτων πλῆθος. Τὸ ἁρμάτων *armatos* puta. Sed illinit fauces et oculos: oculos, ut illa omnia apparentia videret; fauces, ut per illas postea loqueretur dæmon; utrumque ex veteri aliquo sacrorum aut magico ritu: primum de oculorum linimento ex theurgicis, in quibus docebant oculis nubem inesse, quæ immortalium aspectum prohiberet: *Æneid.* II (602); secundum pariter in Jul. Firmico *De errore prof. relig.* Ibi vide linimenta faucium, antequam illud exclamaretur symbolum: Θαῤῥεῖτε, μύσται, τοῦ θεοῦ σεσωσμένου· Ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία. Adi locum.

(95) In theurgicis aspiciebat sacerdos descendentem deum (ita loquebantur) qualis et quantus erat: Jamblicus *De myst.* I, c. 12. Habemus integram descensus istius descriptionem in Eusebio solo lib. V *Præpar.*

Ῥεῦμα τὸ φοιβείης ἀπονεύμενον ὑψόθεν αἴγλης
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ κεκαλυμμένον ἠέρος ἁγνοῦ,
Θελγόμενον μολπαῖσι καὶ ἀῤῥήτοις ἐπέεσσι.
Κάππεσεν ἀμφὶ κάρηνον ἀμωρήτοιο δοχῆος.
Λεπταλέων ὑμένων· μαλακὸν δ' ἀνέπλησε χιτῶνα
Ἀμβολαδὴν διὰ γαστρὸς ἀνεσσύμενον παλίνορσον·
Αὐλοῦ δ' ἐκ βροτέοιο φίλην ἐτεχνώσατο φωνήν.

(96) Cæran. ms. (*vide not.* 92): Λαβὼν δὲ ἔποπος καρδίαν κατάπιε ἅμα τῷ μέλιτι et c., καὶ ἔσεταί σοι προγινώσκειν τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ, καὶ ὅσα κατὰ ψυχὴν ἔχει τις καὶ ὅσα κατὰ κλίματα καὶ πόλεις γίνεται, καὶ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ἀνθρώποις. Idem certis radicibus perfici nugabantur, sed et sigillis. Sigilla Raphaelis, ineptus liber (*Veterum sophorum sigilla et imagines magicæ . . . auctoribus Zoroastre, Salomone, Raphaele, Chaele*, etc.): *Asini imago in chrysolitho futura prædicendi virtutem dat.* Nugæ sexcentæ similes. Sunt autem sigilla Latinis, quæ Græci στοιχειώματα vocant, ultimi ævi scriptores etiam ἀποτελεσματικὰ τῆς γλύψεως. Notæ sunt talismanicæ Arabum observationes vel ex magni Scaligeri Epistolis quas adi (pp. 529, 568, 573).

(97) Tamen sæpe celebres et sacros quoque dies eligebant, quia in illis magis inserviebant fictitii quos memorant angeli. Inde inter illos αἱ εὐλογημέναι ἡμέραι, ἐν αἷς ὃ ποιῆσαι βούλει ἔσται βέβαιον καὶ ἀσφαλὲς, δουλούντων [an. δουλευόντων ?] τῶν ἀγγέλων· Apollon. ms. Inde illæ ἀποσιτίαι, ἀποχαὶ ἐμψύχων, ἁγνεῖαι, etiam inter veteres magos: Porphyr. Περὶ ἀποχ. II, § 42.

(98) Τοῖς λεγομένοις ὥσπερ ἐκ τριπόδων εἵποντο. Eunapius, p. 47.

(99) An adagium notat? Μαγάδι λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα: et aliud: Καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἡ μαγάς. Vide quæ ad Synes. vir solide doctus (*Petavius*) congessit.

μενον, ἐρεῖ τας μανίας πάσας ὕλης εἶναι πλημμελεῖς κινήσεις, ἀλλὰ μὴ παθη τραγικὰ δαιμόνων;

superior, ab iis eximat. Hæc mihi scelestus ille, tanquam Phœbas quæpiam ex tripode Delphico vaticinabatur. Siquidem quæ prædixit, ea facta et adimpleta sunt omnia, parumque abfuit quin periculis, quæ me plurima circumvallarunt, immortuus sim; a quibus me præter opinionem Servator eripuit. Quis igitur, oraculum hujusmodi conspicatus, a dæmonibus velut in organa musica insufflantibus, factum, omnia insaniæ genera, vitiatæ materiæ motus, non autem tragicos dæmonum affectus esse dicat?

CAPUT XVI.

De Armenio quodam præstigiatore, qui dæmonem ferro a puerpuera Græca, quæ sermone quem ignorabat Armenio utebatur, abegit.

ΤΙΜΟΘ. Οὐδὲν καινὸν, ὦ Θρᾷξ, εἰ ταῦτα παῖδες ἰατρῶν φρονοῦσι, ὁπόσοι μηδὲν τοιοῦτον συνεωράκασι. Κἀμοὶ γὰρ οὕτω πρότερον ἐπῄει φρονεῖν, μέχρις οὗ μοι συνέπεσεν ἰδεῖν τι τερατῶδες ἀτεχνῶς καὶ ἀλλόκοτον, ὅ σοι νῦν οὐκ ἄκαιρόν ἐστι διηγήσασθαι. Πάντως δ' ἂν οὐ ψευσαίμην ἀνὴρ πρεσβύτης, εἰς τοῦτο περιστήσας ἐμαυτὸν τὸ τριβώνιον (1). Ἐτύγχανέ μοι πρεσβύτερος ἀδελφὸς, ὃς γυναικὶ συνῆν, τἄλλα μὲν σώφρονι, δυστόκῳ δὲ λίαν καὶ νόσους ἐξαλλαττομένῃ παντοδαπάς. Αὕτη λεχώ ποτε γενομένη, πονηρῶς εἶχε, καὶ ἐσχάτως παρέκοπτε, τόν τε χιτῶνα περιῤῥηγνῦσα, βάρβαρον τινα γλῶσσαν ἐπετρόχαζεν ἀλαλάζουσα. Καὶ ἡ γλῶσσα τοῖς ἐκεῖ παρατυχοῦσιν οὐκ ἐπίδηλος ἦν. Ἀμέλει καὶ πάντες ἐν ἀπορίᾳ περιειστήκεσαν, οὐκ ἔχοντες ἐν ἀμηχάνῳ κακῷ τοσούτῳ δράσειν οὐδέν. Γυναῖκες δέ τινες (καὶ γαρ εἰσι γένος εὑρετικὸν καὶ πρὸς τὸ συμπίπτον ἀνυσιμώτατον) ἄγουσιν ἄνδρα ξένον ἀναφαλαντίαν (2) ἀκριβῶς πρεσβύτην, ῥυσσὸν τὸ δέρμα καὶ διακεκαυμένον ἐς τὸ μελάντατον· ὃς, γυμνὸν ἐσπασμένος ξίφος, ἀγχοῦ παραστὰς τῆς κλίνης, δι' ὀργῆς τὴν νοσοῦσαν εἶχεν, καὶ, κατὰ τὴν ἐπιχώριον αὐτῷ γλῶσσαν (ἐξ Ἀρμενίων γὰρ ἦν), πολλὰ εἰς ταύτην ἀφύβριζεν. Ἡ δὲ καὶ αὐτὴ κατ' αὐτὴν αὐτῷ τὴν γλῶσσαν ἠμείβετο. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀπεθρασύνετό τε καὶ τῆς κλίνης ἀφορμῶσα φιλονείκως εἶχεν· ὡς δ' ὁ βάρβαρος ἐπίπλεον τοῖς ἀφορκισμοῖς ἐχρῆτο, καὶ, οἷα μελαγχολῶν, κεκραγὼς ἠπειλεῖτο παίειν, ἐνταῦθα τὸ γύναιον συσταλὲν ὑπότρομόν τε ἐγίνετο, καὶ ταπεινὰ φθεγγόμενον εἰς ὕπνον κατέδαρθεν. Ἡμεῖς δὲ τεθηπότες ἦμεν, οὐχ ὅτι μεμήνοι· τοῦτο γὰρ ὁρῶμεν πανταχοῦ συμβαῖνον· ἀλλ' ὅτι κατ' Ἀρμενίους ἐφθέγγετο, γυνὴ μηδέποτε μηδ' εἰς ὄψιν ἀφιγμένη τούτοις, μηδὲ θαλάμου καὶ κερκίδος εἰδυῖα πλέον οὐδέν (3). Σωφρονήσασα οὖν, ἐπυθόμην τί πεπόνθει καὶ εἴ τι τοῖς γινομένοις παρηκολούθηκεν. Ἡ δὲ δαιμόνιον ἔφη φάσμα σκιοειδὲς καὶ γυναικὶ προσεμφερὲς (4), ἠνεμωμένας ἔχον τὰς

TIMOTH. Mirum non est, o Thrax, quod ita medici sentiant, quotquot hujusmodi nihil viderunt. Nam et in eadem ipse sententia antea fui, usque ad eum diem, quo nescio quid haud dubie portentosum et absurdum videre mihi contingit. Quod si tibi nunc edisseram, nihil rationi dissentaneum fecero. Nec ullo prorsus modo mentiar, vir ætatis jam provectæ, in qua monasticam hancce lacernam assumpserim. Frater mihi erat natu major, quique uxorem duxerat, cætera quidem prudentem, quæ tamen mira cum difficultate pareret, atque omnigenis morbis subinde affligtaretur. Ipsa puerperio aliquando ægrota decumbens supra modum delirabat, vestemque discindens, barbarum nescio quem sermonem versatili lingua immurmurabat, nec qui tunc forte aderant, ejus verba intelligere poterant. Omnes igitur hæsitabundi circumstabant, nec ullum succurrebat remedium, quo adversus desperatum morbum uterentur. At nonnullæ mulieres (siquidem sexus is ad excogitandum solers, et ad incidentia mala propulsanda sagacissimus est) peregrinum hominem adducunt, recalvastrum, senio confectum, cuteque rugata et exusta nigerrimum. Qui nudo gladio districto, proxime lectum astans, iratus ægrotæ comminabatur, vernaculaque sibi lingua (Armenius enim erat) multis eam conviciis lacessebat. Mulier autem et ipsa eodem ei sermone respondebat, atque initio quidem audaciuscule loquebatur, et e cubili exsurgens contentiosius responsitabat. Cum autem Barbarus aphorcismos seu abjurationes subinde repeteret, atraque veluti bile percitus se percussurum comminaretur, tunc muliercula metu contracta succubuit, et submisse loquens mussitansque obdormiit. Nos autem obtupescebamus, non eo quia furore corrupta esset, hoc enim ei subinde accidere videbamus, sed quia sermone Armenio loqueretur mulier, quæ ne in conspectum quidem Armeniorum

GAULMINI NOTÆ.

(1) Bene τὸ τριβώνιον. *Monasticam lacernam* interpres. Primo philosophorum, nemo nescit; ita ut τριβώνιον μεταμφιάσασθαι philosophari esset Eunapio; mox monachorum ubique, et primo nigram: in eodem ὁ μέλαιναν φορῶν ἐσθῆτα est ὁ μονάζων. Sciunt qui quadrante lavantur.

(2) Aliud cogitabat Ficinus, cum viri proprium nomen credidit

(3) Adagium est; sed Græcorum adagiographis omissum. Habet Athanasius in Antonio (§ 1): Ἐτρέφετο παρὰ τοῖς γονεῦσι, πλέον αὐτῶν καὶ τοῦ οἴκου μηδὲν ἕτερον γινώσκων. Ita παροιμιακῶς pastores dicuntur σοφοὶ μεχρὶ πλαγίου καλάμου καὶ τῆς σύριγγος, quod præter illa nihil nossent. Vide quæ ad Theocritum notavit deliciæ politioris litteraturæ Heinsius.

(4) Γυναικὶ προσεμφερὲς, ut לילית Hebræorum ex Ben Siræ Quæst. 60 et Elia Judæo in *Tisbi* notissima, et ex iis quæ Judæi in parietibus cubiculi puerperæ scribunt: אדם חוה חוץ לילית : *Adam, Eva, foras.*

venisset unquam, quæque præter thalamum et co- A lum sciret nihil. Quam cum ad se rediisset interrogavi, quid rerum passa esset, et num quidnam ea quæ gesta fuerant subsecutum esset. Illa diabolicum phasma seu spectrum a so visum esse respondit, umbratile id quidem, et feminæ assimile, passis et vento expositis capillis, quod in me impetum faceret, cujus et horrore terrefacta prona in cubile reciderit, nec eorum quæ postea facta sint quidquam omnino senserit.

κόμας (5), ἐπιὸν ἰδεῖν ἐπ' ἐμέ· δείσασα δὲ, πρηνὴς ἐμπεσεῖν τῇ κλίνῃ· τὸ δ' ἐντεῦθεν τῶν γινομένων γινώσκειν οὐδὲν οὐδ' ἐπαισθάνεσθαι.

—

CAPUT XVII.

Triplex quæstio ex præcedente dæmonis energia ; 1. An dæmonum alii mares, alii feminæ sint ; 2. An linguis omnibus loquantur ; 3. An percuti queant patibilesque sint.

Illa quidem hunc in modum locuta, et a morbo liberata est. Ego vero exinde nescio quo ambiguitatis vinculo constrictus addubito, quonam modo dæmonium feminam exagitans et divexans muliebre videretur. Nec enim abs re dubium suboriri possit, numnam dæmonum alii mares, alii feminæ sint, quemadmodum animalia terrestria mortique obnoxia; itemque quonam modo sermone Armeniaco locutum sit. Nam multum in hoc etiam difficultatis inest, numnam dæmonum alii Græce, alii Chaldaice, alii Persice, Syriaceve loquantur. Quonam B denique pacto ad epodi seu incantatoris comminationes metu contracta sit, strictumque gladium extimuerit. Quid vero dæmon ab ense pati queat, qui nec feriri nec occidi possit? Hæc me dubia mirum in modum exagitant atque conturbant, aliquaque super his mihi consolatione opus est, cui afferendæ tu præ cæteris idoneus mihi videris, qui veterum placita calleas, et plerasque omnes percurreris historias.

Ἡ μὲν οὖν οὕτως εἶπε, καὶ ἀπηλλάττετο· ἐμὲ δὲ τὸ ἀπὸ τοῦδε δεσμός τις ἀπορίας ἔχει διαπορούμενον πῶς τὸ τῇ γυναικὶ παρενοχλῆσαν δαιμόνιον ἑωρᾶτο θῆλυ. Καὶ γὰρ ἐπιεικῶς ἐστιν ἄπορον, εἰ δαιμόνων τὰ μὲν ἐστιν ἄῤῥενα, τὰ δὲ θήλεα (6), καθάπερ τὰ γηγενῆ καὶ θνητὰ τῶν ζώων· δεύτερον δὲ πῶς τῇ τῶν Ἀρμενίων ἐχρῆτο γλώττῃ. Πολὺ γὰρ κἀν τούτῳ τὸ πρόσαντες, εἰ δαιμόνων οἱ μὲν Ἑλληνίσιν, οἱ δὲ Χαλδαϊκαῖς, ἄλλοι δὲ Περσῶν τε καὶ Σύρων ἀποχρῶνται ταῖς γλώτταις· ἔτι δὲ πῶς πρὸς τὰς ἀπειλὰς τοῦ γόητος ὑπεστέλλετο (7) καὶ τὸ ξίφος ἐδεδίει ἀνατεινόμενον. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι διὰ ξίφους δαίμων, ἄτεκτός τε καὶ ἄφθαρτος ὤν; Ταῦτά με πάνυ διαταράττει καὶ θορυβεῖ, καί μοι δεῖ τινος ἐπὶ τούτοις παραμυθίας, ἥν ἡγοῦμαί σε μᾶλλον ἱκανὸν παρέξειν, ἅτε καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ξυνῃρηκότα δόξας, καὶ πολλὴν ἱστορίαν συνειληφότα.

GAULMINI NOTÆ.

Lilith; Gillo Græcorum pariter in Strabone, Hesychio et parœmiographis: Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα Alia item, cujus memimit Ignatius in Tarasii Vita. Quæ duo θηλύμορφα δαιμόνια puerperas vexabant; nostris occidentalibus nymphæ, *fées* (ita enim perpetuo in similibus historiis intelligendum est hoc vocabulum), quæ puerperis et subreptis C pueris ut plerumque fata canebant. Viri docti pridem est cum erudite multa de illis notarunt.

(5) Ἠνεμωμένας κόμας· ἀπόχυμα. Clem. lib. I, Constit. apost. c. 3: Πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔξεστί σοι τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ ποιεῖν εἰς ἕν, ὅ ἐστι σπατάλιον, ἢ ἀπόχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν. Dixisset Pindarus νῶτα καταίθυσσον (*Pyth.* IV, 147), quod Apollonius (*Argon.* II, 677), ἐπεῤῥώοντο χιόντι. Alias ego expressi ἠνεμωμένας κόμας his versibus Amor. meorum lib. II, eleg, 3:

Tanta meo moriens lugebat pendula collo ;
Indeque meum lacrymans Lydia questa scelus,
Candida vibratis umbraverat ora capillis ;
Nam levis excussas sparserat aura comas.

(6) Hoc certum fuit inter magos ultimi Græcorum ævi Testament. Salom. (*infra*): Ἐπυθόμην δὲ ἐγὼ τοῦ δαίμονος εἰ ἔστιν θήλεα δαιμόνια· τοῦ δὲ μοι φήσαντος εἶναι, ἐβουλόμην ἰδεῖν· καὶ ἀπελθὼν D ἤνεγκεν ἔμπροσθέν μου τὴν ὀνοσκελοῦν, μορφὴν ἔχουσαν περικαλὴν [sic] καὶ δέρμα γυναικὸς εὔχρωτον, κνήμην δὲ ἡμιόνου. Ὀνοσκελοῦν, retinendum non ὀνοσκελῆ, quia hoc sæculo nomina illa sic corrupta efferebant. Non precabimur bonam mentem isti verveci? qui spectra, quæ ὀνοκώλους et ὀνοσκέλεῖς vocabant, τὰ θήλεα τῶν δαιμονίων putavit.

Certo ex Aristophanis Βατράχοις (v. 294) hausit illas ineptias; nisi mavis a Judæis accepisse, Nam illi non solum τὰ θήλεα δαιμονίων, sed matres etiam quatuor somniant לילית ונעמה אוגרת ומחלת. *Lilith. et Nahama, Ogereth et Machalath.* Prorsus in theurgicis vetustiorum utriusque sexus omnia numina reperies: ἀρσενόθηλυς σελήνη. Orph. Ἄῤῥενα καὶ θῆλυν διφυῆ λύσσειον Ἴακχον. Vide quæ Macrob. (*Sat.* III, 8) ad illa: pollentemque *deum* Venerem » In agendo scilicet mares, in patiendo feminæ.

(7) Lucanus (VI 492) omnes superat:

Quis labor hic superis cantus herbasque sequendi
Spernendique timor? cujus commercia pacti
Obstrictos habuere deos? parere necesse est,
An juvat? ignota tantum pietate merentur?
An tacitis voluere minis? hoc juris in omnes
Est illis superos? an habent hæc carmina certum
Imperiosa deum, qui mundum cogere, quidquid
Cogitur ipse, potest?

Deus ille Dæmogorgon est, cujus dicto nomine ad omnia cogebantur reliqui. Luctat. ad illa Papinii lib. IV, *Theb. Et triplicis mundi summum quem scire nefastum est* προεστῶσα δαιμόνων δύναμις, τὸ *quem scire nefastum est*. Orpheus ἄῤῥητον ὄνομα dixisset (*Lyth.* 719):

Τόφρα δὲ κικλήσκειν μακάρων ἄῤῥητον ἕκαστον
Οὔνομα· τέρπονται γὰρ ἐπήν κέ τις ἐν τελετῇσι
Μυστικὸν ἀείδησιν ἐπώνυμον οὐρανιώνων.

Ecce τὸ ἄῤῥητον ὄνομα. Sed cujuscunque numinis longe aliud in sacris nomen quam apud vulgus fuit. De minis magorum nemo non dixit.

CAPUT XVIII.

Quinam fiat ut dæmon modo virili, modo feminea forma appareat, ejusdemque ut aeris et nubium colores sint varii.

ΘΡΑΞ. Βουλοίμην ἄν, ὦ Τιμόθεε, λόγους ἀποδοῦναι περὶ ὧν πυνθάνῃ· πλὴν δέδια μὴ δόξαιμεν περιττοὶ καὶ ἄμφω· σὺ μὲν, ἃ μηδεὶς ἐξήτασε συζητῶν· ἐγὼ δὲ, ταῦτα λέγειν ἀποπειρώμενος ἃ ἐχρῆν ἐν ἀποῤῥήτῳ περιορᾷν, ἄλλως τε εἰδὼς καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς πολλοῖς εὐδιάβολα. Πλὴν, ἐπεὶ, κατὰ τὸν Ἀντίγονον, προσήκει φίλοις ἐφιέναι μηδὲ τὰ ῥᾷστα μόνον, ἀλλ' ἔσθ' ὅπη καί τι τῶν δυσχερῶν, πειράσομαι καὶ αὐτὸς τὸν δεσμόν σοι λῦσαι, διαμασσώμενος τῶν παρὰ Μάρκου λόγων τὰς ἀφορμάς. Ἔφη γὰρ ἐκεῖνος μηδὲν δαιμόνιον γένος ἄρσεν ἢ θῆλυ κατὰ φύσιν εἶναι· συνθέντων γὰρ τὰ τοιαῦτα πάθη· ἁπλᾶ δὲ τὰ δαιμόνια σώματα· εὐάγωγα δέ γε ὄντα καὶ εὐκαμπῆ, πρὸς πάντα σχηματισμόν εἰσιν εὐφυᾶ. Καθάπερ γὰρ καὶ τὰς νεφέλας ὁρᾷν ἔστιν, ὁτὲ μὲν ἀνθρώπων, ὁτὲ δὲ ἄρκτων, ὁτὲ δὲ δρακόντων, ἤ τινων ἑτέρων ἀποτελούσας σχηματισμούς (8)· οὕτω δὴ καὶ τὰ δαιμόνια σώματα. Πλὴν ταῖς μὲν παρὰ τῶν ἔξωθεν πνευμάτων κινουμέναις οἱ πολυειδεῖς ἀποτελοῦνται σχηματισμοί· δαίμοσι δὲ, παρὰ τῆς ἐν αὐτοῖς προαιρέσεως πρὸς οἷον ἂν αὐτοὶ βούλοιντο τῶν σωμάτων μεταγομένων, καὶ νῦν μὲν εἰς ὄγκον ἧττω συστελλομένων, νῦν δὲ αὖ εἰς μεῖζον μῆκος ἐκτεινομένων, ὡς ἐπὶ τῶν τῆς γῆς ἐντέρων ὁρῶμεν γινόμενον (9), διὰ τὸ τῆς οὐσίας μαλακὸν καὶ εὐάγωγον. Οὐ μόνον δὲ κατὰ μέγεθος ὑπαλλάττεται, ἀλλὰ καὶ κατὰ σχῆμα καὶ χρῶμα πολυειδῶς (πρὸς ἄμφω γάρ ἐστι τὸ σῶμα τὸ δαιμόνιον εὐφυές)· ὡς μὲν εὔεικτον, εἰς εἴδη σχημάτων μετατυπούμενον· ὡς δ' ἀερῶδες, χρωμάτων ὂν δεκτικὸν παντοίων, ὥσπερ ἀήρ. Ἀλλ' ἀὴρ μὲν ἔξωθέν ποθεν χρώννυται· τουτὶ δὲ τὸ σῶμα παρὰ τῆς ἐν αὐτῷ φανταστικῆς ἐνεργείας, προϊσχούσης εἰς αὐτὸ τὰ χρωμάτων εἴδη. Καθάπερ γὰρ ἡμῶν φοβηθέντων ὦχρος εἷλε παρειὰς, καὶ αἰδεσθέντων αὖθις ἐρύθημα, τῆς ψυχῆς, ὅτε τοίως ἢ τοίως διάκειται, προϊσχούσης εἰς τὸ σῶμα τὰ τοιαῦτα πάθη· κατὰ ταυτὰ δὴ καὶ τὰ περὶ τοὺς δαίμονας δεῖ νομίζειν. Ἔνδοθεν γὰρ καὶ πρὸς τὰ σφέτερα σώματα διαπέμπουσι τὰ χρωμάτων εἴδη. Διὸ καὶ ἕκαστός γε αὐτῶν τό τε σῶμα πρὸς ὃ ἂν αἱροῖτο σχῆμα μετατυπώσας καὶ χρώματός τινος εἶδος πρὸς τὸ τοῦ σώματος ἐξανίσχων πέρας, ποτὲ μὲν ὡς ἀνὴρ ἐμφανίζεται, ποτὲ δὲ πρὸς γυναίου μεταβάλλει μορφὴν, ὡς λέων τε θυμοῦται καὶ ὡς πάρδαλις ἅλλεται, καὶ σῦς ὥσπερ (10) ἄγριος ἐφορμᾷ·

A THRAX. Vellem, equidem, Timothee, eorum quæ postulas rationes reddere. Cæterum vereor, ne operam et oleum ambo perdere videamur; tu quidem ea quærens quæ nullus adhuc perscrutatus est, ego ea edisserere conatus quæ reticenda potius et floccifacienda fuerant. Ad hæc non ignarus hæc multorum calumniæ vel in primis exposita. Verum enimvero quia mos, ut cum Antigono loquar, gerendus amicis est, neque solum in iis quæ facilia sunt, sed nonnunquam etiam in eorum nonnullis quæ difficultatis aliquid habere videntur, conabor et ipse hoc te vinculo expedire, ea ruminans quæ Marco dicendi occasionem præbuerunt. Dicebat enim ille, nullum dæmoniorum genus masculum aut femineum ex sui natura esse. Siquidem
B hujusmodi affectus compositorum sunt corporum; atqui dæmonia simplicia sunt corpora, quæ cum ductilia sint et facile huc atque illuc inflectantur, eo fit, ut omni figuræ suscipiendæ apta et accommoda sint. Quemadmodum enim nebulas videre est, nunc hominum, nunc ursorum, nunc etiam draconum, vel quorumlibet aliorum figuram referentes, ita dæmoniaca corpora. Jam vero nebulæ, ab exterioribus flaminibus, seu ventis, impulsæ, varias figuras exprimunt: at in dæmonibus, qui pro animi sui arbitrio in quæcunque voluerint, corpora transeunt, et nunc quidem in tumoris diminutionem contrahuntur, nunc vero contra in longitudinis augmentum extenduntur (ut in terræ visceribus, hoc est lumbricis, fieri videmus, quorum natura sit mollis atque tracta-
C bilis), non magnitudo duntaxat immutatur, sed etiam figura et color, idque variis modis. Siquidem ad utraque hæc excipienda dæmoniacum corpus natura comparatum est. Quia enim facile cedit, idcirco in varias transformatur species; quia vero aereum est, eo fit ut colorum omne genus capax evadat, aeris in morem. At aer extrinsecus undecunque coloratur, dæmonis autem corpus ab insita sibi phantastica illa vi et energia, quæ colorum species in ipso repræsentat. Quemadmodum enim qui ex nobis metu expalluerunt, postmodum rubore suffunduntur, anima nimirum, hoc vel illo affecta modo, hujusmodi affectus in corpus extrudente, idem omnino dæmonibus etiam accidere

GAULMINI NOTÆ.

(8) Ex istis figuris postmodum divinatio orta, quæ Pselli temporibus in usu fuit. Damascius in Vita Isidori apud Photium (*Bibl.* c. 242): Ὅτι διὰ τῶν νεφῶν μαντικὴν, εὐδαμῶς τοῖς παλαιοῖς οὐδ' ἀκοῇ ἐγνωσμένην (hoc prorsus non concedimus) Ἄνθουσάν τινα γυναῖκα ἐξευρεῖν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Λέοντος τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως. Hujusmodi nubes περιστερὰ in Balsam. Unde περιστεριῶται οἱ ἀστρολόγοι in man. glossario, quod illa, ex qua præcipue conjectabant, nubes columbæ forma esset. Sed hæc istius loci non sunt.

(9) Lumbricos intellige. Erasm. in Adagio, *Terræ intestina*. Id invenies in Diogeniano et Suida, γῆς ἔντερα ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

(10) Athanas. in Vita Antonii § 9 de ejus cellula: Καὶ ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος φαντασίας λεόντων, ἄρκτων, ταύρων, λεοπάρδων, καὶ ὄφεων καὶ ἀσπίδων, καὶ σκορπίων, καὶ λύκων· καὶ ἕκαστον μὲν τού-

A judicandum est. Intrinsecus enim sua in corpora varias colorum species emittunt; ex quo fit, ut eorum quisque, transformato in quamcunque voluerit figuram corpore, colorisque cujuspiam specie in corporis superficiem inducta, nunc quidem viri specie appareat, nunc in mulieris formam transmutetur; quin ut leo animetur, ut pardalis insiliat, ut aper irruat, et si quando ei placuerit, in utris figuram convertatur: quin ut catellus adblandiens non raro apparuerit. Cumque in has omnes formas subinde transeat, earum tamen nullam perpetuam habet. Nec enim solida figura est; sed quod ab aere, verbi gratia, et ab aqua contingere solet, sive colorem iis infundas, sive figuram delinees, statim effluit atque diffunditur, eodem prorsus modo dæmones etiam se habere constat: siquidem et in iis color, figura et quævis eorum quæ sunt forma evanescit.

κἂν αὐτῷ ποτε δόξῃ, καὶ πρὸς ἀσκοῦ μεταπίπτει σχῆμα· καὶ ὡς κυνάριον ἔσθ' ὅπῃ προσηνυζόμενον ἔδοξε. Καὶ πάσας ταύτας τὰς μορφὰς ἀμείβων, οὐδεμίαν τούτων ἔμμονον ἔχει. Οὐ γάρ ἐστι στεῤῥὸν τὸ σῶμα τουτὶ τὸ δαιμόνιον, ὥστε στέγειν ἐν ἑαυτῷ τὰ ληφθέντα εἴδη· ἀλλ', ὃ συμβαίνειν φιλεῖ ἐπ' ἀέρος φέρε καὶ ὕδατος, κἂν χρῶμα ἐγχέῃς, κἂν σχῆμα ἐγγράψῃς (11), εὐθέως διαχεῖται καὶ διαλύεται· τοῦτο δὴ τὸ πάθος καὶ ἐπὶ δαιμόνων ὁρᾷν ἔστι. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων διολισθαίνει καὶ χρῶμα καὶ σχῆμα καὶ εἶδος ὁτιοῦν τῶν ὄντων.

CAPUT XIX.

Quare dæmonium quo vexantur puerperæ forma potissimum muliebri appareat.

B Hæc sunt, Timothee, quæ Marcus, probabiliter quidem, ut conjicio, edisseruit. Jam te nullius post hæc conturbet oratio, tanquam maris illud feminæque discrimen dæmonibus insit. Hæc enim in illis duntaxat apparent, eorum autem nullum in iisdem perdurare habitumve contraxisse videtur. Proinde illud quoque dæmonium, a quo puerpera male vexata est, qualibet in forma feminæ apparuerit, ne tamen tale esse, atque ita se habere; sed solam muliereulæ figuram oculis exhibere puta.

Ταῦτα, Τιμόθεε, Μάρκος, ὡς ἐμὲ εἰκάσαι, πιθανῶς διεῖλε. Καί σε τὸ ἀπὸ τοῦδε μηδεὶς ταραττέτω λόγος, ὡς δαίμοσιν ἐνούσης τῆς κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς· ταῦτα γὰρ ἐν τούτοις μέχρι τοῦ φαίνεσθαι· μόνιμον δὲ καὶ καθ' ἕξιν τούτων οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἐστι. Διὸ καὶ τὸ τῇ λεχοῖ παρενοχλῆσαν δαιμόνιον, εἰ γυναιξὶν ἐμφερὲς ὡρᾶτο, μὴ τοιοῦτον εἶναι καὶ καθ' ἕξιν οἴου, μόνον δὲ σχῆμα γυναίου προβάλλεσθαι.

TIMOTH. Qui vero fit, o Thrax, ut hoc aliam et aliam figuram subinde non assumat, quemadmodum alii dæmones, sed semper idem videatur. Siquidem me a plerisque audire memini feminiforme dæmonium puerperis omnibus apparere.

ΤΙΜΟΘ. Πῶς δὲ, ὦ Θρᾷξ, οὐκ ἄλλοτε πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο σχῆμα μεταχωρεῖ, καθάπερ οἱ ἄλλοι δαίμονες, ἀλλὰ τοιοῦτον ἐς ἀεὶ ὁρᾶται; Καὶ γὰρ πολλῶν κατακούσας ἔχω, θηλύμορφον πάσαις ταῖς λεχοῖς ὁρᾶσθαι.

C THRAX. Et hujus, o Timothee, causam non incredibilem Marcus afferebat. Aiebat enim non omnes dæmonas ejusdem potestatis et voluntatis esse participes, sed non parum discriminis inter eos hac etiam in re esse. Sunt enim qui ratione careant, ut inter animantia composita mortique obnoxia. Quia ut in his homo, cum sit facultate intellectus et rationis participe præditus, ideo generaliorem imaginandi vim habet, quæ ad omnia fere sensibilia extenditur, tam ea quæ in cœlo, quam quæ circa terram et in terra sunt; equis autem et bobus, et cæteris id genus, specialior quædam inest imaginandi vis: quippe quæ ad eorum nonnulla extendatur, quæ imaginatione comprehenduntur, et compascua sibi animantia, præsepe possessoresque suos cognoscat; culices

En tibi, Gaulmine vir præstantissime, Psellum tuum, quem nuper nomini tuo, dum una Lutetiæ versaremur dicandum destinaveram. Tum illum dico non tam quod tibi ex pollicitatione debeatur, quam quia nemo melius te dignitatem ejus et excellentiam novit, quod, etsi laudum virtutumque tuarum perpetuus præco non essem, probarent tamen satis breves illæ eruditæque notæ, quas paucis diebus et omnes amici tui sciunt effutiisti potius quam meditatus es in obscurissimum ejusdem auctoris de dæmonum operatione libellum. Poterat hunc quidem amicitia nostra non πρόσκαιρος jure sibi vindicare : sed eruditio tua non vulgaris, et ingenium extra omnium ingeniorum aleam positum extorquere valuit ab invito. Est hic auctor, ut non te latet; Platonicus insignis, et qui ex professo non tantum Platonem imitatur eloquendo, sed philosophando. Latuit autem hactenus iste liber de lapidum virtutibus, qui, ne quid assentationis gratia videar dixisse, excellentissimus est, et inter præcipuos ejus labores ac fetus meretur præcipuum nancisci locum. Eum mei gratia Jacobus Sirmundus e societate Jesu, vir mihi amicissimus, et his litteris, quæ nos humanos faciunt, non leviter tinctus, e veteri quodam codice descripsit, et descriptum liberaliter communicavit, sed adeo scatebat mendis ille codex, ut ipsa soricina næuia esset confessior : tantis enim repletum hoc exemplar confusionibus inveni, ut quamvis de lapidibus longe inter se diversis agat auctor, tamen quia aliquando quæ sibi contraria erant in unum coaluerant, nullæ plane contrarietatis notæ apparerent. Magnum est fateor, ab erroribus qui veterum libros obsident, eos purgare et liberare, sed confusiones quibus mens auctoris obscuratur, ordo et series operis turbatur, similiaque monstra domare, majus illud opus est. Quod tu probe nosti, mi Gaulmine, qui in istis adeo es τριβωνευόμενος, ut e paucissimis qui in hoc senio litterarum idem dolium versant, non verear te principem constituere, licet eam ætatem adhuc non attigeris, qua majores dicimur. Tanto enim ingenii acumine polles, ut quæ alii assecuturos se vix audent sibi polliceri multorum annorum curriculo, te brevissimo spatio, ipso temporis puncto et momento ea non solum attingas, sed et longe majora et difficiliora. Omnes hodie qui litteris operam, ut decet, navant, et humanitatem quam pauci noverunt colunt, vel ad plurium linguarum cognitionem pervenire gestiunt, ut omne genus auctorum bonæ notæ familiare sibi reddere queant, et historiam ab ovo, ut dicitur, usque ad mala, qui ultimus studiosi et sapientis hominis scopus esse debet, perfectissime tenere, vel scientias consectantur, philosophiam dico, theologiam, medicinam, vel mathematicas disciplinas, aut juris artem. Eorum qui in scientiarum cognitione immorantur bona pars,

linguas, sine quibus frustra cupimus scire, ignorat et bonis ac humanioribus litteris est destituta, ita ut id hominum genus imitari et eorum vestigia premere, hoc sit semper velle cæcutire et cum barbarie luctari. Reliquorum, quorum pusillus est numerus, bona enim mente pauci præditi sunt in litteris, quæ hodierna est nostri sæculi supinitas, unam te novi, Gaulmine, qui plures linguas calleas, et earum cognitioni sedulo quotidie incumbas. Mirata est olim Athenæi ætas aurea et cultissima homines διγλώττους· vide amabo te quid nostra ferrea factura sit, quæ virum non δίγλωττον duntaxat, sed πεντάγλωττον habet, quem priori illi sæculo opponat. De te loquor, Gaulmine, quem omnes qui te de facie noverunt, sciunt Arabismi scientissimum, Hebraismi, Turcismi, de linguis enim Græca et Latina quid attinet loqui? cum in eis tantos profectus jam feceris, ut pauci qui tecum possint comparari in earum cognitione supersint, qui te superet nemo. Novit hoc probe pridem senatus Parisiensis a quo cum præfecturam tuam ambiebas, tantis oneratus es laudibus, ut in magistratuum numerum contra quam vetant hujus imperii leges, te sine probatione cooptaverit. Nulla autem earum linguarum Orientalium est, καὶ τοῦτο θαυμαστότατον, quam intra paucos menses perdiscere non possis, dummodo fido liceat uti tibi præceptore, tam tenaci memoria gaudes, tanta discendi et litteras tractandi cupidine. Faxit Deus qui nos et nostra omnia temperat, ut Nestoreos ad rei litterariæ incrementum superes annos, et tarda sit illa dies, quæ te nobis eripiet. Vale, mi Gaulmine, vive in æternum, et pignus istud amicitiæ in te nostræ certissimum accipe. Tutare nos ab invidorum linguis, et tumultuarium huncce laborem nostrum limatissimo ingenio tuo excole, perfice atque adorna curis tuis : quæ enim nos dum procedebant operæ scripsimus, emendationem potius auctoris et interpretationem spectant, quam illustrationem. Iterum vale.

Ex musæo nostro. Tolosæ Kalend. Septembris. Anno MDCXV.

—

Lectori benevolo S. D. J. Steph. Bernardus.

De Pselli nostri vita ejusque scriptis, non est quod quidquam memorem, benevole lector, cum illa quæ huc spectant abunde cognosci queant ex Leonis Allatii viri doctissimi Diatribe de Psellis, a celeberrimo Joanne Alb. Fabricio iterum edita tom. V *Bibliothecæ Græcæ*. Breviter tantum recensebo illa quæ de hoc de lapidum virtutibus libello monenda habeo; tum etiam quid ipse ad novam hanc editionem contulerim, exponam. Primus hunc libellum in lucem emisit Claudius Ancantherus, ut testatur Lindenius *De scriptis Med.*, p. m. 546. *Nomenclator Gemmarum, quæ magis in usu sunt, cum earumdem medicinis, nunquam antehac, quod sciri adhuc potuerit editus, Claudio Ancanthero medico et Cæsareo historico ex Græco. Accesserunt ejusdem Ancantheri in hunc libellum notæ breves non infructuosæ. Typis Otthomarianis*, 1594, in-8. Prediit deinceps una cum Plutarcho *De fluminibus* cura Philippi Jacobi Maussaci, qui primus eum Græce edidit, addita versione et notis, Tolosæ, 1615. in-8. Transtulit quoque hunc Pselli libellum in Latinum et Italicum sermonem anatomicus dexterrimus Adrianus Spigelius quod refert Leo Allatius in Diatribe cap. 47, p. 31. *Ejusdem Libellum*, de Lapidum virtutibus *Philippus Jacobus Maussacus primus vulgavit, Latine vertit et emendavit editus est Tolosæ Græce et Latine anno* 1615, 8. *Verum libellum hunc ante Maussacum Latine et Italice redditum ab Adriano Spigelio philosopho et medico, et gymnasii Patavini anatomico, apud liberalem Cremam philosophum ac medicum Tarvisinum præstantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi, utriusque amicissimus, Jacobus Philippus Thomasinus significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Ælii Spartiani Antoninum Caracallam notis. Et Justus Rycquius in Epist. Centuria nova Epist.* 29, *in Saregica bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert.* Hæc Leo Allatius loc. cit. Nunquam vero, quod sciam, Spigelii versio lucem aspexit. Ex apographo Jacobi Sirmondi se hunc librum vulgasse fatetur Maussacus in epistola dedicatoria ad Gilbertum Gaulminum. Cæterum an Psellus et quisnam iste fuerit, an vero alius hujus libelli auctor statuendus sit, disquirit Leo Allatius loc. cit., cap. 10, p. 8.

Meditanti vero mihi denuo hunc libellum vulgare, sola sese mihi obtulit editio Maussaci, quæ Græcum textum sisteret, quam sola proinde sequi debui; neque etiam cl. Ancantheri versionem oculis lustrare licuit, quamvis id valde optassem, imprimis cum Maussacus usus sit codice lacero admodum ac mutilo, quæ res viro eruditissimo imposuit, ut mire quædam loca explicuerit. Quamvis autem nihil præter Maussaci editionem ad manus esset, quod mihi fuisset adjumento; sperabam tamen fore ut maculas si non omnes, saltim plurimas eluerem, si scriptores, qui eodem argumento occupati fuerunt, consulerem atque conferrem, quod quantum mihi profuerit tu, Lector, judicabis. In notis studui potissimum nævos abstergere, qui sensui verborum ac auctoris menti officerent, ac ubi id non prorsus ἀπροσδιόνυσον videbatur, aliis quoque auctoribus aliquam lucem affundere sategi. Tu vero B. L. conatus hosce boni consule; sic ad plura tentanda animus mihi adjicietur. Vale.

—

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΚΑΙ ΥΠΕΡΤΙΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

PSELLI

DE LAPIDUM VIRTUTIBUS LIBELLUS.

(Interprete Philippo Jacobo Maussaco.)

—

Virtutum quæ lapidibus insunt causas tibi redditurum me vix ausim mihi polliceri : nec hac in parte imitabor insolentiam et temeritatem Dogmaticorum, licet possim multa et facunde et copiose de quolibet dicere. Lapidum autem qui nobis cogniti sunt, et quas maxime in illis amamus virtutes aperiam tibi, ut in tempore ipsis utaris, et aliquid utilitatis ex eis accipias, utque lapides nobis incognitos deseras, onocardium scilicet, olcadem, spongitem, leimoniatem, lincurium, triglitem, triophthalmum, socondium, scringitem, schistum, et quotquot hujusmodi sunt, quorum nomina sola tenemus, in eos vero nunquam incidimus. Incipiam igitur ab his qui nobis magis noti sunt.

Adamas statim occurrit, qui vitreum et splendidum habet colorem, solidusque et fractu difficilis. Febres semitertianas suspensus aut alligatus restinguit.

Æmatites in vocatur, quod aqua irriguus san-

A Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι, οὐδὲ μιμήσομαι, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Δογματικῶν (1) τὴν προπέτειαν δυνάμενος ἀφ' ἑκάστου πολλὰ εὑρεσιλογεῖν. Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνακαλύψω σοι, ἵνα ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῷο, καὶ τινα ὠφέλειαν καρπίζοιο παρ' αὐτῶν, καὶ ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἐάσω τὸν ὀνοκάρδιον, καὶ τὴν ὀλκάδα, καὶ τὸν σπογγίτην (2), τόν τε λειμωνιάτην (3), καὶ τὸν λιγγούριον (4), τόν τε τριγλίτην, καὶ τὸν τριόφθαλμον (5), καὶ τὸν σοκόνδιον (6) καὶ σκριγγίτην (7), καὶ τὸν σχιστὸν (8), καὶ ὅσοι τοιοῦτοι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἴσμεν, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς ἐντυγχάνομεν· ἀπὸ τῶν γνωριμοτέρων ἡμῖν ἀπάρξομαι.

B Αὐτίκα ὁ ἀδάμας (9)· χροιὰν μὲν οὗτος ἔχει ὑαλίζουσαν καὶ στιλπνὴν, κραταιός τέ ἐστιν καὶ δύσθραυστος· ἡμιτριταίους (10) πυρετοὺς σβέννυσιν ἐξαρτώμενος.

Ὁ αἱματίτης (11)· ὀνομάζεται δὲ οὗτος (12), ὅτι

NOTÆ.

(1) Δογματικῶν. Dogmaticos hic traducit, qui eorum quæ quæruntur veras causas se invenisse profitebantur. Sextus philosophus lib. I. *Pyrrh. Hypotypos.*, cap. 1, accerrimus eorum hostis consulendus. Dogmatici fuere Aristoteles, Epicurus, Stoici et alii quidam. MAUSSACUS.

(2) Σπογγίτην. Dioscorides lib. V, cap. 163. Plinius lib. XXXVII, cap. X : *Spongites spongiæ nomen repræsentat.*

(3) Λειμωνιάτην. Plinius loc. cit. : *Limoniates eadem videtur quæ smaragdus.*

(4) Λίγκουρον. Legendum potius λιγγούριον vel λυγκούριον. Male est apud Hesychium λυγιουργὸν, τὸ ἤλεκτρον. Indubie reponi debet λυγκούριον. Lyncurium adeo notum est, ut mirari subeat, quomodo Psellus ipsum inter ignotos lapides recensere voluerit. MAUSSACUS. — Plinius lib. XXXVII, cap. 2 et 3; Solinus *Polyh.* cap. 8, Marbodeus cap. 51.

(5) Τριόφθαλμον. Plinius lib. cit. cap. 11. *Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominum oculos simul exprimens.*

(6) Σοκόνδιον. Videtur legendum καὶ τὸν Σακόδιον. Est species jaspidis de qua Plinius lib. XXXVII, cap. 9 : ***Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon vocant, talem gemmam sacodion.***

(7) Σκριγγίτην. Corrigo καὶ τὸν Συριγγίτην. Plinius lib. cit. cap. 10 : *Syrinhites stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.*

(8) Σχιστόν. Dioscorides lib. V, 145; Plinius lib. XXXVI, cap. 20.

(9) Ἀδάμας. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap 4;
C Solinus *Polyhist.* cap. 65; Theophylactus Simoc. *Quæst. Physic.* quæst. 1; Marbodeus *De gemmis* cap. 1.

(10) Ἡμιτριταίους. Alias vires ipsi ascribunt Plinius loc. cit. et ex eo Marbodeus.

(11) Αἱματίτης. Dioscorides lib. V, cap. 144. Plinius lib. XXXVI, cap. 20, et lib. XXXVII, cap. 10; Galenus lib. VIII. *Simpl. Medic.*, p. m. 121; Solinus cap. 42. Marbodeus cap. 36, χρυσεπήσιος λίθος dicitur chemicis. Glossæ chemicæ p. 144; χρυσεπήσιος λίθος, αἱματίτης.

(12) Οὗτος. Forte melius οὕτως, sed parum refert utro modo legas. MAUSSACUS. — Legend. οὕτως.

βρεχόμενος ὕδατι αἱματώδη χροιὰν ἀφίησι· ὀφθαλμίας ἰᾶται μεθ' ὕδατος ἐγχριόμενος.

guineum colorem induat : sanat hic morbos oculorum, aqua illitus.

Ἀμέθυσος (13) ὑακινθώδης (14) μέν ἐστι τὴν χροιὰν, ἰᾶται δὲ καὶ κεφαλαλγίας, καὶ τοὺς πίνοντας οἶνον (15) φυλάττει νήφοντας, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα.

Amethystus hyacinthini coloris est, sedat dolores capitis, et vinipotores aut bibaculos abstemios reddit et sobrios, unde illi nomen.

Ὁ ἄνθραξ (16) ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν· ἔστι δὲ ἄνθραξιν ἐμφερὴς, καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγὴς (17), ὁ δὲ βραχύτητι (18) μελάντερος. Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων ταῖς ἀκτῖσι ἡλιακαῖς, καὶ ποικιλλόμενος (19) μέν· τοῦτον (20) οἱ λιθογνώμονες ἴασιν, οὐ μήν γε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον τὸν ἀνθρακίτην τὸν παρὰ Θεσπρωτοῖς γενόμενον, ἔλαττον τὸ πυραυγὲς ἔχοντα. Κεφαλαλγίας (21) ἰᾶσθαί φασι παρὰ τῷ κάμνοντι θυμιώμενον.

Carbunculus in India generatur : est autem carbonibus similis, splendet unus procul, alter vero ob exiguitatem nigrior est. Porro invenitur in montibus adversus solis radios respondens et variegatus. Hunc quidem gemmarii optime norunt, sed ejus virtutes nequaquam, si anthracitem excipias, qui apud Thesprotos nascitur, et igneum splendorem habet remissiorem. Hunc morbis capitis mederi referunt, si ægroto offeratur suffitus.

Ὁ αἰσχάτης (22)· ἔστι δὲ ποικίλυς τὴν χροιὰν καὶ διηγλαϊσμένος· καὶ ὁ μὲν παρωχρος (23), ὁ δὲ φοινικόχρους ἢ σαρκοειδής (24). Ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κεφαλαλγίας ἰᾶται, ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικῶν καὶ τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι (25) ἀντίθετός ἐστι, καὶ τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παριὸν (26) τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθαι καὶ κενὸν ἄγγος ποιεῖν.

Æschates diversicolor est et splendidus : unus autem pallidus est, alter rubicundus aut carneus : oculorum fluxionibus et capitis doloribus medetur, et sistit mulierum menstrua, adversaturque omnino humidæ hydropisi, tantumque virtutis siccificæ ei inest, ut et aquam ebibere possit, et vas vacuum relinquere.

Ὁ δὲ βήρυλλος (27). Τρεῖς δὲ τούτου τοῦ λίθου μορφαὶ, καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἐλαιοβαρύς (28) ἐστι τὴν

Beryllus. Tres hujus sunt lapilli formæ : alius colorem habet olei obscurum, alius marinum, alius

NOTÆ

(13) Ἀμέθυσος. Plinius lib. XXXVII, cap. 9, Marbodeus cap. 4 :

India mittit eum, gemmarum maxima nutrix.
Hic facilis sculpi, contrarius ebrietati

(14) Ὑακινθώδης. Theophrastus ὑακινθῶδες diceret, quia ἐμέθυσον vult esse neutrius generis, sed ut puto ἀμέθυσος et ἀμέθυσον dici potest, hoc in neutro illud in masculino, quare nihil hic mutandum. MAUSSACUS. — Dicitur quoque ἡ ἀμέθυσος, in feminimo genere, sic Heliodorus *Æthiop. c.* lib. V, cap. 13, ubi eleganter hanc gemmam describit.

(15) Οἶνον. Membrana male habebat οἴνου. — MAUSSACUS.

(16) Ἄνθραξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 7 ; Marbodeus cap. 10.

(17) Τηλεφεγγής. Inquinatissima hæc erant in manu exarato. Nos conjectura restituimus καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγής· nam quid sit θυληφεγγὴς, ut scriptum erat in codice, nemo scit. MAUSSACUS. — Bene Maussacus hæc restituit. Aelianus *Hist. Animal.* lib. VIII, cap. 22, de hac gemma : Τὴν δ' οὖν λίθον ἔνδον ποι κατέθετο· εἶτα νύκτωρ διυπνισθεῖσα, ὁρᾷ αὐγήν τινα καὶ αἴγλην ἀφιεῖσαν, καὶ κατελάμπετο ὁ οἶκος ὡς εἰκομισθείσης δᾳδός· τοσοῦτον ἄρα ἐκ τοῦ βώλου τὸ σέλας ἀνίει τε καὶ ἐτίκτετο.

(1) Βραχύτητι. Legendum Βραχύ τι,

(19) Ποικιλλόμενος. Forte ποικιλείμων. Membrana habet ποικιλιάμενος omnino male. MAUSSACUS. — Locus haud dubie corruptus, cujus sanatio a codice ms. est exspectanda.

(20) Τοῦτον. De ejus viribus sic disserit Habdarrahamanus tract. III, *de gemmis* cap. 1 : *Inter præcipuas ac præstantissimas carbunculi virtutes istæ recensentur : Si quis carbunculo sese obsignat, vel appensum gestat, tutus securusque erit a contagio et peste. Cor mirum in modum lætificat, ejusque abigit mœrores. Venenis præsentaneum est remedium, quod inter notissimas ejus virtutes recensendum est.*

(21) Κεφαλαλγίας. Videtur ante hanc vocem excidisse τοῦτον.

(22) Αἰσχάτης. Idem qui achates dicitur. Consulantur de eo Plinius lib. XXXVII, cap. 10 : Solinus cap. 11. Marbodeus cap. 2. Orpheus p. 230, qui corruptus p. 236, vs. 66. quem locum hac occasione emaculemus.

Σπερχόμενοι ποτὶ βωμὸν, ἀολλέες ἐκπρομολόντες
Χηραμόθεν ὀρόωνται ἐφερπύζοντες αὐτμήν

Vertit interpres :

Festinantes ad aram, confertim erumpentes
Ex suis latibulis, adreptantes aspectant.

Pro ὀρόωνται legendum ἀρύονται.

(23) Πάρωχρος. Illum videtur innuere qui leucachates, vel eum qui cerachates dicitur, de quo Marbodeus loc. cit. :

Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.

Frustra nititur Marbodeus, etymologiam hujus vocis ex Latino sermone petere, cum sic dicatur hic lapis quod cornu colore referat.

(24) Σαρδοειδής. Putamus restituendum σαρκοειδής, ut paulo post legitur in ὄνυξ. MAUSSACUS. — Σαρκοειδής correxit Maussacus, sed præstabit servare lectionem codicis ms., cum Plinius loc. cit. et alii *sardachatem* memorent.

(25) Ὑγρῷ ὕδρ. Viderint medicorum filii, quid sit humida hydropisis. MAUSSACUS. — Anasarcam opponi siccæ tympanitidi recte ad oram exemplaris, quo utor, notavit vir doctus.

(26) Περιόν. Melius παριόν. MAUSSACUS. — Monui in notis ad Demetrium Pepag., p. 10, περιὸν esse legendum, meque antea temere nimis fidem adhibentem Maussaco suspicatum esse legend. περιττόν. Vidi postea virum summum Th. Reinesium lib. II *Var. lect.* cap. 18, pag. 301, quoque emendasse περισσόν. Sed pace tanti viri dixerim, placet adhuc lectio codicis ms.

(27) Βήρυλλος. Plinius lib. XXXVII, cap. V. Solinus Polyh. cap. 64 ; Marbodeus cap. 9.

(28) Ἐλαιοβαρύς. Forte leg. ἐλαιοβαφής.

denique splendidus est, et ejusdem naturæ, et procul resplendens. Lapis igitur hic intentiones curat, convulsiones, oculorum dolores, auriginem.

Galactites occulto scatet lacte, unde et ipsi nomen inditum est, mulieribus vero lac attrahit, et oblivionem inducit malorum, quorum memoriam etiam revocat; contrarius enim est omnino belluarum vulneribus, si circumnectatur.

Electrum. Unum quidem Indicum est, alterum Libyticum : reperiuntur autem juxta fluvium Eridanum. Quidam vero ipsum aiunt lacrymam esse cujusdam arboris. Leve est, idque adolent, ut thus et resinam lentisci : urinæ difficultatem circumnexum sedat, et febrem sanat, et stomachi fluxiones cohibet, et inunctum aut illitum oculis visus acuitatem præbet.

Jaspis lapis natura crystallum pene refert, paulo vehementius colorem intendens. Optimus purpureus est, melior ille qui magis est vocalis, parumper albus. Est et aereus quidam qui capitis fluxiones tollit, et expellit malum illud, quo cum labo-

A χροιάν· ὁ δὲ θαλάττῃ προσεοικώς· ὁ δὲ λάμπρὸς τὰς αὐγὰς καὶ ὁμοφυής, καὶ λάμπων πόῤῥωθεν· οὗτος οὖν ὁ λίθος ἐντάσεις ἴαται, καὶ σπασμούς, καὶ ὀφθαλμῶν ὀδύνας, καὶ ἴκτερον (29).

Ὁ γαλακτίτης (30) ἀποῤῥήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα· κατασπᾷ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται τῶν κακῶν καὶ μνήμην τῶν κακῶν (31)· ἀντίθετος γάρ (32) ἐστι καὶ θηρίων (33) πληγαῖς περίαπτος γεγονώς.

Τὸ ἤλεκτρον· ἔστι δὲ τὸ μὲν Ἰνδικόν, τὸ δὲ Λιβυτικόν (34)· οἰκειοῦνται (35) δὲ παρὰ τὸν Ἠριδανὸν (36) ποταμόν· ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου (37) τινός· κοῦφον γὰρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστιχή· ἴαται δὲ δυσουρίαν περιαπτόμενος, καὶ πυρετὸν ἀπαλλάττει, καὶ στομάχου

B ῥεῦμα ἵστησι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς δὲ ἐγχριώμενος ὀξυδορκίαν χαρίζεται.

Ἡ ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδής, ὀλίγου (38) ἐπιτεινομένη τὴν χροιάν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφύρουσα (39), δευτέρα (40) ἡ φθεγματικωτέρα (41) παράλευκος· ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδής (42)· ἀναστέλλει δὲ ῥεύματα κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἐφιάλτας (43)

NOTÆ.

Ἴκτερον. Cæl. Aurelianus lib. III. *Morb. chronic.*, cap. V : *Passio vocabulum sumpsit secundum Græcos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei.* Nemde a galbula. Χρυσιασμὸς etiam dicitur. Synesius ms. libr. *De febribus* : Πλειστάκις δὲ συμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ πυρετῷ περὶ οὗ λέγομεν, φρενῖτις καὶ βῆχος ξηρὸς καὶ λειποθυμία ἢ χρυσιασμὸς ὃ ἐστι ἴκτερος.

(20) Γαλακτίτης. Dioscorides lib. V, cap. 150; Plinius *H. N.* lib. XXXVII cap. 10; Solinus cap. 12; Orpheus p. 200; Marbodeus cap. 31. Corruptus leviter Orpheus pag. 202 :

Δαὶ δέ σε καὶ βασιλῆες ἀμύμονεν αἰδέσσονται.

C Legend· Ναὶ δέ σε κ. τ. λ.

(31) Τῶν κακῶν. Haud dubie legendum τῶν καλῶν. Orpheus *De lapidibus*, pag. 200, vs. 7 :

Ἠδ' ἄρα μιν λήθαιον ἐφήμισαν, οὕνεκεν αἰεὶ
Μεμνῆσθαι κακότητος ὀϊζυρῆς ἀπερύκει
Θνητοὺς ἀθανάτους τε· νόον δ' ἐριούνιον εἶναι
Θέλγει, ἐποτρύνων ἀγανὰ φρεσὶ βουλεύεσθαι.

(32) Γάρ. Malim δέ.

(33) Θηρίων. Τὰ θηρία sunt animalia venenata, vide quæ notat cl. L. Bos. ad Act. Apost. cap. XXVIII, p. 62.

(34) Λιβυτικόν. Ad oram sui exemplaris, quod nunc in bibliotheca Lugd. Batav. servatur, correxit Vossius Λιγυστικόν.

(35) Οἰκειοῦνται. Forte leg. εὑρίσκονται.

(36) Ἠριδανόν. Non video quomodo electrum Indicum et Libyticum juxta fluvium Eridanum reperiri possint. MAUSSACUS.

D (37) Δένδρου. Consule Philostratum. *Icon.* lib. II, in Phaetonte (lib. I, cap. 11, p. 780.) ID.

(38) Ὀλίγου. Malim ὀλίγον. Ὀλίγου forte legendum apud Themistium Orat. 4, p. ed. H. Steph. Ἤγαγε δ' οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα ὅσα τέ μοι πρῶτα ὑπῆρχε, καὶ ὅσα παρ' ὑμῖν ἐνθένδε ἐπορισάμην ἐν εἴκοσιν ὀλίγοις ἐνιαυτοῖς. Pro ὀλίγοις Petavius corrigit ὅλοις· malim ὀλίγου, *per viginti ferme annos.*

(39) Πορφύρουσα. Malim πορφυρίζουσα.

(40) Δευτέρα. Leg· δευτέρα δὲ ἡ.

(41) Φθεγματικωτέρα. Vertit Maussacus, *qui magis est vocalis.* Sed corrupta hæc vox legend. φλεγματικωτέρα. Dioscorides lib. V, cap. 168 : λίθος ἴασπις ὁ μέν τίς ἐστι σμαραγδίζων· ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι. Sic solent librarii voces similes confundere. Hippocrates lib. *De insomniis.* sect. 4, p. 375, ed. Foesii : Αὐτὴ δ' ἑωὐτῆς ἡ διάνοια οὐ γίνεται· leg. αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἡ διακονία οὐ γίνεται. Oribasius *Anatom.* p. 120 : καὶ ἔστιν αἰσθητὸν τὸ στόμα τοῦ πόρου τούτου, κἂν μὴ πάνυ τι μέγα τὸ ζῶον ᾖ. Quæ verba haud dubie prave se habent. Lego καὶ ἔστιν αἰσθητικὸν τὸ στ. τ. π. τ. κ. μ. π. τ. μέγα τὸ ξῦον ᾖ. Cassius in *Quæst. medic.*, quæst. 22 : ὥς τε καὶ τούτου κακωθέντος, καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης, εἰκότως οὐκ ἀντιλαμβάνονται τῶν φωνῶν. Verba καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης omisit in versione Conr. Gesnerus, haud dubie quod illa corrupta judicaret; corrige itaque καὶ τῆς σφηνώσεως ὑποκειμένης. Orpheus *Argonaut.* vs. 424 :

Καὶ Κρόνον αἰνολέτην, ὥς τ' ἐς Δία τερπικέραυνον
Ἤλυθεν ἀθανάτων μακάρων βασιλήϊος ἀρχή.

Suspisor legendum καὶ Κρόνον εὐνολέτην κ. τ. λ. Tryphiodorus *De excid. Ilii*, vs. 412 :

μάτην δὲ χρῆς ἅπερ ἴσχεις.

Varie tentarunt hunc locum viri docti, sed erud. Merrick ex codice ms. cl. Reimari aliam affert lectionem :

μάτην δ' ὀλάουσ' ἀπερύκεις.

Pro ἀπερύκεις corrigit ἀγορεύεις, malim legere ἀπερύγεις. Hesychius ἐρύγειν, φωνεῖν. Aristides Orat. in Minervam, p. 10, ἀναπνεῖ τε εἰς αὐτόν. Corrigit vir doctus ἀναπαύει, quam emendationem rejicit tueturque vulgatam lectionem cel. Jac. Elsnerus in schediasmate critico pag. 40. Suspicor legendum ἀναπνεῖ τε ἴσα αὐτῷ, levi, ni fallor, mutatione.

(42) Ἀεροειδής. Orpheus *De lapid.*, p. 206 :

Καὶ γλαφυρὸν κομίσας ἀερόχροον αἶκεν ἴασπιν.

Sic legendum, non ut vulgo editum ἐαρόχροον.

(43) Ἐφιάλτας. Actuarius lib. I. *De dignot. morb*, cap. 35 : Ὁ δ' ἐφιάλτης οὕτω καλούμενος, πάθος ὢν κατὰ τοὺς ὕπνους συμβαῖνον, οὐ πάνυ μὴν καθ' αὐτὸ κακόν, μεγάλα δέ τινα προσημαίνει κακά. Ἐπιληψιῶν γὰρ καὶ μελαγχολιῶν εἴδη ἔτι τε ἀποπληξίαι, καὶ ὅ τι σύνεγγυς αὐτοῦ, θαμίζοντος τοῦ ἐφιάλτου προσημαίνεται. Λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἐφάλλεσθαί τινα τοῖς πάσχουσιν· ὡς τινος γὰρ αὐτοῖς ἐπικειμένου καὶ οἷον πνί-

ἀπωθεῖται, καὶ λοιμικοῖς ἀντιτάττεται πάθεσι καὶ ἐπιληπτικοῖς (44). Ἔστι δέ τις ἴασπις σμαραγδίζουσα (45)· ἡ δὲ ἐμφερὴς χιόνι, καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἄρνου ἐγκεφάλῳ, ἧς οὔπω οὐδεὶς ἐγνώκει τὴν δύναμιν.

Ὁ ἰδαῖος (46) δάκτυλος ἐν Ἴδῃ τῆς Κρήτης γίνεται, καὶ ἔστι τὸ σχῆμα δακτύλῳ ἀνδρὸς ἐμφερὴς τῷ ἀντίχειρι· τὴν χροιὰν σιδηρόχρους· οὗτος ὁ λίθος δικαιότατος πάντων τῶν λίθων ἐστί· τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν δικαίων μίξεων γενομένας σπορὰς τελειοῖ, φθείρει δὲ τὰς ἀθεμίστους καὶ παρανόμους.

Ὁ κρύσταλλος (47) ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ, ἐγκαεὶς (48) δὲ ὑπὸ ἡλίου χροιάν ἀμεθύσου μευαλαμβάνει, ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον τραπεὶς ἰάσπιδι γίνεται ὅμοιος· οὗτος τρόμους (49) ἀπερύκει καὶ ἐκλύσεις νεύρων ἀνατριβόμενος. B

Ὁ λυχνίτης (50)· ἔστι δὲ νυκτάλωπος (51), ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.

Ὁ μαγνίτης (52) λίθος ἐστὶ μέγας καὶ βαρὺς καὶ

A rat quis, se grandi mole opprimi noctu et ab alio invadi putat: et pestiferis morbis ac epilepticis omnino adversatur. Est et jaspis quidam in smaragdi modum resplendens, alius vero nivi similis, alius denique hirci cerebrum referens, cujus nemo hactenus vires novit.

Idæus dactylus in Ida Cretæ gignitur, estque ejusdem formæ cum pollice hominis, ferreo colore. Hic autem lapis justissimus omnium lapidum est, fetus enim ex justis nuptiis procreatos perficit, corrumpit vero eos qui contra et leges et jus generantur.

Crystallus similis est aquæ puræ, accensus vero a sole amethysti colorem induit, et in obscuriorem mutatus, jaspidi fit similis. Is timores prohibet et dissolutiones nervorum collisus.

Lychnites luscitiosus est, et collo suspensus oculorum fluxiones sistit, si apponatur fronti linea locinia involutus.

Magnes lapis est magnus, et gravis et enormis:

NOTÆ.

γοντος αἰσθάνονται οἱ τῷ τοιούτῳ κάτοχοι πάθει, μηδ' ὁτιοῦν μέλος αὐτῶν κινῆσαι δυνάμενοι· φεύγειν δέ φασιν αὐτοὺς τῶν δακτύλων σωρευθέντων. *Incubonem* Latini vocant. Cælius Aurelianus lib. I *Morb. chronic.*, cap. III, p. 289: *Quidam veteres* ἐφιάλτην *vocaverunt, alii* ἐπιβολήν, *quod utilis patientibus perhibeatur*. Loco huic male sano varie medicinam facere conati sunt viri docti, at omnium optime eum emendat celeb. Trillerus in epistola ad me data, quam elegantem ac eruditam emendationem cum lectore communicabo. En ipsius C verba: *Nihil plane in Cælio emendandum, præter vocem* ἐπιβολήν, *quæ potius scribenda* ἐπωφελῆ, *aut Lat.* epophelen, *h. e. utilem. Dabo Cælii defensorem et commentatorem Hesychium:* Ἐπωφελὴς ὁ καλούμενος ἐφιάλτης. *Sed et dabo nunc reconditæ hujus et insolitæ opinionis originem ex Artemidoro lib.* II, Oneirocrit. *cap.* 42, p. 132: Ἐὰν ὁ ἐφιάλτης τι καὶ διδῷ καὶ συνουσιάζῃ, μεγάλας ὠφελείας προαγορεύει· μάλιστα δὲ ὅταν μὴ βαρῇ. Hæc vir doctus, qua emendatione nihil verius et elegantius fingi atque excogitari potest.

(44) Ἐπιληπτικοῖς. Editio Maussaci ἐπιλειπτικοῖς, quod a librariis profectum videtur, sed male omnino se habet, ut satis docet vocis originatio. Nonus cap. 36, p. 45: ὠνόμασται δὲ τὸ πάθος ἐπιληψία διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις. Quæ verba hausit ex Alexandri Trall. lib. I, cap. 15, p. 62, apud quem male hodie ἐπιλανθάνεσθαι legitur, quod recte ad oram sui D exemplaris in ἐπιλαμβάνεσθαι, mutaverat Renatus Moreau. H. Stephanus in *Diction. medic.* p. 322, edidit ἐπιλαμβάνειν. Frequenter η et ει inter se permutantur. Rhazes *de pestilentia* in proœm. p. 243: Οὗτος τοίνυν ὁ θαυμαστὸς ἀνὴρ εἰς δύο ἤδη τεμὼν τὴν νόσον. Pro ἤδη legend. εἴδη. Cæterum jaspidem etiam adversus epilepsiam commendant Alexander Trallianus lib. I, cap. 15, p. 83, et Nonus cap. 36, p. 47.

(45) Σμαραγδίζουσα. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap. 9: *Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam quæ ex iis smaragdo similis est.*

(46) Ἰδαῖος. Totidem ferme verbis hæc legas apud Plinium lib. XXXVII, cap. 10: *Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.*

(47) Κρύσταλλος. Plinius *N. H.* lib. XXXVII, cap. 2, Solinus cap. 24, Orpheus *De lapid.* pag. 198, Marbodeus cap. 23.

(48) Ἐγκαείς. Chrystallos varii reperiri coloris notum est, sed an a solis radiis colores mutentur, nescio. Vereor valde ne lacuna his subsit: tradunt enim auctores hanc gemmam a sole irradiatam, ignem concipere, et hanc ejus virtutem apud Psellum excidisse puto. Orpheus loc. cit. vs. 7:

Εἰ γὰρ ἄτερ κρατεροῖο θέλεις πυρὸς ἐς φλόγας [ὄρσαι,
Κέκλομαι αὐαλέων μιν ὑπὲρ δαΐδων καταθεῖναι·
Αὐτὰρ ὅγ' ἠελίοιο καταντίον αὐγάζοντος
Αὐτίχ' ὑπὲρ δαΐδων ὀλίγην ἀκτῖνα τανύσσει.
Ἠδ' ὅτε καρφαλέης τε θίγῃ καὶ πίονος ὕλης,
Καπνὸν, ἔπειτα δὲ πῦρ ὀλίγον, μετὰ δὲ φλόγα [πολλὴν
Ὄρσει· τὴν δ' ἄρα φασὶ παλαιγονίης ἱερὸν πῦρ.

In quinto versu pro Ἠδ' ὅτε legendum Ἢ δ' ὅτε. Marbodeus loc. cit.:

Sed certum cunctis, neque stat violabile tanquam
Quod lapis hic soli subjectus concipit ignem,
Admotosque sibi solet hic accendere fungos.

Forte itaque apud Psellum legendum: Ἐγκαεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου ἀνάπτεται· ἐνίοτε μὲν χροιὰν, κ. τ. λ.

(49) Τρόμους. Vertit Maussacus *timores*, nisi forte typographorum error: corrige *tremores*.

(50) Λυχνίτην. Ordo alphabeticus postulat, ut statim post Κρύσταλλος, vel ante reponatur Κάπρειρος. Descivit tamen hic lapis in posteriorem locum. Nos secuti sumus cod. manu exaratum. Cæterum de lychnite in notis ad hydaspen Plutarchi disputavimus. MASSACUS. — Plinius lib. XXXVII, cap. 7. Quæ sequuntur verba ἔστι δὲ νυκτάλωπος, omnino sunt corrupta. Maussacus legit νυκτάλωψ et vertit *luscitiosus est*. Sed bene quod locum mutilum esse suspicetur. Excidit hic procul dubio descriptio coloris et habitus externi hujus gemmæ. Plinius loc. cit. unam speciem purpura radiare tradit, alteram cocco. Sic itaque hanc lacunam supplerem: Ἔστι δὲ πορφυρόχροος· ἰᾶναι νυκτάλωπας, κ. τ. λ.

(51) Νυκτάλωπος. Si ita legas, vertendum est, *spectat ad luscitiosum*. Sed si legas νυκτάλωψ, ut est indubie corrigendum, interpretari debes *luscitiosus est*, deest hic forsan aliquid. MASSACUS. — Glossæ Jatricæ mss.: Νυκτάλωπας, τοὺς τῇ νυκτὶ μὴ βλέποντας.

(52) Μαγνίτης. Dioscorides lib. V, cap. 148. Plinius *H. N.* lib. XXXVI, cap. 14, Galenus lib. VIII,

unus est qui ferrum attrahit, alter qui rejicit, lacte vero dissolutus visus acuitatem præbet, et melancholiam sanat.

Onyx maximus est, adeo ut Indi lectorum pedes ex eo tornent. Sublatus in terram omnem recipit colorem, aut carbunculi rutilum, aut nigrum aut carneum. Dissolutus vero phantasmata nocturna abigit et dentibus fluxione laborantibus attritus prodest.

Caprirus fronti appositus oculorum fluxiones sistit, ulceribus medetur si cum lacte bibatur, exsiccat autem et stypticus est sive astrictorius, et febribus acutis contrarius.

Sardonyx. Mediam habet hic lapis lineam albam, unicolor autem est, et oculorum sedat fluxiones, et in modum zonæ cinctus infantium in utero casus cohibet, qui vero variegatus est melancholicis prodest, si appendatur.

ἀνόμαλος, καὶ ὁ μὲν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει· ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδορκίαν (53) ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἰᾶται (54).

Ὁ ὄνυξ (55) εὐμεγέθης ἐστὶ, ὥστε τοὺς Ἰνδοὺς πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν (56) παντοίαν ἀναφέρει χροιὰν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ· ἀναλυθεὶς (57) δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδοῦσί τε ῥευματιζομένοις πατριβόμενος ὠφελεῖ.

Ὁ κάπρειρος (58) ἵστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθείς· ἑλκώσεις (59) ἰᾶται ποθεὶς μετὰ γάλακτος (60), ξηραντικὸς δὲ (61) ἔστιν καὶ στυπτικὸς καὶ πυρετοῖς (62) ὀξέσιν ἀντίθετος.

Σάρδόνυξ (63). Ἡ λίθος αὐτὴ (64) μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρωος (65)· ὀφθαλμῶν ἵστησι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη (66) τοὺς τῶν ἐμβρύων (67) ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοῖς (68) ἐξαρτωμένη.

NOTÆ.

De simp. med. p. m, 123, Orpheus *De lapid.* p. 208, Marbodeus cap. 43. Unde dictus hic lapis docet Lucretius lib. VI, vs. 907 :

Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Attamen a Magnete inventore eum sic vocatum vult Plinius loc. cit. Etiam Ἡράκλεια λίθος dicitur. Teophylactus Simoc. *Quæst.* IV, p. 7 : Ἡ μαγνῆτις, ἣν καὶ Ἡράκλειαν λίθον φασὶ, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρῶμεν τὴν ἐνέργειαν προβαλλομένην τὴν λίθον. Quæ sequuntur apud Theophylactum corrupta sunt, quæ hic simul emendabimus : Ἐπεὶ δ' ἂν οὐκ ἐξικνοῦνται, ἔστιν ὅτε οἱ ταύτης πρὸς τὸν ἄῤῥενα κλάδοι, σοφόν τι παλαμῶνται ταύτῃ οἱ φυτουργοὶ πρὸς τὸν ἔρωτα. Verba ἔστιν ὅτε male ibi esse collocata vidit jam Kimedoncius qui proinde corrigit ἐξικνοῦντες ἔστιν οἱ. Sed nihil mutandum, verba leviter transposita, restitue ἐξικνοῦνται οἱ ταύτης — κλάδοι, ἔστιν ὅτε σοφόν, κ. τ. λ.

(53) Ὀξυδορκίαν. Quis non videt legendum ὀξυδερκίαν? MUSSACUS.

(54) Ἰᾶται. Arthriticis præterea hunc lapidem prodesse testatur Alexander Trallianus lib. XI, p. 656 : καὶ ἡ μαγνῆτις δὲ λίθος φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ἀδύνας.

(55) Ὄνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 6, Marbodeus cap. 9. Pro ἐντεῦθεν in Maussaci editione typographorum incuria legitur εὐτεῦθεν.

(56) Πρὸς γῆν. Suspicor legendum πρὸς αὐγήν. Sic truncant librarii modo initia modo fines vocum. Redit mihi in mentem locus Aristæneti, ubi pariter vocabuli finis neglectus illum obscurum reddit, lib. I. Epist. 15, pag. 102 : Ἥρωτος δὲ φανέντος, γέγονε, ῥίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ, προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἧτταν. Corrigunt viri docti ἑκοντὶ aut ἀκονιτὶ, sed vereor ne locus in graviori mendo cubet ; forte legendum καὶ τῇ δεξιᾷ ἀκόντιον προανατείνας. Interdum nimis liberaliter litteram addidere librarii. Plutarchus *De fluminibus* pag. 59 ed. Maussaci, de lapide clitoride : Ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις. Sic edidit Maussacus, corrigo, ἐν τοῖς ὠταρίοις. Favet codex ms. in quo legebatur Σωτάροις.

(57) Ἀναλυθείς. Suspectum mihi hoc verbum. Quomodo enim lemures dissolutus valet abigere? Neque additur in quonam liquido solvendus sit. Vereor ne quid desit, aut ne hoc verbum sit corruptum. Forte leg. ἀναρτηθείς, *suspensus*. Cæterum contrarium hanc gemmam facere tradit Marbodeus loc. cit. :

A collo suspensus onyx, digitove ligatus,
In somno lemures et tristia cuncta figurat,
Muliplicat lites, et commovet undique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere salivas.

Sic leguntur hi versus in editione Jani Cornarii. Pictorius in secundo vs. pro *figurat* edidit *repellit.* Quartus autem sic apud eum legitur ;

Dicitur in pueris multas augere salivas.

(58) Κάπρειρος. Vel ordo docet legendum esse Σάπφειρος, quod etiam virtutes ejus satis commenstrant. De sapphiro videndi Dioscorides lib. V, cap. 157, Plinius lib. XXXVII, cap. 9; Galenus lib. VIII. *De simplic. medic.*, p. m. 123 ; Marbodeus. cap. 53. Conf. Jo. Langii *Epist. medic.* lib. II, ep. 49, p. 719.

(59) Ἑλκώσεις. Dioscorides loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις. Marbodeus loc. cit.

Contritus lateri superillitus ulcera sanat.
Tollit et ex oculis sordes, et fronte dolores.

Ita edidit Pictorius. Cornarii editio ad mentem Pselli habet :

Contritus lacte et superillitus ulcera sanat.

(60) Γάλακτος. Cum lacte, vino, aceto vel etiam aqua hos lapides exhibebant. Emendemus hac occasione Orpheum *De lapid.*, p. 234, vs. 43 :

αἰὲν ἑταίρους,
Γινέμεναι νύμφαις ἐνὶ νηϊάδεσσι κέλευε.

Vertit interpres :

Semper amicos
Tuos inter nymphas Naiades versari jube.

At legendum πινέμεναι, non γινέμεναι.

(61) Δέ. Mallem γὰρ, et istud δὲ post ἑλκώσεις constituere.

(62) Πυρετοῖς. Marbodeus loc. cit. :
Scilicet ardorem refrigerat interiorem.

(63) Σαρδόνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 1 et 12 ; Solinus cap. 45, Marbodeus cap. 56.

(64) Λὐτή. Leg. Αὕτη.

(65) Μονόχρωος. At hoc verum nou est, et ipse auctor mox variegatam gemmam memorat. Parum sanus et hic locus mihi videtur. Forte aliquid excidit et locus sic suppleri posset : Ἔστι δὲ ἡ μὲν ποικίλη, ἡ δὲ μονόχρωος· καὶ ἡ μὲν ὀφθαλμῶν, κ. τ. λ.

(66) Διεζωσμένη. Vertit Maussacus, *et in modum zonæ cinctus*. Male. Verto, *et in cingulo gestatus*.

(67) Τὰς τῶν ἐμβ. Restitue τοὺς ὀλισθοὺς, id est lubricitates. MAUSSACUS.

(68) Μελαγχολικοός. Repone μελαγχολικοῖς. ID.

Ὁ σεληνήτης (69)· καλεῖται δὲ οὗτος (70), ὅτι ὀφθαλμὸν (71) οἷόν τινα (72) συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι (73) καὶ συμμειώσεσι (74) δείκνυται (75).

Selenetes ideo vocatur hic lapis, quia cum quemdam quasi oculum habeat, eum cum luna decrescere et augescere ostendit.

Ἡ σμάραγδος (76) πρασοειδής ἐστι καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καί τοι καὶ (77) τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος. Γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος, καὶ Περσὶς καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς· αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντικοῖς (78) βοηθεῖ· πινομένη (79) δὲ μεθ' ὕδατος αἵματος ἐπέχει ῥοάς.

Smaragdus prasineus est et paulatim accedens ad auri colorem, licet semper glauci aliquid proferat. Progenerant autem hunc Æthiopia et Ægyptus et Persis et quidam Atticæ montes. Cum aqua impositus ut cataplasma leprosos adjuvat, et si cum aqua etiam bibatur, retinet fluxum sanguinis.

Ὑάκινθος (80). Τοῦτον τίκτει μὲν Ἰνδία· ἔστι δὲ θαλαττόχρωος· ἰᾶται δὲ πνευματώσεις (81) καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαν δὲ (82) παύει σὺν ὄξει ποθείς.

Hyacinthus. Hunc India gignit, est autem marini coloris, et tusses rupturasque ac melancholiam cessare facit, si cum aceto bibatur.

NOTÆ.

(69) Σεληνήτης. Leg. Σεληνίτης. Dioscorides lib. v, cap. 159; Plinius lib. XXXVII *H. N.*, cap. 10; Marbodeus Gallus cap. 31.

(70) Οὗτος. Leg. οὕτως. Verba δὲ οὕτως et sequens τοῦτον omisit cl. Salmasius *De homon. Hyl. Jatr.*, cap. 119, p. 220, ubi de hoc lapide agit et hunc Pselli locum citat.

(71) Ὀφθαλμῶν. Melius ὀφθαλμὸν, ut restituimus. Post σμάραγδος ordo alphabeticus requirit ut statim sequatur τοπάζιον. Sed ms. codex hunc lapidem in ultimum locum rejecit, nos ordinem non mutavimus. MAUSSACUS.

(72) Τινά. Quivis facile videt post τινὰ excidisse ἔχων. Recordor hic loci alicujus Xenophontis Ephesii, ubi similiter verbum omissum est lib. II, p. 23: Ἡ δὲ Ἀνθία — εἶπεν. Ταχέως δὲ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα. Videtur deesse ἐπιλαθέσθαι, qua locutione iterum utitur lib. v, p. 86: Ἦ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαθέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ.

(73) Αὐξήσεσι. Testantur hoc auctores modo laudati. Marbodeus l. c.:

Nec Selenitem fas est omnino taceri,
Quæ velut herba virens et jaspidis æmula gemma,
Lunares motus et menstrua tempora servat,
Crescit enim luna crescente, minorque minuta
Efficitur, tanquam cælestibus anxia damnis;
Idcirco sanctus lapis a plerisque vocatur.

(74) Σημειώσεσι. Legendum est συμμειώσεσι. MAUSSACUS.

(75) Δείκνυται. Mutilum procul dubio hoc caput. Nihil enim de viribus hujus lapidis refert, cujus tamen plures ab auctoribus celebrantur. Marbodeus l. c.:

Dicitur esse potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam phtisicos juvare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunæ,
Nec minus et toto per decrementa fluentis
Effectus miros et commoda plurima præstat.
Hanc autem gemmam memorant in Perside nasci.

Nonnus *Dionysiac.* lib. XXXII, p. m. 527:

Εἶχε δὲ πέτρον ἐκεῖνον, ὃς ἀνέρας εἰς πόθον ἕλκει,
Οὔνομα φαιδρὸν ἔχοντα ποθοβλήτοιο σελήνης.

(76) Σμάραγδος. Vid. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap. v, et Marbodeus cap. LIV. Glossæ mss. Marciani Capellæ, quas mihi utendas dedit vir nobilissimus Arthurus Freeman: *Smaragdus gemma est viridissima super omnes herbas et frondes, inde nomen assumens quod amara est. Omne enim viride amarum. Datur cancro hæc gemma.*

(77) Καί τοι καί. Leg. καί τι καί. Familiare librariis ut οι et ι permutent. Hinc apud Demetrium Pepag. c. XXXIX, ποιεῖν pro πιεῖν legabatur. Idem error occurrit apud Synesium ms. *De febribus*. Locum prout in ms. legitur hic adponam: Ἐὰν δὲ ἴδῃ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς νόσου ὅτι χρίζ ἡ φύσις εἰς τὸ καὶ νόσαι τὴν ἥλην καὶ ταυτ καινεῖν. Χρὴ ποιεῖν τὸ ἀποθλιβὲν τῶν ὀξυφηνικῶν ἢ τῶν δαμασκήνων καὶ ζέζυφον. Monstra verborum, qualia plurima in isto codice, alit hic locus, eum sic refingerem: Ἐὰν δὲ ἴδῃς α. τ. α. τ. ν. ὅτι χρήζει ἡ φ. ε. τὸ κενῶσαι τὴν ὕλην, δεῖ ταύτην κινεῖν aut κενοῦν. Χρὴ πιεῖν τ. α. τ. ὀξυφοινικῶν ἢ τ. δ. κ. ζιζύφων.

(78) Ἐλεφαντικοῖς. Illorum qui elephantiasti laborant conditionem, graphice describit Aretæus Cappadox, lib. II, c. 13, quem vide. Dicitur hic morbus Græcis recentioribus κελεφίασις. Vid. du Gange *Glossarium* in Append. Nonus cap. 232: Ἐλέφας λέγεται, ὅπερ λέγουσι οἱ ἰδιῶται κελεφίασιν.

(79) Πινομένη. Hanc gemmam præterea collo appensam, contra febrem hemitritæam valere auctor est Q. Seren. Sam. p. 31:

Coralium vero si collo nectere velles
Ne dubites illi virides miscere smaragdos:
Talia languenti conducent vincula collo,
Lethalesque abigent (miranda potentia) morbos.

Vires ejus omnes recenset Habdarrhamanus tractatu III, *De Gemmis*, cap. 3: *Imprimis præsentem affert venenis et serpentum morsibus medelam, nam potus ad pondus octo granorum hordei non solum eximit a morte eum qui venenum hausit, verum etiam impedit ne ejus decidant capilli aut pellis exuatur. Oculorum abigit caliginationes, et visum acuit, si frequentius illum patiens contemplabitur. Qui appensum gestat smaragdum, aut se eo sæpius consignat, ab epilepsia immunis erit: hinc præceperant medici, ut natis regum appenderetur. Appensus item, vel potus fluxui sanguinis strenue medetur. Smaragdum si intueatur vipera, illico oculi ejus lacrymantur. Ejus scobs epota lepram curat.*

(80) Ὑάκινθος. De hac gemma consulendi Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap. 9, et Marbodeus Gallus cap. 15. Glossæ mss. Marciani Capellæ: *Jacintus lapis est cæruleus mirabilis, aliquando nebulosus, aliquando purus ut fluctus, et est lucis purpureæ. Qui lapis tribuitur scorpioni propter nebulosum colorem.*

(80*) Ἴνδων. Legi debet vel Ἰνδῶν γῆ, vel Ἰνδία. Membrana habet simpliciter Ἰνδῶν. MAUSSACUS.

(81) Πνευματώσεις. Vertit Maussacus *tusses*. Male. Vertend. *inflationes*.

(82) Δέ. Malim τέ. Plures præterea memorantur ab auctoribus virtutes hujus gemmæ. Sic ferunt eum gestantem a fulgure defendere, contra cujus ictus plura excogitavit veterum solertia. Refert Nonus cap. 259, p. 294, imperatores in navibus secum habuisse pelles phocarum aut hyænæ, quæ illos a fulgure tutarentur: Ταῦτα ἀποτρέπουσι κεραυνούς· καὶ βολβοὶ πλησίον κείμενοι, ἢ φώκης δέρμα, ἢ ὑαίνης· τούτων δὲ τῶν ζώων τὰς δορὰς περιφέρουσι καὶ τὰ τῶν αὐτοκρατόρων πλοῖα.

unus est qui ferrum attrahit, alter qui rejicit, lacte vero dissolutus visus acuitatem præbet, et melancholiam sanat.

Onyx maximus est, adeo ut Indi lectorum pedes ex eo tornent. Sublatus in terram omnem recipit colorem, aut carbunculi rutilum, aut nigrum aut carneum. Dissolutus vero phantasmata nocturna abigit et dentibus fluxione laborantibus attritus prodest.

Caprirus fronti appositus oculorum fluxiones sistit, ulceribus medetur si cum lacte bibatur, exsiccat autem et stypticus est sive astrictorius, et febribus acutis contrarius.

Sardonyx. Mediam habet hic lapis lineam albam, unicolor autem est, et oculorum sedat fluxiones, et in modum zonæ cinctus infantium in utero casus cohibet, qui vero variegatus est melancholicis prodest, si appendatur.

ἀνόμαλος, καὶ ὁ μὲν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει· ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδορκίαν (53) ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἰᾶται (54).

Ὁ ὄνυξ (55) εὐμεγέθης ἐστὶ, ὥστε τοὺς Ἰνδοὺς πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν (56) παντοίαν ἀναφέρει χροιὰν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ· ἀναλυθεὶς (57) δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδοῦσί τε ῥευματιζομένοις πατριβόμενος ὠφελεῖ.

Ὁ κάπρειρος (58) ἵστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθείς· ἑλκώσεις (59) ἰᾶται ποθεὶς μετὰ γάλακτος (60), ξηραντικὸς δὲ (61) ἐστιν καὶ στυπτικὸς καὶ πυρετοῖς (62) ὀξέσιν ἀντίθετος.

Σάρδόνυξ (63). Ἡ λίθος αὐτὴ (64) μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρωος (65)· ὀφθαλμῶν ἵστησι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη (66) τοὺς τῶν ἐμβρύων (67) ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοῖς (68) ἐξαρτωμένη.

NOTÆ.

De simp. med. p. m, 123, Orpheus *De lapid.* p. 208, Marbodeus cap. 43. Unde dictus hic lapis docet Lucretius lib. VI, vs. 907 :

Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Attamen a Magnete inventore eum sic vocatum vult Plinius loc. cit. Etiam Ἡράκλεια λίθος dicitur. Teophylactus Simoc. *Quæst.* IV, p. 7 : Ἡ μαγνῆτις, ἣν καὶ Ἡράκλειαν λίθον φασὶ, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρῶμεν τὴν ἐνέργειαν προβαλλομένην τὴν λίθον. Quæ sequuntur apud Theophylactum corrupta sunt, quæ hic simul emendabimus : Ἐπεὶ δ' ἂν οὐκ ἐξικνοῦνται, ἔστιν ὅτε οἱ ταύτης πρὸς τὸν ἄῤῥενα κλάδοι, σοφόν τι παλαμῶνται ταύτῃ οἱ φυτουργοὶ πρὸς τὸν ἔρωτα. Verba ἔστιν ὅτε male ibi esse collocata vidit jam Kimedoncius qui proinde corrigit ἐξικνοῦντες ἔστιν οἱ. Sed nihil mutandum, verba leviter transposita, restitue ἐξικνοῦνται οἱ ταύτης — κλάδοι, ἔστιν ὅτε σοφόν, κ. τ. λ.

(53) Ὀξυδορκίαν. Quis non videt legendum ὀξυδερκίαν? MUSSACUS.

(54) Ἰᾶται. Arthriticis præterea hunc lapidem prodesse testatur Alexander Trallianus lib. XI, p. 656 : καὶ ἡ μαγνῆτις δὲ λίθος φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ὀδύνας.

(55) Ὄνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 6, Marbodeus cap. 9. Pro ἐντεῦθεν in Maussaci editione typographorum incuria legitur εὐτεῦθεν.

(56) Πρὸς γῆν. Suspicor legendum πρὸς αὐγήν. Sic truncant librarii modo initia modo fines vocum. Redit mihi in mentem locus Aristæneti, ubi pariter vocabuli finis neglectus illum obscurum reddit, lib. I. Epist. 15, pag. 102 : Ἥρωτος δὲ φανέντος, γέγονε, ῥίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ, προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἧτταν. Corrigunt viri docti ἑκοντὶ aut ἀκονιτὶ, sed vereor ne locus in graviori mendo cubet; forte legendum καὶ τῇ δεξιᾷ ἀκόντιον προανατείνας. Interdum nimis liberaliter litteram addidere librarii. Plutarchus *De fluminibus* pag. 59 ed. Maussaci, de lapide clitoride : Ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις. Sic edidit Maussacus, corrigo, ἐν τοῖς ὠταρίοις. Favet codex ms. in quo legebatur Σωτάροις.

(57) Ἀναλυθείς. Suspectum mihi hoc verbum. Quomodo enim lemures dissolutus valet abigere? Neque additur in quonam liquido solvendus sit. Vereor ne quid desit, aut ne hoc verbum sit corruptum. Forte leg. ἀναρτηθείς, *suspensus*. Cæterum contrarium hanc gemmam facere tradit Marbodeus loc. cit. :

A collo suspensus onyx, digitove ligatus,
In somno lemures et tristia cuncta figurat,
Muliplicat lites, et commovet undique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere salivas.

Sic leguntur hi versus in editione Jani Cornarii. Pictorius in secundo vs. pro *figurat* edidit *repellit*. Quartus autem sic apud eum legitur;

Dicitur in pueris multas augere salivas.

(58) Κάπρειρος. Vel ordo docet legendum esse Σάπφειρος, quod etiam virtutes ejus satis commonstrant. De sapphiro videndi Dioscorides lib. v, cap. 157, Plinius lib. XXXVII, cap. 9; Galenus lib. VIII. *De simplic. medic.*, p. m. 123; Marbodeus. cap. 53. Conf. Jo. Langii *Epist. medic.* lib. II, ep. 49, p. 719.

(59) Ἑλκώσεις. Dioscorides loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις. Marbodeus loc. cit.

Contritus lateri superillitus ulcera sanat.
Tollit et ex oculis sordes, et fronte dolores.

Ita edidit Pictorius. Cornarii editio ad mentem Pselli habet :

Contritus lacte et superillitus ulcera sanat.

(60) Γάλακτος. Cum lacte, vino, aceto vel etiam aqua hos lapides exhibebant. Emendemus hac occasione Orpheum *De lapid.*, p. 234, vs. 43 :

αἰὲν ἑταίρους,
Γινέμεναι νύμφαις ἐνὶ νηϊάδεσσι κέλευε.

Vertit interpres :

Semper amicos
Tuos inter nymphas Naiades versari jube.

At legendum πινέμεναι, non γινέμεναι.

(61) Δέ. Mallem γὰρ, et istud δὲ post ἑλκώσεις constituere.

(62) Πυρετοῖς. Marbodeus loc. cit. :
Scilicet ardorem refrigerat interiorem.

(63) Σαρδόνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 1 et 12; Solinus cap. 45, Marbodeus cap. 56.

(64) Αὐτή. Leg. Αὕτη.

(65) Μονόχρωος. At hoc verum non est, et ipse auctor mox variegatam gemmam memorat. Parum sanus et hic locus mihi videtur. Forte aliquid excidit et locus sic suppleri posset : Ἔστι δὲ ἡ μὲν ποικίλη, ἡ δὲ μονόχρωος· καὶ ἡ μὲν ὀφθαλμῶν, κ. τ. λ.

(66) Διεζωσμένη. Vertit Maussacus, *et in modum zonæ cinctus*. Male. Verto, *et in cingulo gestatus.*

(67) Τὰς τῶν ἐμβ. Restitue τοὺς ὀλισθοὺς, id est lubricitates. MAUSSACUS.

(68) Μελαγχολικοὺς. Repone μελαγχολικοῖς. ID.

Ὁ σεληνήτης (69)· καλεῖται δὲ οὗτος (70), ὅτι ὀφθαλμὸν (71) οἷόν τινα (72) συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι (73) καὶ συμμειώσεσι (74) δείκνυται (75).

Ἡ σμάραγδος (76) πρασ[…]ιδής ἐστι καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καί τοι καὶ (77) τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος. Γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος, καὶ Περσὶς καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς· αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντικοῖς (78) βοηθεῖ· πινομένη (79) δὲ μεθ' ὕδατος αἵματος ἐπέχει ῥοάς.

Ὑάκινθος (80). Τοῦτον τίκτει μὲν Ἰνδία· ἔστι δὲ θαλαττόχρωος· ἰᾶται δὲ πνευματώσεις (81) καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαν δὲ (82) παύει σὺν ὄξει ποθείς.

Selenetes ideo vocatur hic lapis, quia cum quemdam quasi oculum habeat, eum cum luna decrescere et augescere ostendit.

Smaragdus prasineus est et paulatim accedens ad auri colorem, licet semper glauci aliquid proferat. Progenerant autem hunc Æthiopia et Ægyptus et Persis et quidam Atticæ montes. Cum aqua impositus ut cataplasma leprosos adjuvat, et si cum aqua etiam bibatur, retinet fluxum sanguinis.

Hyacinthus. Hunc India gignit, est autem marini coloris, et tusses rupturasque ac melancholiam cessare facit, si cum aceto bibatur.

NOTÆ.

(69) Σεληνήτης. Leg. Σεληνίτης. Dioscorides lib. v, cap. 159; Plinius lib. xxxvii *H. N.*, cap. 10; Marbodeus Gallus cap. 31.

(70) Οὗτος. Leg. οὕτως. Verba δὲ οὕτως et sequens τοῦτον omisit cl. Salmasius *De homon. Hyl. Jatr.*, cap. 119, p. 220, ubi de hoc lapide agit et hunc Pselli locum citat.

(71) Ὀφθαλμῶν. Melius ὀφθαλμὸν, ut restituimus. Post σμάραγδος ordo alphabeticus requirit ut statim sequatur τοπάζιον. Sed ms. codex hunc lapidem in ultimum locum rejecit, nos ordinem non mutavimus. MAUSSACUS.

(72) Τινά. Quivis facile videt post τινὰ excidisse ἔχων. Recordor hic loci alicujus Xenophontis Ephesii, ubi similiter verbum omissum est lib. II, p. 23: Ἡ δὲ Ἀνθία — εἶπεν. Ταχέως δὲ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα. Videtur deesse ἐπιλαθέσθαι, qua locutione iterum utitur lib. v, p. 86: Ἤ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαθέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ.

(73) Αὐξήσεσι. Testantur hoc auctores modo laudati. Marbodeus l. c.:

Nec Selenitem fas est omnino taceri,
Quæ velut herba virens et jaspidis æmula gemma,
Lunares motus et menstrua tempora servat,
Crescit enim luna crescente, minorque minuta
Efficitur, tanquam cœlestibus anxia damnis;
Idcirco sanctus lapis a plerisque vocatur.

(74) Σημειώσεσι. Legendum est συμμειώσεσι. MAUSSACUS.

(75) Δείκνυται. Mutilum procul dubio hoc caput. Nihil enim de viribus hujus lapidis refert, cujus tamen plures ab auctoribus celebrantur. Marbodeus l. c.:

Εἰ δέ τι κατανάλωσε τούτου τι περαιτέρω,
Εἰκότως ἀπολήψεται τοῦτο πρὸς τοῦ δεσπότου.
Ἀπείργεται δανείζεσθαι τῆς τῶν ὑπεξουσίων,
Μᾶλλον ἀξιωματικὸς, μόνος δ' ὁ κεκτημένος
Πεκούλιον δανείζεται, καὶ τοῦτο κατὰ νόμους.
Ἐπίτροπος ὀρφανικὸν οὐκ ἐξωνεῖται πρᾶγμα.
Διὰ μικρόν νι αἴτιον πρᾶσιν οὐκ ἀνανρέψεις.
Ὁ σῖτον ὠνησάμενος κανόνος δημοσίου,
Κεφαλικὴν ὑφίσταται, δέσποτα, τιμωρίαν.
Ὁ πράτης μὴ παραδιδοὺς ἀγοραστῇ τὸ πρᾶγμα,
Τὸ διαφέρον δίδωσι εἰκότως κατὰ νόμους.
Ἐν τῷ δικαστηρίῳ δὴ τῆς νομῆς, δέσποτά μου,
Διδοὺς ὁ πράτης τὸ διπλοῦν οὐκ ἀπαιτεῖται πλέον,
A Προφάσει τῶν ἐξ ἔθους πως τῇ πράσει γεγραμ-
[μένων.
Οἱ μετὰ τὸ συνάλλαγμα καρποὶ βεϐλαστηκότες,
Τῷ τὸν ἀγρὸν προσήκουσι πάντως ἠγορακότι.
Τοῦ πράγματος δι' ἄδικον ἀποσπασθέντος γνώμην,
Κατὰ τοῦ πράτου ἀγωγὴν ἀγοραστὴς οὐκ ἔχει·
Εἰ δέ τις τὸ ἀλλότριον ὡς εἰδὼς ἠγόρασεν,
Οὐδεποτε δι' εἴδησιν τοῦ πράγματος δεσπόσει·
Εἰ δέ τις ἐξωνήσεται ἀλλότριόν τι πρᾶγμα
Οὐκ εἰδὼς ὡς ἀλλότριον, ἐστὶ τὸ πεπραγμένον,
Αὐτὸς μὲν διὰ χρήσεως τοῦ πράγματος δεσπόσει,
Ὁ πεπρακὼς δ' ἐνέχεται δικαίως τῷ δεσπότῃ.
Εἰ δέ τις πρᾶγμα λήψεται ἐπί τινι αἰτίᾳ,
Πληρούτω τὴν ὑπόθεσιν (16) ἢ τὸ πρᾶγμα διδότω.
Ὁ τῷ ἐγκλήματι ληφθεὶς τῷ περὶ ἀδικίας,
B Οὐ δύναταί τι βεϐαιοῦν οἰκείᾳ μαρτυρίᾳ.
Ὁ ἀγοράσας δείκνυσι τὸν δοῦλον πεφευγότα,
Εἰ λέγει πρὸς τῆς πράσεως, οὕτω δοκοῦν τοῖς νό-
[μοις
Ἐπικράτεστερός ἐστιν ὁ κῆνσος τῶν μαρτύρων,
Οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος τοῦ χρέους μαρτυρία,
Εἴπερ τις ἀπὸ τῶν αὐτοῦ δεικνύει συμϐολαίων,
Τελευτησάντων δέ ποτε συμπάντων τῶν μαρτύρων
Αὐτοῦ τε ταϐελλίωνος σπγκρισις προϐαινέτω.
Ὅρκος ἐπιφερόμενος ἀμφισϐήτησιν τέμνει.
Ὁ μηδενὸς ἐπάγοντος ἀμνὺς οὐκ ὠφελεῖται.
Ὀμόσας δέ τις ἴδιον τὸ πραγμα πεφυκέναι,
Καὶ τοὺς καρποὺς εἰσπράξεται, καὶ γονὴν τῶν
θρεμμάτων.
Vers. 1211.

repetitionem non habet. Si quid natum est ex C equo et equa, dominus equæ fœtum habeat. Si primo bona fide emo solum, deinde alienum sciens in illo ædifico, sumptus ædificii non recipio, sed materiam sine injuria capere possum. Possessor agri evicti non capit fructus quos in illo sevit. Usumfructum habens præstat fusiones fisco. Qui jure habet alicujus domus usum, propriis sumptibus eam reficiat, sive tegulas illius instauret : si vero quid ultra sumptus insumpserit, solemniter a domino recipiat. Prohibetur Christi filiisfamilias etiam si in dignitate sint : illi enim solum qui peculium habent mutuari possunt secundum leges. Tutor rem pupillarem emere non potest. Ex parva causa venditionem ne subvertas. Frumentum vendens ex canone publico capitali pœnæ, o domine, D subjicitur. Si venditor rem emptori non tradiderit, convenienter secundum leges præstat, quod emptoris interest. In judicio possessionis, mi domine, venditor duplum solvens, amplius nihil præstat earum rerum nomine, quæ in venditione scribi solent. Post contractum fructus nati, competunt omnino emptori agri. Emptor cui per violentiam res empta ablata est, nullam habet actionem adversus venditorem. Qui rem alienam sciens emit,propter scientiam dominus rei non fit: qui vero emit rem alienam nesciens quod res vendita aliena sit, usu rei dominus sit, venditor autem domino obligatur.Si quis propter causam aliquam rem capiat, vel causam impleat, vel rem reddat, Damnatus crimine repetundarum non potest aliquid proprio testimonio firmare. Emptor probat fugitivum servum, si dicit quod ante venditionem erat fugitivus, sic placuit legibus. Census potior est testibus. Non est fide dignum de debito testimonium, si quis id probet suis instrumentis, cum omnes testes obierunt, sed prævaleat ipsius tabellionis comparatio. Jusjurandum delatum controversiam decidit. Qui nemine deferente juravit nihil profecit. Qui juravit rem suam esse, repetit fructus, et fœtus pecorum. Si quis juravit ex ea actione quæ duplum exigit, forte ex inficiatione, non dupli, sed simpli solum persecutionem habet : post juramentum vero agens principali actione duplum exigit, si sibi debitum esse probaverit. Nolens jurare, neque referre, tanquam ex confessione condemnatur. Si eum qui juramentum detulit pœnituerit, tanquam tute instructus sit aliis instrumentis, si deinde ponat secundo, non deferat iterum juramentum, o domine, atque illud

(16) Ὑπόσχεσιν.

Εἴ τις ἐξ ἀγωγῆς τινος διπλασιαζομένης,
Τυχὸν ὡς ἐξ ἀρνήσεως τὸν ὅρκον ἀποδώσει,
Οὐ τοῦ διπλοῦ τὸν εἴςπραξιν, ἀλλ' ἁπλοῦν μόνον ἔχει.
Μετὰ τὴν ὅρκον δὲ κινῶν τὴν ωρωτότυπον δίκην,
Ἀπαιτεῖ τὸ διπλάσιον τὸ χρέος ἀποδείξας.
Ὁ μήτ' ὀμνύναι βουληθεὶς μήθε μὴν ἀντεπάξαι,
Αὐτοθεν κατακρίνεται ὡς ἐξ ὁμολογίας.
Ὅρκον δέ τις ἐπενεγκὼν, εἰ μεταμεληθείη,
Ὡς εὐπορήσας ἀσφαλῶς ἄλλων δικαιωμάτων,
Εἴπερ ἐντοῦθεν ἡττηθῇ δεύτερον, ὅρκον πάλιν
Οὐκ ἐπενέγκοι, δεσποτα, καὶ τοῦτο προσηκόντως,
Μέχρι γὰρ ἀποφάσεως τὸν ὅρκον παραιτείσθω.
Οὐκ εὐχερὴς ἡ ζήτησίς ἐστιν ἐν δίκῃ ὅρκου.
Εἰ τόκον τις ὑπέρμετρον ἴσως ὁμολογήσει.
Παύεται τὸ παράνομον καὶ διδοῖ τὸ προσῆκον.
Τόκος μὴ χρεωστημένος εἰ πρὸ τοῦ κεφαλαίου,
Καταβληθῇ τῷ δανειστῇ τοῦ κεφαλαίου μέρος,
Εἰ δέ γε καταβάλλει τις ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ
Πάντως ἀναλαμβάνεται, δόξαν οὕτω τῷ νόμῳ.
Οἱ κατὰ μέρος τόκοι δὲ διδόμενοι τοῦ χρέους,
Καλῶς οὐχ ὑπερβαίνουσι τοῦ διπλοῦ περαιτέρω.
Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος,
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.
Ὡς κληρονόμοσ δέ τις δοὺς ὁ μὴ ὢν κληρονόμος.
Ἀναλαμβάνει τὸ δοθὲν δικαίως Στεφήφορε.
Ἡ προὶξ οὐχὶ δημεύεται συζύγου δημευθέντος.
Ἐπίτροπος καὶ φροντιστῆς ἄμφω καταβαλόντες,
Οὐδὲν ἀναλαμβάνουσι τῶν καταβεβλημένων,
Ἂν ὁ χρεώστησ ἄτοκον ἴσως ἔχῃ τὸ χρέος.

A Παρακρατεῖν ὁ δανειστὴς ἐκ τῶν καρπῶν ἰσχύει,
Καὶ τοῦτο πράττει προχωρῶς ἄχρι νομίμου τόκου
Εἰ δ' ἴσως τὸ ἐνέχυρον πολοῦντος δημοσίου,
Καθεύδει πῶς ὁ δανειστὴς, ἀπόλλυοι τὸ πρᾶγμα.
Ὁ δαδειστὴς ἐνέχυρον μέλλων ἴσως πιπράσκειν,
Δῆλον τὸ βουλευόμενον ποιείτω τῷ χρεώστῃ.
Ὁ πενθερὸς καὶ πενθερὰ τῷ μνηστεύσαντι κόρην
Διδόντες οὐ λαμβάνουσι τοῦ γάμοκ λυομένου.
Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.
Εἰ γάμον τις ἀθέμιτον ποιήσει παρὰ νόμον,
Ἔκπτωσιν κατακρίνεται τῶν οἰκείων πραγμάτων,
Εἰ μή που γέγονε πατὴρ ἐκ γάμων πρὶν νομίμων.
Αὐτεξουσίου γαμετῆς τοῦ γάμου λυομένου,
B Εὐθὺς ἀποκαθίσταται, οὕτω δοκοῦν τοῖς νόμοις·
Οὐδ' ἔστιν ὑπεξούσιος ταύτῃ δ' ἡ προὶξ πατρόθεν,
Αὐτῆς τε καὶ τοῦ φύσαντος κοινὴ καθίσταταί πως.
Δίδοται προὶξ τῇ γυναικὶ καὶ συνεστῶτος γάμου,
Ἐπὶ τῷ δοτναι δανεισταῖς ἢ ἀγροὺς ἀγοράσαι,
Ἢ ὥς τε προνοήσασθαι παίδων ἑτέρου γάμου.
Διαίρεσις δὲ πέφυκεν αὕτη δαπανημάτων,
Τὰ μὲν ὡς ἀναγκαῖα γὰρ, τὰ δὲ καὶ διὰ κέρδος,
Τὰ δὲ πρὸς τέρψιν πέφυκεν ἐκδεδαπανημένα.
Τῶν ἀναγκαίων πέφυκεν ὁ μόλος (17) τῆς θαλάσσης,
Ποιῆσαί τε νεόφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.
Διακερδᾷ τὸν πράττοντα βελτίονα τὸν προῖκα,
Ὁποῖον τὸ νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον.

convenienter, usque ad sententiam juramentum revocetur. Non facilis est quæstio de juramento in litem. Si quis forte usuras supra modum confessus est, cessat exactio ejus quod est contra legem, quod vero legitimum est solvitur. Usuræ indebitæ si ante sortem solutæ sint creditori, partem sortis faciant : si vero quis solvit post sortem, omnino repetat, sic visum legi. Usuræ debiti particulatim solutæ duplum recte non excedunt. Mortis causa alicui donans, convalescens repetit illico quod dedit, cum fructibus, fœtibus, et accessionibus. Qui non est hæres, tanquam hæres aliquid solvens, repetit solutum, o imp. Dos ne publicetur, mariti bonis publicatis. Tutor et curator solventes, nihil ex solutis repetunt. Si debitor sine usuris debitum habeat, potest creditor ex fructibus retinere, et illud faciet commode usque ad legitimas usuras. Si cum fiscus pignus distrahit, creditor silet, rem remisit. Creditor volens pignus distrahere, manifestam faciat suam voluntatem debitori. Socer et soc us sponso puellæ aliquid dantes, soluto matrimonio non repetunt. Mutua affectio nuptias perficit sine accessione dotalium instrumentorum, nisi protospa-

C tharius, vel superioris dignitatis sit. Si quis contra legem nefarias nuptias contraxerit, propriarum rerum jacturam patiatur, nisi ex prioribus legitimis nuptiis pater factus sit. Mulieris emancipatæ soluto matrimonio dos recte restituatur, sic placet enim legibus : si vero illa in potestate sit, et dos a patre profecta fuerit, communis est patris et filiæ repetitio. Datur dos mulieri etiam constante matrimonio, ut det creditoribus, agros emat, vel ut liberis ex alio matrimonio prospiciat. Divisio impensarum hæc est, quædam ut necessariæ, quædam propter lucrum, aliæ propter voluntatem insumptæ sunt : necessariæ, moles in mare projecta, inserere novas vites et arbores, et ad usum agri seminarium facere : utiles meliorem dotem
D faciunt, quales sunt novelleta et pistrinum : quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur; idem circa voluptuarias. Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum. Maritus æstimatam dotem accipiens, res dotales non videtur accipere, sed solum capit rerum æstimationem, quam præstat soluto matrimonio. Mater filiæ, ut legibus placuit, non cogitur dotem dare. Mulier potest etiam adhuc constante matrimonio,

(17) Μώλως.

A ῞Α προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.
Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κινείτω δίκην,
'Αφαίρεσιν κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.
Προῖκα λαβὼν ὁ σύζυγος διατετιμημένην,
Οὐχὶ τὰ πράγματα δοκεῖ λαμβάνειν τὰ προικῷα,
Μόνην δὲ διατίμησιν ὧν ἔλαβε πραγμάτων,
῟Ων τὴν τιμὴν εἰσπράττεται τοῦ γάμου λυομένου.
'Η μήτηρ ὑπὲρ θυγατρὸς, ὡς ἔδοξε τοῖς νόμοις,
Οὔ φασιν ἀναγκάζεται προῖκα ἐπιδιδόναι.
Γυνὴ τῶν γάμων δύναται ἔτι συνισταμένων,
Βλέπουσά πως τὸν σύζυγον ἄπορον πεφυκότα
῾Ως ἐνυπόθηκον κρατεῖν τὴν ἐκείνου οὐσίαν,
Οὐ μόνως ὑπὲρ τῆς προικὸς, ἀλλὰ καὶ ἐξωπροίκων,
῾Υπὲρ προγαμιαίων τε δικαίων δωρημάτων.
Οὐχὶ συναίνεσις πατρὸς, ἀλλὰ νόμιμος πρᾶξις,
Τῆς ὑπεξουσιότητος ἐλευθεροῖ τὸν παῖδα·
Εἰ δέ τις ἔχων φυσικοὺς παῖδάς τε καὶ νομίμους,
Καὶ τῆς τῶν φυσικῶν υἱῶν ἔτι ζώσης μητέρος,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτῆς παισὶ πρὸς δὲ καὶ τῇ τεκούσῃ,
Οὐ δύναται καταλιπεῖν πλέον μιᾶς οὐγγίας,
Παίδων δ' οὐκ ὄντων φυσικῶν, ἡ συνοικοῦσα μόνως,
'Εχέτω ἡμιούγγιον τῶν ἐκείνου πραγμάτων,
Εἰδ' οὔτε παῖδας ἔχοι τις ἐννόμους ἢ γονέας,
Διδότω πᾶν εἰ βούλεται τὸ μέτρον τῆς οὐσίας,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτοῦ παισὶν, οὐδεὶς γὰρ ὁ κωλύων.
Εἰ δ' ἀποθνήσκων ἔχοι τις τινὰς τῶν αὐτόντων,
Διδότω τὸν νόμιμον οὗτος αὐτοῖς μερίδα,
Τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς φυσικοῖς παισὶν ἀποκληρούτω.
Εὐνοῦχος, σπάδων δύναται υἱοθετεῖν καὶ μόνως,
Τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται καστράτοις καὶ θλιβίαις,
῾Ο γάρ τοι σπάδων δύναται παιδοποιῆσαι τάχα.
Εἴ τις ποιήσας πρότερον ἐννόμως διαθήκην,
Δευτέραν ἄλλην γράψειεν, ἡ πρώτη μὴ ῥηγνύσθω
Εἰ μή γε πρῶτον κυρωθῇ νομίμως ἡ δευτέρα.
Οὐ διατίθεται ἐτῶν ἧττων δεκατεσσάρων.
῾Ο μὴ διδοὺς τοῖς μάρτυσι πάροδον μαρτυρίας,
῾Υφίσταται τὴν ἔκπτωσιν τοῦ κλήρου παραυτίκα.
Τὰ παραχαραττόμενα ἢ ἀπαληλειμμένα,
Εἰ μὲν κατ' εἴδησίν εἰσι τοῦ διατιθεμένου,
῎Ακυρα πάντως πέφυκεν, εἰ δ' οὔ, ἐῤῥώσθω πάντα.
Αἱρετική τις ἔνστασις εἴ τις οὕτω συγγράφει,
'Εὰν αὐτὸς πεντήκοντα ἐτῶν ἀποβιώσω,
῾Ο Νικηφόρος ἔστω μου τοῦ βίου κληρονόμος.
Τί ἐστι φιδεκόμισσον ἐάν τις οὕτω εἴπῃ,
'Αποκατάστησον, υἱὲ, τῷ δεῖνι τόδε πρᾶγμα,
B Τὸ δέ γε φιδεκόμισσον τὸ καθ' ὁμάδα τοῦτο,
Πᾶσαν ἀποκατάστησον τὴν ἐμὴν τούτῳ κτῆσιν.
'Εν διαθήκῃ ἄχρηστον οὐδεὶς κληρονομίαν
'Εν κωδικέλλοις βεβαιοῖ, δόξαν οὕτω τῷ νόμῳ.
Πρὸ δὲ διατυπώσεως κωδίκελλοι γραφέντες,
Μετὰ τὴν διατύπωσιν εἰ μὴ βεβαιωθῶσιν,
Οὐδὲν ὅλως ἰσχύουσιν ὥσπερ ἠθετημένοι.
'Επίτροπος ἐπιτροπῆς παυθείσης διδοῖ τόκους,
Μέχρις ἂν ἐλλογιστεύθῃ τὰ τῆς ἐπιτροπίας.
'Επίτροπος ὠνούμενος, προσώπῳ παρενθέτῳ,
Οὐκ ἔχει τὴν ἐξώνησιν τοῖς νόμοις ἐῤῥωμένην.
Εἰ μὲν μετὰ προκάταρξιν τῆς κατὰ διαθήκης
Μέμψεως ἡ διάλυσις προβαίη κατὰ νόμους,
῎Εχε τὴν διατύπωσιν τελείως ἐῤῥωμένην.
῾Ο παρὰ γυναικός τινος υἱοθεσίαν ἔχων,
Καθ' ὧν αὐτὴ διέθετο κινεῖν οὐκ ἐξισχύει,

Vers. 1332

C si maritum inopem fieri videat, illius substantiam tanquam ex hypotheca sibi habere, non solum pro dote, sed etiam pro parapbernis et juribus donationum antenuptialium. Non patris consensus, sed actus legitimus, liberat filium a patria potestate. Si quis naturales liberos, et legitimos habeat, et naturalium liberorum mater adhuc vivat, ipsi matri et ejus naturalibus liberis, non potest relinquere ultra unam unciam : si vero non exsistant naturales liberi, sed solum concubina, illa rerum ejus dimidiam unciam habeto : si vero neque legitimos liberos, neque parentes habeat, omnem substantiam, si velit, filiis naturalibus det, nemo enim prohibet : si vero decedens aliquos ascendentium habeat, det illis legitimam partem, reliquum vero naturalibus liberis relinquat. Eunuchus et spado solum adoptare possunt, illud enim castratis et thlibiis prohibetur, nam spado potest forte liberos generare. Si quis legitime prius testamentum condiderit, et aliud secundum scripserit, prius ne rumpatur, nisi ante secundum jure robur obtineat. Minor quatuordecim annis testari non potest. Non dans testibus viaticum testimonii, illico jacturam hæreditatis sustinet. Quæ cancellata, vel deleta sunt, si quidem sciente testatore, omnino irrita sint : si vero secus omnia valeant. Institutio conditionalis est, si quis ita scribit : si ipse annorum quinquaginta moriar, Nicephorus mihi hæres esto. Fideicommissum est, si quis ita dixit, rem tali, fili, restituito. Universale vero fidei commissum est illud, omnem meam substantiam illi restituito. Inutiliter datam testamento hæreditatem, nemo codicillis confirmat, sic placuit legi. Codicilli scripti ante testamentum, nisi postea testamento confirmentur, penitus non valent, ac si scripti non essent. Tutor finita tutela dat usuras, quo usque tutelæ rationes reddiderit. Tutor emens rem pupillarem per interpositam personam non habet emptionem legibus roboratam. Licet post litis contestationem transactio super quærela de inofficioso facta secundum leges procedat testamentum tamen perfecte
D valeat. A muliere adoptatus contra ejus testamentum quærelam movere non potest. Tutor bonorum possessionem potest petere, nullo modo vero repudiare. Primus gradus non est generis ex latere, solus enim ille est eorum qui supra, et qui infra sunt : supra quidem parentes, infra liberi : amborum patris et filii primus est gradus : liberi præferuntur in successione : parentes vero potiores sunt illis qui ex latere veniunt, exceptis fratribus fratrumque filiis : illi quibus partes

Αἰτεῖν μὲν διακατοχὴν ἐπίτροπος ἰσχύει,
Ὑποῦσαν παραιτεῖσθαι δὲ οὐ δύναται κἂν ὅλως.
Πρῶτος βαθμὸς οὐ πέφυκε τοῦ ἐκ πλαγίου γένους,
Μόνος γὰρ οὗτος πέφυκε τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω,
Τῶν ἄνω μὲν οἱ φύσαντες, οἱ φύντες δὲ τῶν κάτω,
Ἀμφοῖν δὲ τέκνου καὶ πατρὸς ὄντος βαθμοῦ τοῦ [πρώτου,
Οἱ παῖδες προτετίμηνται εἰς τὴν κληρονομίαν,
Οἱ δὲ γονεῖς τυγχάνουσι πρῶτοι τῶν ἐκπλαγίου,
Ἐξῃρημένων ἀδελφῶν καὶ τῶν ἀδελφοπαίδων,
Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν εἰκότως.
Κεφαλικῷ ἡ ἔγκυος ἐγκαταδικασθεῖσα.
Ἐλεύθερον υἱὸν γεννᾷ, δόξαν οὕτω τοῖς νόμοις.
Θείου δικαίου πέφυκεν ἔνια τῶν πραγμάτων,
Ὡς ἱερά, καὶ μνήματα, καὶ πόρται, καὶ τειχία,
Ἄλλα δέ εἰσιν ἀνθρώπινα, ἃ δὴ καὶ τέμνων καλεῖ,
Τὰ μὲν ὡς ἰδιωτικά, τὰ δὲ δημόσιά πως,
Ταῦτα μὲν τῆς κοινωνήματος, τὰ πρῶτα τῶν καθ' [ἕνα.
Εἰς πόρνην δόσις ἄσεμνος ἔῤῥωται κατὰ νόμους,
Τὴν δ' ἐῤῥωμένην δωρεὰν, οὐδ' αὐτοκράτωρ παύει.
Πάντα μὲν χρησιμώτατα τὰ Λεόντος βιβλία.
Πολύχρηστον δὲ πέφυκε τούτων τὸ τελευταῖον,
Τῆς συγγενείας οἱ βαθμοὶ σταυρικῶς γεγραμμένοι,
Ἄνω καὶ κάτω, δέσποτα, διχόθεν δ' ἐκ πλαγίου,
Δηλώσουσί σοι τοὺς βαθμούς, τοὺς πρώτους, τοὺς [ἐσχάτους,
Κἂν οὕτως (17) παραγράφεις τούτοις ἄναξ, τὸν [στίχον,
Εὐσύνοπτον ποιήσει σοι τὴν γνῶσιν τῶν γραφέντων.
Μάθε καὶ τὸν ζητούμενον σήμερον πλέον νόμον.
Ὃν ὁ πρεσβύτης Ῥωμανὸς εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Οὕτως καὶ γὰρ ἐκώλυσε τὰς πράσεις τοῖς χωρήταις,
A Τὰς πρὸς μεγάλα πρόσωπα τὸ πρῶτον γινομένας,
Τούτοις γὰρ ἀπετείχισε μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων,
Χωρητικὴν ἀγροικικὴν ὅλως κτήσασθαι κτῆσιν,
Ἢ ἀγοραῖς ἢ δωρεαῖς ἢ καὶ κληροδοσίαις.
Ἀντιστροφὴ καὶ γὰρ αὐτοῖς ἀνάργυρος ἐτάχθη.
Καὶ τοῖς πωλῆσαι μέλλουσι τῶν χωριτῶν ἐνίων
Τὴν κτῆσιν τὴν ἀκίνητον ἣν ἔσχον ἐν χωρίοις,
Δέδωκεν εἰς ἐξώνησιν τοὺς συμπαρακειμένους,
Ὧν πρῶτον μὲν οἱ κείμενοι τῶν συγγενῶν πλησίον,
Μεθ' οὓς οἱ μόνον ἀναμὶξ τούτοις συμβεβλημένοι,
Καὶ μετ' αὐτοὺς ὁμοτελεῖς συμπαρατεθειμένοι,
Μεθ' οὓς οἱ μέρει συναπτοί· οὗτοι γὰρ τελεόταίων,
Τυγχάνουσι δ' ὁμοτελεῖς ὡς ἤρεσε τοῖς νόμοις,
Ὁμοῦ πάντες οἱ τῆς αὐτῆς ὑποταγῆς τυχόντες,
Κἂν διαφόρων ἔχωσι τελέσματα τοπίων.
Ὁ δὲ πορφυρογέννητος Βασίλειος δεσπότης,
B Τοῖς δυνατοῖς ἀπέκλεισε πᾶσαν ἰσχὺν τοῦ χρόνου,
Κἂν εἴποις τεσσαράκοντα, κἂν εἴποις δὶς τοσούτους,
Ἀπεῖπε δὲ τοῖς δυνατοῖς τιμὰς ἀναλαμβάνειν,
Ὧν ἴσως ἠγοράκασι ἐκ χωριτῶν τοπίων,
Τὸν νόμον δ' ἀντανέλυσε τοῦτον ἀπὸ τοῦ πάππου,
Τὴν πᾶσαν ἔχειν δύναμιν τῶν διηγορευμένων.
Εἰ δέ τινες τῶν χωριτῶν εὐκτήρια τελοῦντες
Κλήσεις ἐπιτεθήκασι τούτοις μοναστηρίων,
Κἐντεῦθεν ἐκπροφάσιστον ὁρμὴν ἐφευρηκότες,
Τῶν ἐπισκόπων ἔνιοι ἐκράτησε τὸν τόπον,
Ἐναίρεσιν ἡ νεαρὰ τούτων πάντων ποιεῖται,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὰς κτήσεις τοῖς χωρίταις.
Εἰ δ' ἴσως ἐπηυξήθησαν αἱ κτήσεις αἱ τοιαῦται,
Πολλοί τε ἀπεκάρησαν τῶν πεπλησιακότων,
Ἐπίδοσίς τις γέγονε τούτων τῶν εὐκτηρίων,
C Ὀκτὼ καὶ δέκα μοναχῶν τούτοις ἀποκαρέντων,
Τούτων οὐδὲν ἀνῄρητο καλῶς ὁ νομοθέτης.

Vers. 1394

abundant recte filii sunt. Prægnans ultimo supplicio damnata, liberum filium parit, ita placuit legibus. Nonnullæ res divini juris sunt, ut templa, monumenta, portæ, muri. Aliæ sunt humanæ, quæ ita dividuntur: quædam privatæ, quædam publicæ. Hæ sunt universitatis, primæ vero uniuscujusque. Meretrici facta inhonesta donatio secundum leges valet. Donationem recte factam neque imperator rescindit. Certe omnes Leonis libri multum utiles sunt, ultimus vero maxime utilis: nam in eo consanguinitatis gradus in modum crucis descripti sunt: supra, et infra. O domine, bipartito, et ex latere, demonstrabunt tibi gradus primos et ultimos, quos si quis, o rex, his versibus adscripserit, scriptorum notitiam in pulcherrimo compendio tibi dabit. Disce hodie, et audi perscrutantem legem quam senior Romanus vivens exposuit: Sic enim cohibuit venditiones a rusticis prius personis illustribus factas: illis usque ad ultimum prohibuit, prædia et agros, vel emptione, vel dotatione, vel successione acquirere, et restitutionem etiam non numerato pretio villanis statuit. Quod si vellent quidam rustici immobilem prædialem possessionem vendere, circumadjacentes ad emptionem vocavit: primum quidem positi sunt, cognati, deinde qui promiscue cum illis possessiones habet, et post illos qui eadem tributa pendentes circumpositi sunt, tandem qui pro parte vicini sunt, illi enim ultimi. Vocantur vero ὁμοτελεῖς, ut legibus placuit, qui simul ejusdem subjectionis sunt, licet pro diversis locis et fundis tri-
D buta pendant. At dominus Basilius in Porphyra natus, potentioribus omne temporis robur præclusit, sive annos quadraginta dicas, sive illos duplices: et prohibuit potentioribus recipere pretia agrorum quos a villanis emerunt: illam vero legem a proavo retexuit, edictorum omnem virtutem habituram. Si quidam rustici oratoria ædificantes, illis nomina monasteriorum imposuerunt, et deinde quidam episcopi specioso quodam impetu delati, locum in suam potestatem redigunt: illa omnia novella sustulit, et rursus possessiones rusticis reddit. Quod si auctæ sint illæ possessiones, cum multi vicini in illis tonsi sint, et donatio collata

(17) Εἴ τις.

Πρὸς τούτοις ἐδογμάτισεν ὑπὲρ τοῦ δημοσίου.
Ἵνα μὴ χρόνος κατ' αὐτοῦ τὸ σύνολον ἰσχύσῃ.
Ἐπεὶ δὲ νόμον εὕρατο τοὺς πρωτοσπαθαρίους,
Καὶ τοὺς ἄνω συγκλητικοὺς φονέας γινομένους,
Τὴν κόλασιν ὑφίστασθαι μόνην τῆς ἀτιμίας.
Ἕτερον αὐστηρότερον εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Τοὺς ἐκ μελέτης ἅπαντας φονέας δεδειγμένους,
Κἂν εἶεν τῶν συγκλητικῶν φονεύεσθαι δίκαιον.
A Ἀρκεῖ σοι ταῦτα, δέσποτα, τῶν νόμων εἰρημένα·
Τὰ μὲν γὰρ ἰδικώτερον τυγχάνει γεγραμμένα.
Τὰ δὲ κανονικώτερον ἐγράφη, στεφηφόρε.
Πάντων δ' ἡψάμην τῶν μερῶν, δέσποτα, τῶν νο-
[μίμων
Καί σοι συνοπτικώτατον βιβλίον εἰργασάμην,
Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, καὶ πρόχειρον εἰς γνῶσιν.
Vers. 1407

illis oratoriis sit, tonsis ibi octodecim monachis, nihil illorum recte sustulit legislator. Post hæc statuit de fisco, ne contra eum tempus ullum valeat. Dginde legem invenit, protospatharios et supra omnes patricios, homicidas, infamiæ solius pœnæ subjici. Aliam severiorem exposuit, omnes qui ex studio homicidæ probati fuerint, etiam si sint ex patriciis, justum esse occidi. Hæc legum dicta o domine, tibi sufficiant, quorum quædam proprie scripta, quædam regulariter delineata sunt, o imperator, quæ ex omnibus legum partibus, o domine, colligavi, et tibi compendiosissimum librum perfeci, ad comprehensionem paratum, et ad notitiam manuale.

FRANCISCI BOSQUETI

JURISCONSULTI

AD MICHAELIS PSELLI SYNOPSIM LEGUM BREVES NOTÆ, SEU LOCORUM JURIS AD HUJUS OPERIS LUCEM INDICES

Inscriptio hujus operis est diversa, nam in Bibliotheca Vaticana unus codex habet hanc inscriptionem, Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ εἰς τοὺς νόμους πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Ἀλέξιον ἐπιτομή. Alter vero, Σύνοψις ἐπίτομος τῶν νομικῶν κεφαλαίων πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκα. Ille incipit, Μέγα καὶ δυσθεώρητον· iste, Πολὺ καὶ, etc. Finis tamen, Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, etc.

Vers. 1, 4, 7. Anton. Augustinus in lib. De nominib. τοῦ Πανδέκτου primus hos versus edidit quibusdam immutatis, ut versu 14: Πανταδαπῶν χωρίων. Recte hic codex δοχεῖον, Harmenop. lib. I, tit. 1, c. 6: Ἃ καὶ Δίγεστα ἤτοι Πανδέκτην, ὡς πάντων δεικτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν. Quod spectat ad hujus Pandectes genus, cujus gratia hos versus protulit Augustinus, notavit ante Casaubon. ad Strabon. recte feminam a Latinis credi, quibus et χάρτης, charta, ejusdem sexus est.

Vers. 18. Justinian. in constit de confirm. Digest,: Τά τε γὰρ καλούμενα παρὰ πᾶσι πρῶτα ἐν τέσσαρσι ἀπεθέμεθα βιβλίοις. Et in Constit. *De rat. doc.*; Primam legum partem eis tradi sancimus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil est anterius, quia quod primum est aliud ante se habere non potest, Psellus autem forte hic accipit nomine priorum, universam Digestorum priorem collectionem, quæ ad quintam partem pertingit, quam intra centractuum omnium, natura explicatur: ideo versic. 19 primi quatuor Digestorum libri qui κυρίως πρῶτα sunt, priorum prima pars dicuntur. Aliquando volui legere, Περὶ διαταγμάτων a prætoris edicto quod hanc partem universam implet, et a quo Pandecten se auspicatum fuisse Justinianus testatur, dict. Conttit. *De rat. doc.*

Vers. 20 et seqq. Justinian. dict. constit.: Ἐφεξῆς τε νὰ *De judiciis* ἐν ἑτέρῳ ἑπτὰ καὶ τὰ *De rebus* οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ, etc.

Vers. 26. In dict. constit. Latin., quartus autem locus qui et totius compositionis quasi quoddam invenitur umbilicum, octo libros suscepit. Græc.: Τὸ δὲ ἐφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα καὶ μέσον ἐστὶ τοῦ παντὸς ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἐναπεθέμεθα. Et infra: Καὶ μεσαίτατον, ὡς εἴρηται, τοῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως, etc.: quæ me ducunt, ut legam hoc versu καθάπερ εἶτις ὄμφαλμός.

Vers. 28. Justinian. ibid.: Συνηγάγομεν εἰς ἐννέα βιολίων ἀριθμόν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν, etc·

Vers. 30. Sexta pars varia tractat, de quib. consule dictam Justin. constitut. Duo vero singulares libri qui id volumen, quod Neoterici Infortiatum vocant, concludunt recte, de variis gradibus inscribuntur, cum omnes fere eorum tituli in edicto successorio versentur. Ideo merito Justin. dict. constit., Καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγράψαντες τῷ βιβλίῳ, etc.

Vers. 38. Justin. dict. constit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt, pro delictis privatis et extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent severitatem pœnarumque atrocitatem.

Vers. 44. Harmenop. lib. I, tit. 1: Τὰ Δίγεστα καὶ τοὺς Κώδικας καὶ τῶν Ἰνστιτούτων ἤγουν τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν πολλά. Καὶ τὰς Νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν ὁμοῦ, καὶ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ἑξήκοντα, τὴν λεγομένην ἑξηκοντάβιβλον τελείως ἐπήρτησεν, etc. vide Attaliatam in Synopseos præfat.

Vers. 50. Harmenop. dict. tit.: Τὰ Ἰνστιτοῦτα, τουτέστιν τῶν νόμων εἰσαγωγήν, ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς τοὺς νόμους παιδευομένοις. Attaliata dicto loco: Τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν συντεμών, ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς νομοτριβουμένοις. Ex Justiano in Proœm. Instit. § 4: *Ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa;* Πάσης νομικῆς παιδεύσεως

ἐσομένας πρῶτα στοιχεῖα vertit Theophilus. Glossæ Basilic. Ἰνστιτούτων, εἰσαγωγικῶν νομίμων εἰσαγωγὴν νόμων.

Vers. 63. Indicat sine dubio Eustathium Antecessorem in lib. Περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ' ἐτῶν, ex quo multa decerpsisse intra videbimus. Notanda sane est inscriptio ejus libri hic a Psello relata, alia ab ea quæ vulgo editur, cujus primus titulus est Περὶ ῥοπῆς.

Vers. 66. Difficile est admodum e qua juris parte hæc priora collegerit Psellus advertere: nobis maxime Græcorum collectionibus destitutis, quales Μικρὸν, Πρόχειρα, et Ἐπιτομαί juris quæ sæpius κατὰ στοιχεῖον scribuntur. Videtur tamen decurrisse aliquam epitomen Institutionum instar compositam, ut suis locis notabimus, Hic autem versus explicat definitionem legis relatam a Papiniano lib. 1, Definit. l. I, D. *De legib.* sane Epitome τῆς ἑξαβίβλου quæ habetur in Bibliotheca Vaticana, tit. I, Περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, κεφαλ. α'. Νόμος ἐστὶ κοινὸν παράγγελμα ἀνδρῶν φρονίμων δόγμα, ex qua potuit hæc excerpere Psellus, et sequentia.

Vers. 72. Ea est mens Pselli, ut duplex statuat jus naturale, aliud quod omnibus animantibus commune sit, et quod naturale proprie vocetur, l. I, § *Jus naturale*, D. *De justit. et jur.*, aliud quod inter solos homines valeat, in bonorum nempe et malorum conscientia, de quo D. Paul. Epistol. ad Rom. cap. 2: Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων. Jus vero gentium esse quo gentes utantur secundum definitionem datam, d. l. I, § *ult.*; non tamen gentes omnes; sed eæ demum quæ ad aliquam rationis normam vivunt: quod Theophil. l. I, Instit., tit. 2: Νόμιμόν ἐστι τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἤγουν τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων ἐπεκτεινόμενον.

Vers. 79. Non aptior mihi visa est σχέσεως interpretatio, quam instinctus et appetitus; quid enim animantibus naturalius instinctu, quo veluti ratione, et, ut ait Plutarchus, quasi genio utuntur? Item autem quod ὁρμή Hesychio σχέσις. Ut animalia χρῶνται τῇ ὁρμῇ φυσικῶς ἀγούσῃ πρὸς τὸ φαινόμενον οἰκεῖον. Plutarch. adver. Colot.: Legere aliquando volui στέρξεως ut mutuum parentum et liberorum affectum significarem, eo enim juris naturalis exemplo utuntur Græci interpretes. Theophil. lib. I, tit. 2 Instit.: Καὶ τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς. Harmenopul. lib. I, tit. 1, hoc solum adducit, Οἷον τὸ τὰς μητέρας στέργειν τὰ γενόμενα ἐξ αὐτῶν.

Vers. 87. Apparet manifeste legendum esse τοπικὸν, non τε πικον. Theoph.: Τί ἐστι πολιτικὸν νόμιμον; Ὅπερ τοπικὸν καὶ χρειῶδες. Ex usu, utile videtur dixisse Harmenop.: Πολιτικὸς νόμος ἐστὶν ᾧτινι μία πόλις μόνη κέχρηται, διὰ τὸ συμφέρειν αὐτῇ.

Vers. 88. Non secutus est Papinianum l. II definit, ubi jus civile a prætorio distinguit, illiusque partes enumerat. Jus autem civile quod ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium, venit, Jus prætorium est, quod prætores induxerunt, etc. I, *Jus autem civile* VII *De just. et jur.*; quæ tamen confundit Justinianus *De jur. nat. gent. et civ.*, et sex partes juris scripti statuit; de quo et *Basilic.* lib. II, tit. cap. 14; Εἰσήχθη δὲ ἢ ἀπὸ Δωδεκαδέλτου, ἢ τῶν τῆς Θεσπισμάτων, ἢ τῶν βασιλικῶν δογμάτων, ἢ Τῆς νόμθεντίας τῶν σοφῶν. Καὶ τὸ πραιτώριον νόμιμον, ζῶσα φωνὴ τοῦ πολιτικοῦ ἐστι.

Vers. 91. Hic est institutionum juris, et edicti perpetui ordo, quem tamen versu sequenti invertit; quemadmodum et Attaliata, qui ipso in initio suæ Synopseos, tit. 4, Περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν tractavit. Quare venit in mentem ut existimem, Psellum, et eum e quo hos versus decerpsit ille, illa juris prolegomena de justitia et jure, de lege, etc. præmisisse, tum demum ab actionibus tanquam a præcipua juris, parte cœpisse. Porro ad hos versus vid. l. I et II, D. *De stat. hom.* et ul. l *De jur. nat. gent.* tit. 13, Μητέρες γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ vocat Psellus, δεσμοὺς, δικαίους. Justinianus, obligatio est juris vinculum, ἐνοχὴ, δεσμὸς δικαίου. Theoph.

Vers. 95. Vid. Instit. *De obligat.* § 2 *Caius litteris omisit* l. I, D. *Oblig. et act* Græci; Αἱ ἀπὸ συναλλάγματος ἄγωγαὶ, ἢ ἐν πράγματί εἰσιν, ἢ ἐν ἐπερωτήσει, ἢ συναινέσει, lib. LII *Basil.* tit. 1, cap. 1.

Vers. 96. Nescio ex quo juris capite hauserit Psellus obligationem quæ re contrahitur parere solum actiones reales. Id enim juri nostro manifestissime adversatur. Nam ple ræque personales actiones ab obligatione reali nascuntur, condictiones quidem mutui, et indebiti § 1 *quib. mo. contrah. oblig.* I num. Itaque legemus οὐδὲ μόνας.

Vers. 100. Exemplum est obligationis quæ litteris contrahitur, in exceptione non numeratæ pecuniæ, quam intra quinquennium opponere olim licebat, sed Justinianus biennio conclusit. I. *In contractib.* XIV. C. *De non num pec.* § ult., l. *De litter. obligat.* Quod autem versu 104 scribitur, referri debet ad id exemplum, nam, tacente debitore per biennium, ex illo silentio junctis litteris, quæ debitum continebant, litterarum obligatio nascitur: vel certe exceptionis ope tollenda silentio vires sumit, quæ jam oratione litterarum contracta erat. L. *Non figura litterarum* XXXVIII, D. *De oblig. et act.*

Vers. 107. Falsum est exacte loquendo quod hic Psellus profitetur; neque enim una actio aliam parit cum sola obligatio unica sit actionis mater. Multæ quidem ex una eademque obligatione actiones nascuntur (licet non semper omnibus agi possit) quæ tanquam germanæ sorores obligationis filiæ concurrunt; at nusquam earum alia alteram parit. Forte Psellus de obligationibus hic accipiendus: ita ut præcipuas ex obligatione natas actiones ἐν πλάτει pro ipsis obligationibus ponat: ut, cum ex ipso actu furtivo, actiones dupli et quadrupli, et condictiones, ex lege Aquilia multæ item actiones nascantur: ex ipsa furti et Aquiliæ actione, alias prodire dicat. Quod sane recto sermone efferri non potest, cum actu sive contractu, delicto vel quasi, pro diversis causarum figuris actiones diversæ ex ipsa obligatione, non invicem ex se ipsis emanent. Ex actu enim et contractu obligamur, ex obligatione multæ contra nos et nobis ob reciprocationem contractus actiones competunt.

Vers. 117. Contractum dixi secutus Ulpianum *l. Labeo* XIX D. *De verb. sign.* l. VII, § 2; D. *De pact.* hæc vero contractus definitio, et omni pactioni communis est, quæ duorum pluriumve in idem placitum consensus definitur l. I, § 2, D. *De pact.*

Vers. 132. Cum notissima sit actionis divisio, ut alia sit in rem quæ dicitur vindicatio, alia in personam quæ condictio. L. XXV, D. *De verb. oblig.*; et Psellus hic dicat ἐν ῥὲμ δὲ ἡ καθόλου certum est legendum Οὐινδίκτιτιος. *Basilic.* LII, tit. 1, cap. 3: Τῶν ἀγωγῶν β', γένη εἰσὶν, ἢ γὰρ ἐν ῥὲμ εἰσὶ, καὶ καλοῦνται Οὐινδικτίονες. Gloss. Basilic. in rem: Καθόλου ἤγουν ἡ διὰ πράγματος ἀγωγή. Scholion. Græc. citatum a Carolo Labbæo D. loc. Basilic. Οὐινδικτίων λέγεται ἡ ἐκδίκησις· Κονδικτίκιος δὲ ἡ ἀπαίτησις.

Vers. 143. Verum est quod generaliter dixit Psellus, duas ex stipulatu actiones, ex verborum obligatione nasci. Cum tamen super diversis rebus

stipulationes interponantur, e quibus actiones aliquando certo nomine insignitæ, aliquando nullo, sed sub generali nomine veniunt: hic recenset quasdam ex illis, ut hoc versu æstimatoriam quæ præscriptis verbis est actio. L. I, § I, D. *De æstimat. act.* Recte Gloss· Basilic.: Πραεσκρίπτις βέρδις ἡνίκα τι διαμιμησάμενος πρᾶγμα παρασχῶ σοι ἐπὶ ᾧ πωλῆσαι εἰπών, ἤ φέρε μοι εἰς τοῦτο τόσα νομίσματα, ἤ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.

Vers. 146. Alia actio nata ex verbis, damni infecti· de qua elegans est Glossa Basilica, quam ita verto. Damni infecti, videlicet de imminenti et futuro damno, est prætoria stipulatio, ex obligatione verborum nata, quæ personalis est, et transit contra hæredes, et ad hæredes. Monetur autem, quando vicini domus propter subeuntem putredinem casum minatur, si noluerit vicinus ejus curam habere, neque stipulari. Quod si contingat ex illa ruina me damno affici, ad illud damnum resarciendum mittor in possessionem ruinosæ domus. Illud igitur timens vicinus universarum ædium dominus, stipulationem illam interponit. Ergo si nolit vicinus stipulari, mittor in possessionem ad reparandam domum: et si intra quatuor menses sumptus recipio a vicino, decedo de possessione, si vero non recipio, dominus fio possessionis ex altero decreto. Legendum enim hic existimo, εἰ δὲ οὐκ, δεσπότης γίνομαι τῆς ἐξ ἑτέρου νόμης.

Vers. 149. Accipe de stipulationibus olim hæredem inter et eum cui restitui debebat hæreditas, positis, de quibus. Vide Justinian, I· *De fid. hæred.* et in *Basilic.* tit. Περὶ φιδεκομισσαρίων ἀνωγῶν ἀποκαταστάσεως Ἀποκαταστατική dicitur lib. XXVII. *Basilic.* tit. 7. cap. 41, et in Schol. Synops lib. XVIII, p. 186: Ἡ κινουμένη κατὰ τοῦ προαγέντος ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν.

Vers. 151. Legatorum absolute vocat satisdationem quæ legatariis ab hærede præstatur. Gloss. *Basil.* Λεγατόρουμ ἱκανοδοσίαν· Λεγατόρουμ, ὀνόματι λεγάτου. De qua tit. ut leg. vel fideic. nom. can. vulgaris vocatur l. *filiusf.* CXIV. D, *De l.* I.

Vers. 154· Νουάτιον legendum, quæ est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfusio atque translatio. Hoc est, cum ex precedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur. Novatio enim a novo nomen accepit. Gloss. Basilic.: Νοβάτιον· καινισμὸς καὶ μετάθεσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν, ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι, Νοβάτζιο δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς ἤτοι τῆς νέας ἐνοχῆς. Easdem Glossas emenda Νοβανδιάνδιμ. Lege Νοβάνδι ἄνιμο, ἀνανεοῦντος ψυχῇ.

Vers. 197. Si quem ordinem hac in Synopsi observare licet, putarim huic versui subnectendos esse versus 780 ad 794, quibus deinde conjungerem versus 812 usque ad 843, insertis versibus ·05 ad 812, donec rediret oratio ad versum 458, a quo κατὰ στοιχεῖον agere incipit de actionibus. Atque eo tractatu finito, in ordinem cogerem tractatum de temporibus versu 672, eoque acto ad hunc versum 198, retrogressus varias has regulas ex universo jure decerptas, una cum Novellarum regulis in unum colligerem usque ad versum 1078, a quo una linea ultima pars ad finem perducitur. At quia Græcorum interpretum penuria has in ambages nos detrudit, indigestos hos versus ita ut scripti sunt mendis solum manifestissimis liberabimus.

Vers. 205. Explicatio legis 202. D. *De reg. jur.* Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν· εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπονται corrige ἀνατρέπεται, lib. II. *Basilic.*, tit. 3, c. 194. Ita apud Harmenop. lib. VI, tit. 2, § 35.

Vers. 202. Est regulæ definitio, ex l. I, D. *De div. reg. jur.*

Vers. 206. Hi versus excerpti sunt ex Institutionibus quarum tituli perversum carminum ordinem demonstrabunt. Vide lib. I, tit. 1 et 2.

Vers. 210 § 1, § 2. I *De jur. person.*, quo titulo § ult. cum dixisset Justinian. in servorum conditione nulla est differentia; in liberis autem multæ. Ἔστιν οὖν ἄτομον ἡ δουλεία, ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων πολλὰς εὑρίσκομεν διαφοράς, ait Theoph. Inde sumpsit Psell. versum 212.

Vers. 214. Ex tit. *De ingenuis* I., § et e contrario, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ὁ γὰρ κυοφορούμενος οὐ βλαβήσεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιστάσης τὴν μητέρα. Theophil.; alio tamen induxerat ille e quo Psellus dicens στεροῦσα τῶν πατρῴων.

Vers. 215. Ex tit. *Qui et quib. ex caus. manum. non poss.*, et § ult. vers. 216 et 217. Hodie tamen et anno 14, in testamento manumittere minor potest: Ἄδειαν εἶναι τοῖς νέοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ᾧπερ ἔξεστιν αὐτοῖς διατίθεσθαι περὶ τῆς ἄλλης αὐτῶν περιουσίας καὶ τοὺς ἰδίους οἰκέτας τελευταίαις βουλήσεσιν ἐλευθεροῦν. Novelia 119 cap. 2.

Vers. 218. § *Si adversus* 12, *De nupt.* I. Versu 220, § *Edicto* 14, I. *De usu cap.* Vers. 223. § *Hæ mortis causa*, I. *De donat.* Vers, 226. § *Nam dotale*, I. *quib. alien. non lic.* Vers. 228, § *Nunc admonendi* 2, eod. tit. Versu 223 et seqq. tot. tit. *Per quas person. nob. acquir.* Reliquos versus percurre, et Institutionum locis, adapta, nullo servato titulorum ordine, nisi hos etiam versus velis invertere. Quædam tamen, raro licet, permista sunt ex diversis juris locis excerpta.

Vers. 235. Sunt ἰδικαὶ κτήσεις et καθ' ὁμάδα. § ult. I. *Per quas pers. nob acq.* Vers. 238 § ult. I. *De testam. ord.* Vers. 239, § 6 et seqq., I. eod. tit,, id est, eorum qui in eadem potestate sunt, nec in testamento testes esse possunt, nec alio in quovis negotio, in quo parentis vel suo aliqua utilitas versatur, l. *Qui testamento*, XX § *Quæ autem*, D. *Qui test. fac. poss.* Recte Harmenop.: Αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται, ὅταν δηλονότι μέλλῃ τικτᾶσθαι ὁ τὴν μαρτυρίαν προφέρων. Ex quo supplendum puto cap. 24, tit, 1, lib. XXI Synops. *Basilic.*

Vers. 249, § *si filiusf.*, I. eod. t., § 3 et seq., *De milit. test.* I: § 2, *Quib. non est perm. fac. testam.* Versu 243, § 1, I. *Quib, non est perm. fac. test.* Vers. 245, § *Præterea versic. filius.* eod. tit. Vers, 246 § *Emancipatus* 3, I. *De exhæreditat. liber*. Vers. 247, I. *De hæred. instit.* imp. Vers. 248, § *Hæreditas* 5, eod.t, Vers. 249: videtur erroneus hic versus. vers. 250, eod. § 5. *Versic.; neque enim ex parte*, I. *De hæred. institut.* Vers. 252, ex tit. de vulg. substit.; videtur autem subnectendus versui 254 vers. 285.

Vers. 255. Redit ad lib. I. *Institut.*, tit. *De nupt.* § 1 *Inter eas*, et § *Si adversis* 12. Vers. 257, § *Aliquando*, 13 I., eod. tit. Vers. 239, § 4. Vers item, non aliter. I. *de adoption.* A versu 221 ad 273 *ex tractat. de tutel. de suspecto* vers. 273 *accipe*, § 4. I. *De suspect. tut.*, et explica vers. 261 ex Novell. 22, cap. 40.

Vers. 274, § *Fere igitur.* 12 I. *De rer. divis.* Vers. 275 § *Est autem litus*, 3 I., *eod. tit.* Vers. 276. Theophil. § *Ripatum* 4, et § *Ex diverso*, 30 versic. Ἐκεῖνο, qui et canonem vocat. Vers. 277, ex tit. I *de servit.* Gloss. Basilic.: Ἄκτος ἡ πλατυτέρα ὁδος. Vers. 278, § *Quod autem*, 3 versic.: unde I. *de usucap.* Vers. 280, § *Posteriore* 2. I. *Quib. mob. test. infirm.* Vers. 281, *in princ.* tit. *De inoff. test.* I. *Ab hinc adversum* 365 Institutionum, et juris locis quæque adaptata: sufficiat ordinem demonstrasse in superioribus.

Vers. 365. Ad versum usque 477 ex Justiniani Novellis promiscue et ἀτάκτως diversas regulas colligit: ut vers. 366, Novell. in præfat., vers. 368. Novell. 18, cap. 4; vers. 369, *sine dubio* ex cap. 1. Novell. 1, quod et Glossa vulgaris notavit,

vers. 372. Novell. 22, cap. 22; vers. 373, Novell. 54 in præfat. et cap. 1; vers. 374 *passim* (*Vide* Novell. 22, cap. 41 in fin. et cap. 46, § 1): vers. 575, Novell. 22, cap. 3 et Novell. 117, cap. 3; versu 337, Novell. 88, cap. 2: nisi de magistratib. defensoribus accipere malis; vers. 374. Novell. 94 et alibi; vers. 380, Novell. 113, Ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους, etc.; versu, 377 Novell. 136, cap. 4. Τὸ μὴ προσήκειν ἀνεπερώτητον τρέχειν τόκον· vers. 379, Novell. 12. Περὶ ἀθεμιτογαμῶν. versu 385, forte legendum οὐ loco οἱ ex Novell. 124; vers. 386. Novell. 17, cap. 12; versu 388, ead. Novell. 17, cap. 9; vers. 389 et seqq., Novell. 134, cap. 10. Ad versum 407, vers. 402 ad 406, Novell. 118, cap. 21; vers. 413 et quod seqq., *vid.* Novell. de testibus 90; vers. 418 et seqq., ex Novell. *De exhib. et introduc. reis.* 53.

Vers. 436. Et illud apparet ex editione Latino-Græca Novellarum Justinian. in cujus margine sæpe scriptum ad Novellarum capita legitur, Οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ Βασιλικῷ· ut vers. 443 intelligit Novellas 24, 25 et seqq. *De præsidibus seu prætoribus diversarum provinciarum;* et versu 446. certum est legendum esse Περὶ ἐκκλήτων, ex Novell. 75. Περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας. Porro huic Novellarum tractatui, vellem subnectere Novellas Leonis, e quibus versus 843 ad 875 paucis exceptis, qui ex ipsis Novellis Justiniani excerpti sunt; quodque continuationem horum versuum demonstrat.

Vers. 458. Hic actionum propria tractatio incipit, κατὰ στοιχεῖον ordinata: observato nimirum primo Latinæ vocis elemento; interrupta tamen alienis versibus, quos, ut aliquem ordinem observemus, proprius in sedibus collocabimus.

Vers. 462. Notanda est Glossa *Basil.*: Ἀδούλτερις, lege Ἀδουλτερι ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου φυλαττόμενος (forte legendum) ἀπὸ Αὐγουστ. et ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλ., κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ (στόπτου στούπρου), καὶ μὲν μοιχεία ἐστὶν, ἐπὶ τῶν γαμουμένων. Τὸ δὲ στοῦπρον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν καὶ παίδων ὀῤῥένων κινεῖται. Ἀδούλτερ δὲ ὠνόμασται εἰς τὸ παραχαράττειν· ἀδούλτερ γὰρ ἡ παραχάραξις (lege Adulterium, vel ὁ παραχαράττης), καὶ ὁ μοιχὸς δὲ παραχαράττει τὴν ἀλλοτρίαν κοίτην, καὶ συγχεῖ τὸ τῆς φύσεως δίκαιον διὰ τῆς τῶν παίδων νοθείας.

Vers. 470. Recte θέσεως, est enim adoptio nomen rei quæ natura non est, jure tamen effingitur. Gloss. Basilic. Ἀδόπτιον, τεκνοποίημα, ita enim ibi legendum, et ἡ υἱοθεσία· quæ cum Ἀδοπτίονα, εἶδος υἱοθεσίας dixerunt, non tam ad hanc naturæ imaginem respexere; quam ad adoptionem in specie sumptam, ut alia est ab adrogatione. Eo vero nomine adoptio apud Græcos passim fertur, ut in eo Schol. lib. XXXV, tit. 43, *Synops. Basil.*: Ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν· adoptio imitatur naturam.

Vers. 481. Græci Icti legitimæ, falcidiæ, et tertiæ et quartæ partis nomen, post Justiniani Novellam confuderunt: adeo ut sæpe legitimam falcidiam dicant, et eam partem tertiam bonorum. Ut hic quartam quæ ex constitutione D. Pii adrogato, ex suis bonis relinquere debet, sive emancipet eum sive exhæredet, l. VIII, § *Si quis impubes* D. *De inoffic.*; l. I, § *Si impubere*, D. *De collat.* Theophilus tamen ad § 3, I. *De adopt.* et Harmenop. tit, 8, § 88, lib, V, τὸ τέταρτον μέρος dixerunt. Eodem modo supra versu 290 Psellus falcidiam tertiam partem dixit, ut Harmenop. lib. V, tit. 9, § , et *Basilic.* lib. XLI, tit. 1, cap. 71: Τὸ τρίτον τοῦ φαλκιδίου ἐκ πάντων τῶν λεγαταρίων πρὸς ἀναλογίαν παρακατέχεται, ita legendum observat C. Labbæus.

Vers. 477. Eo respiciunt Glossæ Basilicæ. Ἀκουίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφθέν.

Vers. 486. Ἀμβίτους est legendum de qua lege Gloss. Basilic. Ambitus dicitur libido effrenata dignitatis, munerum datio, circuitus, corruptio judicii. Movetur autem contra eos qui magistratum, vel honorem pecunia emerunt. Infligit vero ambitus reo pœnam centum numismatum et infamiam, ut I. *Bas.* LX, tit. 46. Digest. 48, tit. 14. Ambitus est, et movetur contra corrumpentes judicia (lege κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, non ut corrupte habetur τὰς κόρας) et pœnam non capitalem exigit: est lex Julia Publica, quæ ab omnibus jure publico moveri potest. Hacten. Gloss.

Vers. 489. Optime magis quam publicum, non quia publicum non sit, nam judicia inter publica numeratur, l. I, D *De public. jud.*, sed quia non est permissum mulieri publico judicio quemquam reum facere, l. I. D. *De accus. et inscript.*, nec militi. l. *Qui accusare* VIII, eod. tit. neque servo: mulier tamen, miles et servus ad hanc, ex lege *Julia*, de *annona* accusationem admittuntur, l. *Mulierem* XIII; D. *De accusat.* l. I, D. *De leg. Jul. de annon.*

Vers. 491. Τυραννεῖν vexare reddidi, id enim proprium est cujus criminis verbum, ut et attentare, l. *Annonam* VI: D. *De extraord. crim.* Verbum autem καταπραγματεύεται mutuatus est sine dubio Psellus a Gregorio Nazianzeno, qui eadem in re de Dardariis annonam flagellantibus loquens, ait: Τηροῦσι τοὺς καιροὺς καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας· in orat, funeb. Basil. Magn,

Vers. 493. Nectendi sunt hi versus superioribus de lege Aquilia: ea vero plebiscitum est, cum eam tribunus plebis rogaverit, ait Ulp. l. I, § 1, D. ad l. Aquit., Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξεσθαι ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην. Justin. Novell. 18, cap. 8, ubi interpres Latinus πάλιν legit, non πάλαι. Porro quæ Psellus hic habet usque ad vers. 510 fuse habes l. de leg. Aquil.; adverte solum vers. 500 τετράποδον legendum esse.

Vers. 510. Vi bonorum raptorum actio, quæ datur adversus improbe furantem, ait Justinian. in p. I. h. I. ἀναιδέστατον κλέπτην, Theophil. improbiorem furem, Julian. l. II. § 9. D. h. I in eo differt ab actione furti, quod illa alias duplum, alias quadruplum exigatur: in hac vero semper pœna sit tripli. § *Quæ actio*, I. eod., quadruplum quidem exigit, sed in eo res comprehenditur, eod. § cum ea tamen concurrit, ita ut si furti videl. nec manifesti, qua duplum tantum exigitur, actum sit, pro duplo reliquo, quod action. *vi bonorum raptor.* repetitur, agi poterit l. I, D. h. t. Porro res tantum mobiles hac actione repetuntur: quare emend. Gloss, Basil. quæ habet: Βὶ βονόρουμ ῥαπτόρουμ. ἡ κατὰ τῶν ἁρπαζόντων πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα· lege οὐκ ἀκίνητα; l. I et II, C. *vi bon. raptor.* Ita *Synops. Basilic.* lib. X, tit. 2; Ἡ βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀγωγὴ ἐπὶ τοῖς κινητοῖς, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις ἁρμόζει.

Vers. 520. Legendum est Depositi, quæ est actio bonæ fidei, et ideo et fructus et omnem causam, et partum in hanc actionem venire dicendum erit, l. I, § 23. *Hanc actionem* D. *Deposit.*; imo et usuras ex mora, et ex usu, l. II, III, IV C. eod. Custodiam autem, et parem ac in rebus suis diligentiam et curam præstabit depositarius; ideo de solo dolo tenebitur, et de ea latiore culpa quæ dolo proxima est l, *Quod Neru* 32, D. eod. Gloss. Basil. Κοῦλπα ἡ μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα, δόλος ἐστίν. Eædem Glossæ editæ a C. Labbæo. Depositi est actio περὶ παρακαταθήκης obligationis quæ re contrahitur (τῆς ῥέ) præstat dolum, et latam culpam, et usuras semisses centesimæ propter moram, et usum, casibus fortuitis non subjacet, nisi illud convenerit: Infamat, et est perpetua, datur hæredibus, et contra hæredes. Movetur etiam con-

tra sequestros (lege κατὰ σεκουεστραρίων, ἤγουν μεσιτῶν · eæd. Gloss. Σουκέστορι τῷ μεσίτῃ lege Σεκουέστρῳ), et contra eos qui media manu rem acceperunt, et eam certo loco exhibere promiserunt. Hact. Gloss.

Vers. 525. Si de ea re quæ dolo facta dicitur, alia actio non est, et justa causa esse videtur, prætor actionem de dolo pollicetur : l. I, § *Verba* D. *Dolo;* ideo subsidiaria dicitur actio in Gloss. Basil. Ἔστι δὲ σουβσιδιάρια, καὶ ἐντὸς δύο ἐνιαυτῶν συναπτῶν, καὶ ἄρχεται, καὶ πληροῦται · ita lege non σουβσιάρια· Olim quidem intra annum utilem movebatur, at Constantinus ad biennium redegit. I. *Optimum* VIII. C. *De dol. mal.*

Vers. 529. *Vid.* l. II, § ult., D. *De leg. Corn. de fals.*

Vers. 535. Ordinem litterarum semper observat, Græci enim Δέ πεκολάτους scripserunt, ut patet ex Gloss. Basilic. *Vid.* l. I, III, VII. *De leg. Jul. pecul.*, versu 558, litteræ E. Ἐπερωτήσεως, hanc solam regulam affert ex l. *Veteres* XIII. D. *De contrah. et com. stip.;* quam tamen ad litteram Σ reducere forte debemus, nisi Latine scriptum sit ex stipulatu.

Vers. 555. Optime Psellus querelam inofficiosi non proprie actionem, sed præparationem et introductionem dixit ad hæreditatis petitionem, cujus etiam causa in quærela in offic. bonorum possessio petitur. Id recte Gloss. Basilic. : Ἡ Ἰνοφιχιόσο τεσταμέντο, ἤγουν ἡ κατ' ἀτάκτου διαθήκης μέμψις, οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν · λέγω δὴ τῆς ἐρεδιτάτης πετιτζίονος, ἤγουν περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως. Ὥσπερ γὰρ ἡ γραφὴ τοῦ τεστάτορος οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ κληρονομίας, ἀλλ' αἰτία κληρονομίας, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον. οὕτω καὶ ἡ μέμψις οὐκ ἔστιν ἀγωγή, ἀλλ' αἰτία ἀγωγῆς, etc., in qua inferius hæc verba corrige : Δοθεῖσα τοῖς παισὶ κατὰ τῆς πρώτης διαθήκης, lege κατὰ τῆς πατρὸς διαθ.

Vers. 561. Actiones in rem enarra ordine litterarum, ut, in Gloss. Basilic., ex quibus liquet versu 565 legendum esse προϊβιτόρια ἤγουν κωλυτικὴ κωλύουσα τὸ γινόμενον εἰς βλάβην. Per σπεκιαλίαν autem intelligit singularem rerum petitionem, et vindicationem, specialem in rem actionem, non eam quæ est de universitate ἰδικὸν non περὶ ὁμάδος, ut est in Basilic., quorum Glossæ definiunt, Σπεκιαλείαν, ἲν ῥέμ, τὴν ἰδικὴν παρὰ δεσποτείαν ἀγωγήν. Vers. 368 legendum constat ποπουλαρίαι. De his omnibus, *vide* I. *de actionibus.*

Vers. 574. Redit ad litteram I. v. l. I, II, et ult. C. *De usu re jud.* Versu 581 *actio injuriarum annalis est*, l. 17, § 6; D. *De injur.* l. *Si non convicii* 5, C. eod. Id volunt Gloss. Basilic. Ἰνιουριάρουμ. ἐνιαυσιαία. Ad reliquos versus *Vide* l. I, § *Injuriam;* l. VII § 6; l. XXXVII in f. D eod. Vers. 558 et seqq. *vide* Theoph. tit. I. *De interdict.*, et Gloss. Basil., ex quibus corrige versu 588, χρῆσις ἀσωμάτων. Vers. 593 legendum puto πρὸς δὲ καὶ τὰ δὲ ῥέβους. Intelligit ea interdicta quæ de rebus divinis et sacris, vel generaliter interdicta quæ de rebus competere ait Ulpian. l. I D. *De interd.*

Vers. 600. Ex littera K, Conductio A, locati. Vers. 604. Metus causa actio vi ipsa in personam est, at in rem scripta est. V. l. *Metum* 9, § *Cum autem* 8. D. *Quod met. caus.* Vers. 606, l. *Quisquis* 5, § 1, C. *ad* l. *Jul. Majest.* Vers. 611, litteram N hic scribit, a qua Græci voces Latinas aspiratas incipere voluerunt. Vers. 616, l. I et II D. *De leg. Jul. rep.;* l. II, C. ead.; l. ult. D. *De leg. Jul. pecul.* Vers. 619, lege ῥέρουμ ἀμοτάρουμ. Vid. tit. D. et C. *De act. re amot.* Vers. 627, Stellionatus exemplum ab Ulpiano allatum l. III, § 1, D. *de crimin. Stellion.* V. l. 3 et 4, C. eod. l. XVI. § 1 l. XXXVI, in f. *De pignor. act*, Vers. 628, lege Τουρπιλιάνειον. *Vide* tit. D. ad SC. Turpill. qui libro LX. *Basilic.* est Περὶ συκοφάντων. Vers. 620, tria judicia, finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi dividundo, duplicia sunt, uterque enim et actoris, et rei partes sustinet : l. II, § 3; l. XLIV § 4 D. *Fam. ercisc.* l. XIII D. *De judic.* Gloss. Basil. : Φαμιλίαε ἐρκισκούνδαε. Φαμιλίαε, ita lege, διαίρεσις, καὶ μερισμός. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ φαμιλ. ἐρκισ. τῶν διπλῶν δικαστήριον ὂν καὶ ἲν ῥέμ ἐστὶ καὶ περσονάλιον. Vers. 632, l. XII § prætor. et seqq. II. D. *De relig. et sumpt. fun.* Græci hanc actionem ἐπὶ τῇ ταφῇ ἀγωγὴν vocant : lib. LIX *Basilic.*, tit. 1.

Vers. 635. Inversum ordinem versuum existimo, et ita reponendum : ut ad Σ usque decurrat Psellus, sub quo Scorum nomine, pleraque edicta, leges aliquas. Scavaria explicet. Atque eo elemento peracto, T aggrediatur vers. 626 et seqq.; deinde Φ vers. 629, 30, 31, 32, 53, 34, 694, 787 ad vers. 801.

Vers. 635. Lege Ἀδριάσινον· intelligit autem senatus-consultum factum sub Adriano quod refertur in l. *Item veniunt* XX, § *Præter hæc*, D. *De hæred. petit. Vide* l. XXV, § 11, D. *eod.* Vers. 637, legendum forte in his duob. versibus, Ἀδριάνειον, plura enim Adriani temporibus senatus-consulta facta sunt l. *Si non lex* LXXXIII, § 1. D. *De hæred. instit.;* l. *Sive contra* III, D. *De agnosc. lib.*, et ejus edictum sublatum est, C. *de edict.* D. *Adrian.* toll. vers. 639. Attiniam legem accipe quam Attiliam vocat Justinian. § *Furtivæ*, l. *De usucap. Vide* IV, § *Quod autem*, D. *De usurp. et usucap.* Vers. 641, lege Γάϊος · loquitur de lege agraria Caii Cæsaris de qua l. ult. D. *De term. mot.*, quæ quinquaginta tantum aureos pœnæ nomine numerat. et *Basilic.* lib. LVIII, tit. 9 : Καθ ἕκαστον ὁροθέσιον δίδωσι. v. N. N. Attaliat. in Synops. : Πεντήκοντα νομίσματα τῷ δημοσίῳ. Vers. 643, olim lege Voconia ultra quadrantem bonorum mulieri testamento relinquere non licebat. *Vide* Dion. Cass. lib. XLVI; Gell. lib. XVI, cap. V. Vers. 644, lege Δασουμιάνειον Dasumianum, de quo l. *Neque* XXXVI, in p. l. *Non tantum* LI. § *Octo.* D. *De fideic. lib.*, ex quib. negative accipe ἀνέκπτωτον vers. 649, vel negationem insere, ex d. l. *Neque*, versic. *Quid ergo.* Nam senatusconsulto Dasumiano libertas non eripitur his qui fraude careant. Vers. 652, diversa edicta et senatus consulta a Ictis memorantur; unum cum Liboniano, aliud cum Silaniano conjungunt, alterum est de assignandis libertis, quartum de muliere ingenua quæ servo se junxerat, quod a Justiniano sublatum est l. *unic. C. de senatusconsulto Claud. toll.* Vers. 653, Carbonianum est edictum prætorium, non senatusconsultum, ex quo datur bonorum possessio impuberi cui status controversia movetur, quæ et Carboniana bonorum possessio. *Vide* tit. D et C. *De Carbon. ed.*

Vers. 666. Temporum tractatum aggreditur, secundum id quod initio operis proposuerat; quem ex Eustathio sine dubio hausit, ut patebit cuique hos versus cum illo conferenti. *Vide* illum cap. Περὶ ῥοπῆς 4, et l. III minorem. De minorib. vers. 669, est pars legis *Inter illam* 217, D. *De verbo. sign.* Vers. 670, ex l. *More* VIII, L. *De feriis.* Est enim id intervallum νυχθήμερον. Eustat. etiam recte habet : Ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός. Hic tamen Psellus ἑβδόμης, forte numeri errore. Vers. 673, Authent. hodie, C. *De appellat.*, Novell. 23. Vers. 674, l. I, § *Permittit.* D. *De agnosc. lib.* Vers, 676, l. *Scimus* XXII, § *Si autem* C. *De jur. delib.* Gloss. : Ἰνδέντον Καταγραφήν. Vers. 678, l. I, § 8, 9, 12, 13, D. *De successor. ed.* l. III *Unde cognat.;* l. IV *in f. Quis ord. in bon. poss. servet.;* l. *Si bonorum* II, C. *Qui admitt. ad bon. poss. poss.* Vers. 680, l. II, C. *de usur. rei jud.* Vers. 683, l. *Sciendum*, § *ult.*, D. *De ædilit. ed.* Vers. 686.

Quando venditor non cavet de his quæ edicto ædilium continentur, quanti emptoris intersit, intra sex menses agitur. l. *Si debitor.* XXVIII, D. *De ædilit. ed.* quod si res vitiosa sit, annu utilis est, l. *Sciendum* XIX § *ult.*; l. *Ædiles* XXXVIII, *in p.*, D. *eod.*; l. II, C. *De ædilit. action.* Vers. 690, l. *Sancimus* XLVI, C. *de episc. et cleric.*, quam non esse in *Basilicis* Eustathius testatur. Vers. 692, l. ult., C. *De non nu. pec.*; l. III C. *De dot. caut. non nu.* Vers. 695, l. I et l. ult., D. *de requir. reis*, Vers. 698, l. I, D. *De incend. ruin.* Vers. 703, l. XI, D. *De his qui not. infam.* Olim decem menses, hodie duodecim, sunt luctus tempora legitima. Vers. 704, l. ultim. C *De dol.* vers. 705, l. *In contractibus* XIV, C. *De non num. pec.* Forte legendum vers. seq. δύο ἔτη σύναπτα. Vers. 707, Novell. 126 de alienat. emphyteus et locat. cap. 8; expellitur enim si ἐπὶ διετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα. Vers. 710, Novell. 100 de temp. non sol. pec. sup. dot. Vers. 716, l. *Properandum* XIII. § 1, C. *De judic.*, ex qua supple : exceptis iis quæ ad jus fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, et ad legata et fideicommissa de quib. *Vide* Cujac. ad Novell. 1. Vers. 718, successit anno utili, quadriennium continuum, l. *Supervacuam ultim.*, C. *De tempor. in integ. restit.* Vers. 720, l. *Contra majores* XVI, C. *De inoffic. testam.* Vers. 721, l. *milites* XI, § *Adulterii* 4; l. *Quinquennium* XXXI, D. *Ad l. Jul. de adulter.* Vers. 722, l. *peculatus* VII, D. *Ad l. Jul. peculat.* Vers. 724, ita lege in Gloss. Basil. : Ἴνφανς ὁ ἑπταετής, καὶ ἴνφανς ὁ ἥττων τῶν ἑπτὰ χρόνων. Vers. 725, Nov. 123 de sanct. episc. cap. 13, quæ tamen οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. At Eustath., e quo Psellus, octo annis minorem habet. Certe constat. ex synod. Nicæn. II, cap. 14, minores annis 18 lectores fuisse ordinatos. De his nos alibi. Vers. 726, Novell. 119 ut sponsal. larg., cap. 7, et C. *De præf. long. temp.* 10 vel 20 ann. Vers. 730, l. *Quæsitum* IX, D. *De sponsalib.* Vers. 736, l. I, D. *De postuland.* Vers. 737, § *Minorem*, l. *De adopt.* Vers. 739, l. *Omnes* II, C. *De his qui ven. æt. impet.* Vers. 742, male interpres Eustathii vertit litigare : judicare debuit dicere, l. *Cum lege* XLI, D. *De recept.* Vers. 744, Vide Eustathium Περὶ χρόνων κ' nu. 7, ubi exceptionem affert adulterii : e quo noster, ut et reliqua, quæ consule. Hæc indicasse sufficiat.

Vers. 775. Alia est actionum divisio, superiori actionum tractationi jungenda : huic est inferendus versus 805 et 806 nam compensatio bonæ fidei censetur, ex constitutione Justiniani l. ult. C. *De compens.* Psellus autem secutus est ordinem Justin. III § *In bon. fidei*, l. *De actionib*

Vers. 783. Hic abundat negatio, nisi legas οὐεστιματόρια, ea bonæ fidei est, l. *unic.*, D. *De æstimat. act. Vid.* tit. l. *De action.* ut has divisiones percipias.

Vers. 786. Accipe hunc versum de actione ex stipulatu, quæ rei uxoriæ actioni successit, et bonæ fidei facta est a Justiniano § *fuerat antea* 29, l. *De action.* l. *unic.*, *De rei uxo. act.*.

Vers. 787. Horum ordinem versuum supra notavimus : Per Falcidiam autem intellige legitimam liberis debitam ex Justiniani Novella, ut supra monui.

Vers. 801. Alia est actionum divisio, quod scil. aliæ simplum, aliæ duplum, triplum exigant, de quibus in seqq., et ab evictione, et duplæ stipulatione incipit, in qua Græci verbum, defendere, retinuerunt, ad rem defendendum debitorem conveniri dixit, Hermogen. l. *Si plus* LXXIV, D. *de evict.* Ita Harmenop. lib. I tit. 9 § 21 : Ἀγωγὴν ἀναγκάζουσαν τὸν πράτην δεφενδεύειν.

Vers. 815. Ni me fallit conjectura, senatusconsulto facto Neratio Prisco et Annio Vero Coss. l. *Is qui servum* VI. D. *Ad leg. Cornel. de sicar.*, cautum est eos qui ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum edicto prætoris actio daretur, tantum et fisco dare debere, l. *Quo naufragium* III, § *ult.* D. *De Incend. ru. nauf.* At prætor judicium in quadruplum dat, l. I, *in p.* D. *eod.* Eo modo Scholiastes *Basilicon.* interpretatur hæc verba, πρὸς τῇ ἤδη ὡρισμένῃ ποινῇ, quæ habentur lib. LX *Synops*, tit. 17, et apud Harmenop. lib. VI, tit. 7, § 6. Τουτέστιν, ait Scholiast., ἵνα καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι. *Vide* Novell. 64, Leonis

Vers. 819. Forte hi versus sumpti ex tit. I. *De satisdat.* et tit. *De perp. et temp.*, qui titulum *De actionib.* sequuntur.

Vers. 836. l. *unic.* C. *Ex del. def.*, l. 1 D. *De priv. del.*, § *Pœnales*, l. *De perpet. et temp.*

Vers. 838. Hi versus ad 877 sequi debent tractatum Novellarum Justiniani, sunt enim excerpti ex Novellis Leonis. Ad hunc, *vid.* Novell. Justin. 127, C. 13, et Leonis Nov. 22, vers. 845; Novell. 34 et 35 Leonis. Porro hi versus scholii vice tit. 83 *Synops.* Attal. scripti sunt; ubique tamen vers. 846 legitur βαρβαρικῶς· malui de ensibus barbaricis accipere. Vers. 847, est solum ἄνευ, ut Novell. 35; quod vers. 849 recte notavit Leunclav. ex Novell. 34 Leonis excerptum, qua de tutore pupillæ suæ raptore agitur. Legendum autem adverte ποστημόριον vers. 844, in quo nomine emenda Glossas Basilicas quæ habent ποστιμονίου, νομίμου, πούστιον μέρος, τὸ νόμιμον μέρος.

Vers. 852. Quemadmodum locus qui ante atrium nostrarum ædium est, vestibuli loco cedit, eo modo in prædiis maritimis, id maris in quod illa prospiciunt, eis vice vestibuli servit; quare Græci πρόθυρον vocant. Eo in spatio et intervallo, quod non in directum solum, sed in transversum, οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας protenditur, olim retia ad palos tendebant, in quibus pisces morarentur, et includerent, ἐποχὰς et θράνας sive τράνας dicebant, pro quibus ἐτησίους φόρους prædii dominus pendebat; cum ergo sæpe modica prædii latitudo, ad cujus mensuram jus domini in mare porrigebatur, amplis et ad piscandum commodis ἐποχαῖς non sufficeret, statutum est, ut a vicini prædii domino ejus προθύρου partem, ad legitimam θράναν vicinus acciperet, et lucrum ex piscatione ei communicaret, et ne in immensum hæ remoræ et epochæ extenderentur, consuetudine jam erat introductum ut 365 ulnas non excederent, quod Leo imp. confirmavit. Consule ejus Novellas 50, 57, 102, 103, 104; Harmenop. lib. II, tit. 1, n. 63. Attaliat. in *Synops.* fine, tit. Περὶ ἐποχῶν, et Cujac. lib. XIV, observ. 1.

Vers. 859. Leonis Novell. 92. Vers. 866. Novell. Leonis. 106. Vers. 869, Novell. Leon. 109.

Vers. 872. Alia est actionum divisio superioribus adnectenda; *vid.* l. I et seqq. D. *De his qui not. infam.*, et l. *De pæn. temp. litig.* Vers. 879 ad possessionem adipiscendam duo concurrere debent, animus et corpus, eorum alterum non sufficit : quemadmodum nec ad possessionem amittendam, satis est ex corpore excessisse, animo quippe eam retinemus. *Vid.* l. *Qui universas* XXXIX; l. *Possidere*, § *Saltu, et all.*; D. *De acq. poss.* Vers. 882, l. *Si quis in tantam* VII et seqq., C. *Unde vi.* Hæc ad interdicta de quibus supra refer.

Vers. 889. Nisi in tractatum actionum hi versus ad finem hujus partis redigantur, sub propriis titulis mutui, testium, testamenti, ordinem nullum video. Certe in προχείρῳ Harmenopuli, illi tituli leguntur, quos, aut illis similes percurrisse videtur Psellus : forte ex Μικρῷ, e quo Harmen. lib. III, tit. 5 Περὶ δανείου. Hic autem versus 60, l. *Creditores* X *et seqq.* D *De verb. et sig.*

Vers. 915. Ex l. III. *De primipilo*; lib. XII C. Scholiast. *Basilic.*; lib. VIII *Synops.*, tit. 5 : Πριμιπιλόν

ἐστιν ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα· ὡς ὅταν τις πριμίπιλον χρεωστῇ καὶ προῖκα, τὸ πριμίπιλον προτιμᾶται. Primipilum est militaris annona, quare si quis primipilum debeat, et dotem, primipilum præfertur. Et recte Theodorus Hermopolites, lib. IX, tit. 9 : Πριμίπιλόν ἐστι τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντισταῖς στρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον ἵνα διανειμῇ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum est annona, Primipilaribus data, ut militibus distribuant. Primipilares enim ad pascendos milites solemniter ad limites destinabantur, l. VI, C. *Th. De cohortal. princip. Vide* l. *Latis*, C. *In quib. caus. pig. tac. cont.* : l. *Non verum*. C. *De donat ; int. vir.*, etc.

Vers. 917. In *Micro*, vel eo libro, e quo hoc florilegium fecit Psellus, tractata reperit Primipili privilegia ea inter quod refertur, l. I. C. *De condict.*, ex leg. cujus occasione et forte ibi condictio ex lege definita est : unde hunc versum Psellus excerpsit, alias certe hoc loco erronem.

Vers. 920. Sequentes versus excerpti ex Μικρῷ, vel alio libro cui inscriptio ut in *Basilic.*, Περὶ μαρτύρων εὐυπολήπτων καὶ ἀτίμων μαρτύρων· ex quo et Harmenop. collegit tit. 6, lib. I : quem consule, et jura ibi a Gothof. adnotata.

Vers. 925. Harmen. dict. tit. 6 14, n. : Αἱ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται· quod vertit Mercerus : Mulieres ibi testimonium ferre possunt ubi virorum prohibetur violentia. Ubi certe a scriptore Harmenopuli delusus est ; in eo namque legendum est θέα non βία. Gothofred. emendavit βίος. Debes autem accipere et Harmenop. et hic Psellum, testem esse posse mulierem in illis rebus probandis, ad quas viri non admittuntur. De his sensere *Basilica* lib. XXI *Synops.* tit. Περὶ μαρτύρων κεφαλ. ις'· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· quod ipsis verbis refert Harmenop. dict. tit. 6, n. 52, quo loco optime ejus Scholiastes : Ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ, αἱ τὸν εἰρημένον σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι, δύνανται μαρτυρεῖν. Super partu vero illæ quæ dictam morum integritatem servaverint, possunt dicere testimonium. Exempla adhibe l. I, § 10, et al. D. *De inspic.* vent. et in sacris a quibus viri arcentur, et in balneis, ut eleganter observavit Attaliata in *Synopsi.* tit. *De testibus* : Πλὴν βαλανείου, καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται.

Vers. 927. L. VII, D. *de testib.* ; nec enim quæstiones servorum contra dominos, vel judicia, vel interrogationes, vel testimonia valent, contra alios testium penuria robur obtinent. Ead. l. VII, D. *De probat.* l. LVIII, § *ult.* D. *De ædilit. edict.*, l. I, § 16 et '9 ; l. IX, § *fin.* ; D. *De quæst.*, l. *Servus* VIII ; C. *De testib.* Indistincte tamen Justinianus servis testimonii facultatem videtur ademisse. Novell. *de testib.* 90, cap. 6, quam confirmavit Leo, Novell. 49.

Vers. 929. Hi versus usque ad 939 relati sunt in Synopsi Attaliatæ, partim sub nomine scholii Pselli, partim Attaliatæ. *Vid.* Harmenop. dict. tit. 6, n. 15, 16. l. *presbyteri* VIII ; l. *Nec honore* VII ; C. *De episc. et cler.* ; Novell. *De sanctiss. episc.* 123, cap. 7. Porro vers. 936. forte ὑποσχολάζουσι, legendum, et vers. 938, ἀληθῆ, ut apud Attaliat., vel ἀληθές. Vers. 939. Harmenop. ibid. II. 31 : Ἐπὶ τριάκοντα χρυσίου λίτρας, καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. *Vid.* l. ubi numerus D. *De testib.* ; l. *testium* XVI, C. eod.

Vers. 954. Nota in hac ἀναργυρίας exceptione, aliud longe esse asseverare debitum solutum esse, quæ sane exceptio ad 30 annos durat, imo vix definiri potest, cum incertum sit, quo tempore creditor acturus sit, ac nisi ad ejus petitionem opponatur : aliud debitorem dicere, sibi pecuniam quam scriptura confessus est, numeratam non esse : hæc enim querela (ita Græcis μέμψις) olim quinquennio, hodie biennio terminatur : l. *In contractib.*, C. *De non num. pec.* ; aliud creditorem dicere, pecuniam quam acceptam et solutam scripsit, sibi a debitore non esse numeratam ; hanc enim exceptionem intra triginta solum dies a conscripta securitate creditor potest opponere, d. l. *In contractib.*, § *Super cæteris*. Atque ita recte Græci notant, lib. XXIII *Basilic.*, hoc tit. : Ἡ μὲν γὰρ διετία τότε δίδοται, ὅτε ἔχει χειρόγραφόν τις ὡς μέλλων δανείσασθαι, καὶ λέγει ὕστερον μηδὲν εἰληφέναι· Tunc dari biennium, cum quis chirographum a debitore accepit tanquam ei crediturus, qui deinde dicit, se nihil accepisse. Ἡ δὲ τριακονθημερία, ὅτε ὁ χρεωστούμενος ποιήσει ἀπόδειξιν, ὡς εἰληφὼς ἢ ὅλον, ἢ μέρος. Tunc vero triginta dies, cum creditor securitatem fecerit, quasi totum debitum, vel ejus partem receperit. Diversa item ratio est in dote : si quidem in dotalibus instrumentis, ut fieri mos est, numerata et soluta dos dicatur, marito vel successoribus decennium aut aliud tempus statutum competit ad excipiendum. Novell. 100 ; si vero dotalib. instrumentis confectis, securitas extra ea instrumenta de dote soluta scripta sit, nulla exceptio opponi potest, d. l. *In contractib.* Græci adhuc, cum κατὰ εἶδος προῖκος ῥητῶς ἐμφέρεται τῇ ἀποδείξει, species dotis nominatim securitate enarratur, præclusa est omnis exceptio ; at cum καθ' ὁμάδα δηλοῦται ἐν ταύτῃ in genere in ea dos soluta declaratur, competit jam supra definitum tempus. Ita Harmenop. lib. II, tit. 2, § 7, quod vice scholii habetur lib. XXXIII. *Synops. Basilic.*

Vers. 975. Modo inter eos aliquod negotium non agatur, ut si alter testamento sit hæres scriptus, l. *Qui testamento*. XX § *Quæcunque* ; D. *De testam.* § *In testib.*, *Sed et si filiusf.* l. eod. Vers. 977, ex Novell. Leonis 41, cum jur. civili et Justinianeo septem testes adhibeantur. Vers. 979, intellige de eo qui cautionem a testibus subsignatam a debitore suo accepit, qui sane intra 30 annos agere potest. Vers. 984, necesse autem habet vel jurare, vel referre : nescio an hoc vers. 983, ἥλατο, debeam reponere. *Vid.* l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor.*, *De jurejur.* ; l. *Delata* IX, *C. eodem*.

Vers. 986. Sine dubio loquitur Psellus de eo qui, ubi jusjurandum detulit, eo tamen nondum præstito, pœnitudine ductus, quippe qui novas probationes reperit, adversarium jurare non vult. Illi enim antequam lis sententia definita sit, relicto juramento, ad alias probationes transire permittit., l. *Jusjurandum* II, C. *De reb. cred. et jurejur.* Μεταπηδᾷν πρὸς ἑτέρας ἀποδείξεις, aiunt *Basilica*. Ita ut velit jurejurando non exacto, extra juramentum licere ab una defensione ad aliam desilire : quod lite jurejurando terminata non licet.

Vers. 987. Hic est ordo Harmenop., ut post tractatum de testibus, de jurejurando, et instrumentis, lib. I, a tit. 6 ad 8, de pactis verba faciat tit. 9, quem sequitur Psellus, qui hanc divisionem conventionum recte exposuit ex mente Ictorum l. V, VI, VII, D. *De pact.* Vers. 996, manifestum est hic οὐκ abundare. Vers. 1005, repondendum est ὁμώνυμον ἀγωγήν, vel ἐναγωγήν, ex l. *Jurisgentium* VII, § 1, D. *De pact.*

1019. Recte Psellus rem enarrare demonstratione actionem præscriptis verbis dixit : nam ubi contractus nomen non occurrit, ex quo agi possit, et inter partes aliquid actum et conventum est nominatim, contra quod aliquid fit ab altera partium, datur actio præscriptis verbis, si nimirum pacta et verba ad rem faciendam, vel dandam intercesserunt : quare optime Græci : Πραεσκρίπτις βέρβις ἡ τῶν συμπεφωνημένων ῥημάτων ἀγωγή· quod sine rei narratione et demonstratione non sit ; maxime si nihil conventum sed aliquid actum quod mea intersit dicam, tunc enim facta rei narratione (cum ex verbis quæ nulla præ-

scripta sunt a partibus, actio præscr. verb. dari non possit actio in factum dabitur : utraque incerta est, ut docte Psellus, propter incertam actoris intentionem, quæ condemnatione ejus quod interest definitur, id autem quod interest incertum est, *vid.* l. *Juris gentium* VII, D *De pact.* l. I, II, III, et tot. tit. D. *De præscr. verb.* Utraque quoque certo nomine caret : præsc. tamen verbis proprius ad contractum accedit, licet utraque detur quasi contractum sit.

Vers. 1022. De pactis ex continenti, et ex intervallo, quæ informent actionem, quæ contractibus insint, quæ exceptionem pariant, quare et quomodo nuda sint, consule l. VII, D. *De pact.*; Cujac. eo tit., et doctissimum responsum de nudis pactis, quod tom. II *Juris Græco-Rom.*

Vers. 1032. *Vide* tit. I. et D. *De rer. divis.* Videntur autem hi versus extra ordinem esse, at 1038 subnectendus tractatui de mutuo et creditorib., quem intellige cum distractum est pignus jure, puta a priore creditore, vel cum usucaptum a tertio bonæ fidei possessore : tunc enim cessat in rem hypothecariam, at personali contra debitorem agi potest. *Vid.* l. I, C. *Si advers. cred. præscr. oppon.*; l. *Cum notissimi* VII, *C. De prescr.* 30 vel 40 ann. Forte et vers. 1042, 43, 1053, in ordinem cogendi sub tractatu de actionib. in littera Σ et Γ.

Vers. 1043. Ex l. I, D. *De suis et leg.* Vers. 1047, et ante, et post testamentum, et sine testamento codicilli scribi possunt. l. *Ante tabulas*, D. *De jur. codicill.*, quibus nec dari nec adimi directo hæreditas potest nec conditio hæreditati apponi ; fideicommissaria tamen potest, l. II, l. VI, l. X, *De jur. codic.*; l. XXVII. D. *De cond. instit.*; l. LXXVI, ad senatusconsultum Trebell. Quare versu 1050 lege, εἰ μὴ κληρονομία, vel quid simile. Vers. 1053, l. *Stipulationum* V, D. *De verb. oblig.*

Vers. 1057. Putarim hic deesse copulam ; vult enim Psellus testamentum authenticum paternum et pupillare, unum et idem esse testamentum, licet duæ et diversæ sint hæreditates patris et filii, l. *Minorib.* II, § *Prius* 4, D. *De vulg. et pup.* Vers. 1059, irriti testamenti exemplum affert, et quo casu qui duo testamenta fecit intestatus decedat : primum enim secundo perfecto rumpitur, hoc vero repudiante hæreditatem hærede fit irritum : isque est secundus modus ἀκυρουμένης διαθήκης ex quatuor ab Harmenop. relatis : quare vers. 1063 lege ταύτην μὴ ὑπερχόμενος. Vers. 1065, *vide* diversos irriti testamenti modos apud Harmenop. lib. V, tit. 5, Περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης, ubi τρία πάθη ταῖς διαθήκαις παρενοχλεῖν ait ῥῆξιν, ἀκυρωσίαν, ἀτέλειαν, omisit μέμψιν de qua tit. seq. 6, de his, D. *De injust. rupt. irr.* Vers. 1072, puto potius ad querelam inofficiosi, quæ obtenta legitima (τρίσμερος, τρίτον, μερίδιον Græci vocant) excluditur, hos versus pertinere, quam ad versuum numerum (ut interpretatus sum), licet verum sit ultimam hujus operis partem solum superesse, ita ut jam duæ partes exactæ sunt : dubium facit vox λόγου· at Gloss. *Basil.* vocant φαλκίδιον, τὸν τέμνοντα λόγον.

Vers. 1073. Hæc ultima hujus *Synopseos* pars excerpta est a Psello e libris 60 *Basilicon*, quorum *Synopsis* eam nobis curiose investigantibus opem attulit, ut in horum versuum ordine nihil quidquam désiderari existimem. Itaque orditur a tit. 2, lib. II hic versus ex l. *Hominis* CLII, D. *De verb. sign.* Græci ibi : Τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ δηλοῦνται. Vers. 1075. l *Verbum* VIII, § 1 D. *De verb. sign.*; *Basilic.* : Τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν, attamen qui excipit, licet reus, et in jus vocetur, actor videtur, l. I, D. *De except.*, idque vult versus 1067. Vers. 1082, l. *Partum* XXVI. D. *De v. sig.*; *Basilica* : Ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. Vers. 1084, l. *Usura* CXXI, D. *De verb. sig.*; *Basilica* : Ὁ τόκος τῶν ἀργυρίων οὐκ ἔστι καρπός. Vers. 1085, junge his versibus l. *Alienationis* XXVIII, § *ult.*; l. XXIX ; l. *Sæpe* LIII ; l. *Triplici* CXLII, D. *De verb. sig.*, et lege, Ὁ μὴ συμπλοκὴν ἔχων, μὴ τομὴν λόγος. Vers. 1094, explica ex l. *Palam* XXXIII, D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Litis nomen* XXXVI, D. *De verb. sig.* Vers. 1113, l. *Armorum* XLI, D. *De verb. sig.* Vers. 1114, l. *Liberationis* XLVII, D. *De verb. signific.* Vers. 1108, l. *Cedere* CCXIII, § *Lata.*; l. *Lata* CCXXIII, l. *Magna* CCXXVI, D. *De v. sig.* Vers. 1109, l. *Qui venenum* CCXXXVI, § *Claudis.* D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Filii* LXXXIII, l. Ἡ τῶν τέκνων CIV, *Liberorum* CCXX, l. *Appellatione* LI, l. *Justa* CCI, D. *eod.* t. ; hic autem lege πάππος. Vers. 1113, l. *Absentem* CXCIX, § *Abesse*, D. *eod.* Vers. 1117, l. *Pecuniæ verbum* CLXXVIII, l. *Pecuniæ nomine* CCXXII, D. *eod.* Vers. 1121, l. *Latæ* CCXXIII, § *Amicos*, D. *eod.* Vers. 1124, l. *Vinculorum* CCXXXIV, D. *eod.*; lege hoc versu ἔστι καὶ τῶν ἰδίων. Vers. 1126, l. *Plus est* XXII, l. *Restituere* XXXV, l. *Hæc verba* LXXIII, l. *Restituere* LXXV, D. *De verb. sig.*

Vers. 1129. Lib. II *Basil.* titul. 3, est de regulis juris, quo supra decurso a Psello, sequitur tit. 4, Περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, ex quo certum est κανονικῶς τὴν μὲν τοῦ φάκτου ἄγνοιαν οὐδένα βλάπτειν, τὴν δὲ τοῦ νόμου πάντας βλάπτειν, cap. 8, eo. tit.

Vers. 1131. Tit. quintus lib. II *Basil.* Περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν, l. pen. *C. De precib. imp. off.*

Vers. 1133. Omissis tractatibus rerum ecclesiasticarum, et officiorum qui ad librum septimum concluduntur ex eod. lib., tit. de judic. et jurisd., colligit hunc versum l. *Placuit*, *C. De judic.* Vers. 1134, l. *Properandum* XIII, *C. eod.* Vers. 135, ex tit. eod. lib. Περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν. *Vide C. Ne lic. potent. patroc. litig. præst.* Vers. 1137, eod. lib. VII, tit. Περὶ προθεσμίων, etc., l. II et II, *C. De usur. rei jud.*

Vers. 1139. L. VIII *Basil.*, tit. Περὶ ψήφων δικαστικῶν. *Vid.* l. *Falsam* III, l. ult., *C. Si ex fals. instrum. vel testim.*

Vers. 1141. Ex lib. X *Basil.*, qui de restitutionib., tit. Περὶ φόβου. Vers. 1143, Περὶ δόλου, l. I. D. *De dol.* Vers. 1145, tit. Περὶ ἀφηλίκων, cap. 8.

Vers. 1146. lib. XI *Basil.*, ex tit. *De transactionib.*, cap. 1 et cap. 45, unde l. I, D. *De transact.* l. *Præses* XII, C. eod. Vers. 1148, eod. tit. them. 17, restitue. Vers. 1149, eod. tit. cap. 26, l. *Transfigere* XVIII, C. *De transact.* Vers. 1153, eod. tit., cap. 45, l. *Transact.* XXXVIII, C. eod.

Vers. 1155. Lib. XII *Basilic.* tit. Περὶ κοινωνίας, cap. 1, ubi lege ἢ ἀπὸ καιροῦ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν. l. I. D. *Pro soc.* Vers. 1156, eod. lib., tit. Περὶ κοινῶν πραγμάτων· ideoque majores etiam adversus eam restituuntur lib. III, C. *Commun. utriusque jud.*

Vers. 1161. Lib. XV *Basilic.* tit. Περὶ ἐκδικουμένων, etc., l. *Idem Pompon.* V, § *Idem scribit*, D. *De rei vindic.* Vers. 1163, eod. tit., l. *Julianus* XXXVII, D. eod. tit. Vers. 1167, eod. tit. ex l. *Si fundi possessor* LIII, D. eod.

Vers. 1169. Lib. XVI *Basilic.*, tit. Περὶ χρήσεως καρπῶν, cap. 7 et 27 ; l. *Si pendentes* XXVII, § 3 : l. VII, § 2, D. *De usufr. et quemad.* Vers. 1170, eod. lib. XV, tit. 8, Περὶ χρήσεως καὶ οἰκήσεως, cap. 15 ; l. *Eum ad quem* VII, C *De usufr. et habitat.*

Vers. 1175. Lib. 18 *Basil.* tit. 3, Περὶ ὑπεξουσίων, ex l. I, § *In filiof.* D. *Ad senatus consultum Macedon.* : Οἱοσδήποτε ἀξιωματικὸς ὑπεξούσιος κεκώλυται δανίζεσθαι· πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδιόκτητον πεκούλιον, δανείζεται γὰρ μέχρι τοῦ πόσου τοῦ ἰδιοκτήτου πεκουλίου. Vocant Græci eum ἀξιωματικὸν qui potestatem aliquam vel magistratum ex-

ercet : et quid dignitatis nomine filio qui in dignitate est, qui forte decurionatum, l. II, D. *Ad mnnicip.*; vel ἀγωνοθεσίαν suscepit, l. *Si filia* XX § *Neratius*, D *Fam. ercisc.*, a patre datum est, non conferri dicit ex l, I, § *Se an. id.* 16, D. *De collation.* Harmen. lib. V, tit. 8, n. 29, his verbis : Οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοί. Ita Matthæus Monachus, στοιχ. A. tit. Περὶ αἱρετ.. hæreticos dicit, μήτε ἀξιωματικοὺς γίνεσθαι, μήτε διδάσκειν, etc.

Vers. 1178. Lib. XIX *Basilic.*, tit. Περὶ ἀγοράσεως καὶ πράσεως, l. *Cum ipse tutor* V, *C. De contrah. empt.*; l. *Si in emptione* XXXIV, D. eod. vers. 1179, cod. tit., l. III, C. *Quæ res væn. non poss.* Vers. 1182, tit. 8, cap. 1, l. I. D. *De act. empt. et vend.* Vers. 1184, eod. tit. cap. 11, quod accipe de stipulatione duplæ, de qua intelligenda l. *Ex empto* XI, § *Idem Neratius* et seq., D. *De action. empt.* Vers. 1189, eod. tit., cap. 65, l. *Expulsos* ult. C. *De act. empt.* Vers. 1191, eod. tit., cap. 66, l. I, C. *De reb. al. non al.* Vers. 1197, Forte hic versus erat sub tit. *De re permutat. præsc. verb. vel. de leg. commissor.*, qui hoc eodem libro *Basil.* exstant.

Vers. 1201. Eod. lib. XIX. tit. Περὶ ἀναλύσεως πράσεως 10, cap, 41 et 54 ; l. *Quæro* LVIII, § *ult.*, D. *De ædil. ed.* et lib. XXII *Basil.*, tit., cap. 4, quod ita lege, Ὁ ἀγοραστὴς δεικνύει τὸν δοῦλον πρὸ τῆς πράσεως πεφυκέναι, l. *Emptorem* IV. D. *De probat.* ex punctis illis, ἐὰν μὴ δείκνυται, quæ ex cap. sequenti irrepserant. Vers. 1203, eod. tit. 1, Περὶ ἀποδείξεων, l. *Census* X, D. eod., quæ Attaliata in *Synopsi.* tit. 16, *De testib.* Vers. 1204, eod lib. XXII, tit. Περὶ βεβαιώσεως · *Vid.* Novell. 73, *De fid. instrum.* Vers. 1208, eod. lib., tit. Περὶ ὅρκου, cap. 1, l. I, D. *De jurejur.* Vers. 1209, ibid., cap. 1, l. III, in p., D. eod. Vers. 1210, ex l. *Sed si possessori* XI, § *Proinde*, D. eod. Vers. 1212, eod. lib. et tit., c. 26 ; l. *Eum qui* XXX, D. *De jurejur.* Vers. 1217, eod. tit., cap. 34, l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor*, D. *De jurej.* Vers. 1219, eod. tit. cap. 50. l. *Si quis jujusrandum* XI, *C. De reb. cred. et jurejur.* Vers. 1219, lege, ἐνδίκου ὅρκου, juramenti quod in litem præstatur ; ita scholium a C. Labbæo relatum, quod est Attaliatæ in *Synopsi*, tit. 18 *De jurejur.*, et in *Basilic.*, licet alio in scholio scriptum sit, Καὶ ὁ ἐν Λίτεμ, ita lego, ἤτοι ὁ ἐν δίκῃ · et in *Basilic.* hoc tit., cap. 4, τὸν ἐν δίκῃ ὅρκον, ut et cap. 10. De eo autem qui in hoc litis æstimandæ causa juramento pegeravit, non facile quæri solet, ait Paul. l. ult., D. *De in lit. jur.*, quemadmodum de perjurio ejus qui decidendæ litis causa juravit, quæritur ; l. *Si duo* XIII, § *ult.*, D. *De jurejur.*; l. *ult.*; D. *De crim. stellion.*; idque voluit Psellus, hoc loco, ex cap. XI dict. tit. *Basilic.*

Vers. 1225. Lib. XXIII *Basilic*, tit. Περὶ τόκων, cap. 27, l. *Placuit* XXIX, D. *De usur.*, ex qua lege hic εἴτε τόκον. Vers. 1227, eod. tit., cap. 61, l. *Si non sortem* XXVI, D. *De cond. indeb.*; l. *Indebitas* XVIII, *C. De usur.*; hic lege, πρὸ τοῦ. Vers. 1231., usuræ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, per tempora et minutim solutæ, non poterant jure antiquo in duplum computari, licet eodem jure usuræ duplum non excederent. L. *Usuræ* X, *C. De usur.*; at ex Constitutione Justiniani, κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, ἢ κατὰ μέρος solutæ usuræ, τὸ διπλῷ συμψηφίζονται, vel, quod idem, τὸ διπγοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν, lib. XXIII *Basil.* eod. tit., cap. 72 et 73 ; quam Justiniani constitutionem in penul. et ult. C. *De usur.* divisit Leunclavius : cum sit Novell. Justin. 121, et Novell. 138, quam alibi Græce non habemus.

Vers. 1233. Lib, XXIV *Basil.*, tit. 1, cap. 12, l. *Cum quis* 12. D. *De condict. caus. dat.* quam auctor *Synops. Basil.* transtulit ad tractatum de donationib. lib. XLVII, tit. 3. Vers. 1236, eod. lib. tit. 1, cap. 21., relato in *Synops.* lib. LII, tit. 3, l. *Si a patre* V, l. *Fideicommissum* VII, C. *De condict. ind.* Vers. 1238, hoc lib. XXIV, tit. 4, cap. 2 ; habetur *Synops.*, lib. VII, p. 77 ; de eo agi hoc libro patet ex tit. 24 *Synops.* Attaliat. *Vide* l. II. C. *Ne uxor. pro mar.* l. IX ; C. *De bon. prosc.*; Novell. 134, cap. ult. Vers. 1239, eod. lib. XXIV, tit. 6 ; cap. 4 ; retulit auctor *Synopseos* lib. XXXVII, tit. 8. *Vide* l. *Si procurator* 6, § ult., D. *De cond. indeb.*

Vers. 1241. Lib. XXV *Basil.*, tit. 3, l. *Cum debitor* VIII, D. *In quib. caus. pign. tac contrah.*, ubi Hotomanum negative legentem arguit Pselli ἄτοχον χρέος. Vers. 1244, eod. lib., lege δημοσίου, l. *Si hypotecas* VIII, C. *De remiss. pign.* Vers. 1246, ibid., l. *Creditor* IV, C. *De distract. pign.*

Vers. 1248. Lib. XXVIII, *Basil.*, tit. 4, cap. 8 et 12, l. *Cum te sponsæ* IX : l. *Si mater vestra* XII, C. *Douat. ant. nupt.* Vers. 1250, eod. lib. XXVIII, cap. 54 ; ex Novell. Justin. 117, cap. 2, qui τοὺς μεγάλους ἀξι κεκ, μέχρις Ἰλλουστρίον dixit, loco Protospathariorum, ut Harmenop. lib. IV, tit. 6, n. 16. Recte utrumque, nam ex Gloss. *Basil.* Ἰλλούστριοι, πρωτοσπαθάριοι, Ἰλλουστρίων, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν. Vers. 1253, eod. lib. XXVIII, tit. 6, cap. 1 ; ex Novell. Περὶ ἀθεμιτογαμιῶν 12, cap. 1 ; Γάμον ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει ὃν ὁ νόμος ἴνκεστόν τε. καὶ νεφάριον, καὶ δαμνάτον ; *Basil.*, ubi, Ἀθέμιτόν τε, καὶ παράνομον καὶ κατάκριτον.

Vers. 1256. Lib. XXIX *Basil.*, tit. 1, forte cap. 118, quod in *Synopsi* desideratur, ex l. *unic.*, § *Videamus*, C. *De rei uxor act.*; Harmen. lib. IV, tit. 8, num. 52 : hic forte lege αὐτεξουσίᾳ γαμετῇ, et vers. 1258, εἰ δ' ἔστιν ὑπεξουσία. Vers. 1260, eod. lib., tit. 1, cap. 63, l. *Mutu* 73, § *Manente*, D. *De jur. dot.*, et lib. XXVIII. *Basil.*, tit. 8, cap. 20, l. *Quamvis* XX, D. *Solut. mat.* *Vid.* Harmenop. dict. lib. tit. 9 in princip. Vers. 1263, eod. lib. XXIV, tit. 10 ; *Vid.* l. 1, 2, 3, 4, 5, 6 et seqq., D. *De impens. in res dot. fact.* Mendosus, quidem videtur versus 1272, nisi ad superiorem retuleris. Vers. 1275, habetur tit. Περὶ ἀγωγῆς ἀφαιρέσεως πραγμάτων, lib. XXVIII, tit. 11 *Synops.*, sine dubio extra suam sedem, cum lib. XXIX verset Psellus. Vers. 1275, eodem lib. XLIX, tit. 1, cap. 91 ; *Vid.* l. *Quoties* V. l. *Cum dotem* X, C. *De jur. dot.*, l. *Plerumque* XVIII, C. eod. *Vid.* Harmen. eo cap. 61 lib. IV, tit. 8, num. 5, Vers. 1276, neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna causa, et probabili, vel lege specialiter expressa ; neque pater de bonis uxoris suæ invitæ, ullam dandi habet facultatem, l. *Mater*, XIV, C. *De jur. dot.*, Οὐ μόνον οὐκ ἀναγκάζεται ἡ μήτηρ προικίσαι τὴν θυγατέρα αὐτὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῆς μὴ θελούσης · quod secus in patre qui lege Julia filiam dotare cogitur. L. capite 9, D. *De tit. nupt.* Vers. 1279, eod. lib. *Basil.* XIX, tit. 1, cap. 113 : Γυνὴ καὶ συνισταμένων ἔτι τῶν γάμων ἐὰν ἄπορον ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, δύναται ὑπὲρ προικὸς, καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἔξω προίκων διακρατῆσαι τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ὡς ὑπὸ ὑποθήκης · ita legit. Harmenop. dict. tit. 8, n. 38, l. *Ubi adhuc* XXIX, C. *De jur. dot.* Parapherna dixi ἐξώπροικα secutus Gloss. *Basil.*, Παράφερνα ἐξώπροικὰ, οὕτω φασὶ καθ' Ἕλληνας. Sic enim ibi legendum et dict. loco *Basilic.*

Vers. 1286. Non liberorum numerus, non militia, non dignitas, non solus ipse patris consensus, filiam sui juris facit : certis modis patria potestas constituitur, natura, et adoptione : certis item modis solvitur, natura, iterum vel casu et emancipatione. Non nudo consensu, patria liberi potestate, sed actu solemni, vel casu liberantur : nec causæ quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas quæritur. Aiunt Impp. l. *Non nudo* III, C. *De emancip.*, actu solemni, scilicet emancipatione, quæ νόμιμος οὖσα ἡ πρᾶξις · Theoph, § 4, l.

De exhæred. lib. πρᾶξις ἁπλῶς, § 6 *Quib. mo. jus patr. potst sol. actus, et legis actio Ictis.* Cæterum hic versus collectus est ex lib. XXXI *Basil.* tit. Περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑποταγῆς. Vers. 1283, eod. lib. XXXI, tit. 2, cap. 4, ex Novell. 89, cap. 12, § Ἵνα μή. 2.

Vers. 1300. Lib· XXXIII *Basil.* tit. 1 Περὶ υἱοθετούντων, cap. 52; quod habet apud Theophilum § 9 Τῶν γὰρ εὐνουχῶν. l. *De adopt.*, et Rarmonop. lib. II, tit. 9 Περὶ υἱοθεσίας. *Vide* l. *Spadonum* CXXVIII, D. *De verb. sig.*, ad quorum nominum differentiam observa locum Pauli Medici. lib. sexto, quo εὐνουχισμὸν faciendi varios modos affert. Quidam, inquit, fiebant excisione testium, quidam veretri etiam cum testibus, qui mingebant fistula ænea ut nunc quoque quibus ob morbum ea pars est secta. Quidam fiebant testiculorum attritione, ea vero erat: puello in balneo demisso paulatim testiculos atterere, usque dum velut dissipati evanescerent, atque contorquere, ut vena quæ illis alimentum defert, velut modo interciperetur, atque ita illi tabescerent. Itaque erant eunuchi testibus excisis, solis, aut etiam cum veretro: et contritis, qui propterea vocabantur thlibiæ, etc.

Vers. 1303. L. *Tunc autem* II, D. *De injust. rupt.* lib. XXXV *Basilic.*, ubi de testamentis agitur, et tit. 2 Περὶ ἀτελοῦς διαθήκης, ut patet ex tit. 32 *Synops.* Attal.; auctor tamen *Synops. Basil.* Lib. XXXIX, hunc titulum scripsit, nisi forte divisus est in ipsis *Basilicis*, ibi cap. 2: Ἡ ἀτελὴς δευτέρα τὴν πρώτην οὐ ῥήσσει · et tit. 20 lib. XXXV, cap. 2: Εἰ μὴ τελείαν τις ποιήσει βούλησιν, οὐκ ἄκυροί τὴν πρώτην, eleganti ratione petita ex Novell. 107, cap. 2: Ὥγε ἐξῆν διαῤῥῆξαι τὸ γινόμενον, καὶ ἑτέραν ποιήσασθαι βούλησιν, δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἣ προσήκει κρατεῖν · illi enim licuit quod factum rumpere, et aliam condere voluntatem, quæ ipsius supremam (interpres Latin. habet perfectam) sententiam demonstraret, quam valere convenit.

Vers. 1306, eod. lib. XXXV, tit. I, cap. 7. l. *A qua ætate* V, D. *Qui test. fac poss*

Vers. 1307. Non fallor si hos versus refero ad tit. *Si quis aliquem testari prob.*, cujus l. II Paulus ait: Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi, denegandæ sunt actiones ei qui dolo fecerit. Græci referunt lib. XXXV *Basilic.* tit. 3, cap. 2: Ὁ κατὰ δόλον κωλύσας τοὺς μάρτυρας εἰσελθεῖν, ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, ejus prohibitiones hoc elegans exemplum affert Psellus, si peregere evacatis testibus sumptus et viatica quis deneget, is enim accedere prohibet, cum propriis sumptibus accedere testes non debeant, et, ut ait Caius l. *Sed si quis* VII. D. *Quemad. test. ap.*, sit iniquum, damnosum esse cuique officium suum: quare testibus ab eo qui producit et evocat dari debere impendia rescripsit Adrian, l. *Testium* § *Gubinio*, D. *De testib. et impp.* sumptus competentes dari l. *Quoniam* II, C, eod., et sumptus iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa justitia persuadeat, ab eo hoc recognosci, qui evocandi personas sua interesse crediderit; l. *Eos*, 6, § 2, C. *De appellat.* Vers, 1310, eod. l. XXXV, tit. 7, cap. 1. *Vid.* tit. D. *De his quæ intestam. del.* et lege versu 1311: Εἰ δ' οὐχ, ἐῤῥώσθω εἰ δ' ἄλλως, ἔῤῥωται. Vers. 1312 *et seqq.*, ibid. tit. 12 Περὶ αἱρετικῶν ἐνστάσεων.

Vers. 1319. Lib. XXXVI *Basil.*, tit. 1 Περὶ κωδικίλλου.

Vers. 1324 Lib. XXXVII, *Basilic.* tit. 7, cap. 8, ubi τοὺς λόγους ἀποδῶσι · l. *Tutor* VII, § *ult.*; D. *De adm. tut.*: *Lucius* XLVI, § 3, eod. t., ; l. I, § *ult·*; D. *De usur.* Vers. 1326, ex eod. lib. vel ex XXXVIII, quo etiam de tutorib. agitur. Si enim tutor per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit, l. *Pupillus* V, § 3. D. *De auct. et cons. tut.* *ut si uxor*, l. *Cum ipse tutor.* V, C. *De contrah. empt.*

Vers. 1328, lib. *Basil.* XXXIX, tit. 1 Περὶ τῆς κατὰ διαθ. μέμψ. Lege hoc versu εἰ μὲν μετὰ πρὸς τῆς κατὰ διαθ., nam quamvis instituta in officiosi accusatione, res transactione decisa sit, tamen testamentum in suo jure manet, l. *Si suspecta* XXV, § 2, D. *De inoff.*, quia privatis pactionibus, non dubium est non lædi jus cæterorum, quare nec transactione testamentum rescissum videri potest. Vers. 1331, intellige μέμψιν κατὰ διαθ., de eo accipe qui se adoptatum credidit a femina, et eam suam matrem adoptivam falso esse existimarit, l. XXIX, § *Quoniam*, D. *De inoff.*, et ita explica cap. 20, them. 4, tit. 1, h. lib. XXXIX, cum alioquin adoptatus ex imp· rescripto ad exemplum adrogati quartam habere debeat.

Vers. 1334. Ex lib. XL *Basil.*, in quo agitur περὶ διακατοχῆς. *Vid.* l. *Servus* VII, § *Impubes*; l. *Si pupillo* XI, D. *De bon. poss.* Tutor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non potest, tutori petere permissum est, non etiam repudiare, l. *Tutor* VIII, D, eod.

Vers. 1341. Hæc ascendentium, descendentium, et collateralium successio excerpta est ex Novell. 118, cap. 1 et 1; et descripta est a Leone lib. XLV *Basilic.*, tit. 3 Περὶ βαθμῶν, ubi tamen male contra parentes, vel cum ipsis, admittuntur una cum fratribus, fratrum filii, cum Novella 127 id demum introductum sit. Psellum autem vers. 1342 ita accipe, ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus, vel thiis, omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.

Vers. 1343. Ex rescripto Adriani, atque ideo servatur donec partum ediderit, l. *Imperator* XVIII, D. *De stat. hom.*, quæ lex sine dubio scripta fuit l. XLVI. *Basil.* tit. Περὶ ἀνθρώπων ἐλευθέρων. Vers. 1345, ex eod lib. XLVI, *Basil.*, tit. 3, cap. 1. *Vid.* tit. *De rer. divis I et* D.

Vers. 1358. Affectionis gratia, neque honestæ, neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ: honestæ erga bene merentes amicos, vel necessarios; inhonestæ circa meretrices, l. *Affectionis* V, D. *De donat quæ habetur*; lib. XLVII *Basil.*, tit. 1: *Militi tamen focariæ donare non licet* l. *Si ancillam* II, C. *De donat. inter vir. et uxor.*; at hæredem institui posse arguit vetus inscriptio sepulcri Aurelii Vitalis militis (Valeria Faustina focaria et hæres ejus), pag. 1107, inscript. Grut. Focarias ad exemplum militum dixerunt sacræ militiæ cingulo cinctorum συνεισαχθείσας, de huib. Concil. prim. general.

Vers. 1352. Ultra librum XLVII non versat Psellus *Basilica*, quæ ad LX librum a Leone perducta sunt, forte quia quæ reliquis libris scripta sunt, jam hoc opere enarraverat. Illis additum εἰχονισμὸν graduum hic testatur, is ipse forsitan quem in suis institutionibus depingi voluit Justinianus, quem nobis auctor *Synopseos* invidit.

Vers. 1356. Forte hic legendum νέον νόμον, nam et illi Novellæ iambus νέον νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ præfixus est, est autem prior Novella de prædiis a potentioribus quovis titulo occupatis, de quo item Basilii in Porphyra nati, ambas ex editione Leunclavii lib. II. *Jur. Græco-Roman.* consule, et observationes ad earum aliam Caroli Labbæi viri eruditissimi. Nobis enim (quibus sola interpretatio in animo erat) otium id, quo inviti sine libris in patria extorres fruimur, has breves adnotationes elicuit, ne in desidiam ipsum immutaretur: quas, qualescunque sint, studiosa legum juventus, tibi enim scripsi, utiles tibi precor, et æternæ sapientiæ a quo omne donum, consecro. *Narbone Marcio. Kalend. Decemb., anno salutis* 1630.

Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

Jam hoc opus ad umbiculum typographus perduxerat, cum beneficio R. P. Jacobi Sirmundi duo

Pselli poemata accepi, quæ sine dubio Michaeli imp. inscripta huic *Synopsi* adjuncta erant. Ubi enim vir sapientissimus leges imperatorum brevi compendio edocuit, fidei nostræ et canonum notitiam perstringens eadem brevitate eodemque stylo, eorum epitomen his versibus composuit, quorum ipsa initia aliud procul dubio legum opus eos subsequi demonstrant. Non itaque abs re me facturum putavi, si ut prelo urgente mihi licuit, vix exscriptos hos versus *Synopsi* subnecterem.

(*Pselli Opuscula de quibus hic Bosquetus,* De dogmate *et* Oblatio Nomocanonis *exstant supra col.* 811 *et* 919.)

CORNELII SIEBEN

JURISCONSULTI

SPECIMEN OBSERVATIONUM CRITICARUM IN PSELLI SYNOPSIM LEGUM.

Plurima superesse in Novellis cæterisque jurisconsultorum Græcorum reliquiis, quæ vel non intellecta ad hunc usque diem, vel corrupta leguntur, qui litteras amant. Jurisconsulti confitentur omnes. Imprimis vero Psellum in Synopsi legum, multis iisque fœdissimis deformatum vitiis deprehendi. Habuit hic libellus Bosquetum Narbonensem jurisconsultum, interpretem minime felicem. Multa, quæ remedio egebant, fugerunt ejus industriam. Non desunt quoque, quæ pro desperatis intacta reliquisse videtur. Plura præterea corrupit et ita sua versione pervertit, ut nihil minus quam cum juris nostri regulis convenire existimem. Exempla, ex pluribus quæ ad manum sunt, pauca edere decrevi, et si non displicere intelligam, auctior forte et emendatior Psellus prodibit in lucem. Quod ad capita Juris Romani attinet, de quibus hic agitur, paucis omnia indicare potius, quam pluribus illustrare volui. Repetenda ita fuissent quæ ab aliis toties scripta et repetita inveniuntur, modumque egressus in scribendo forem, quem statuerunt celeberrimi *Miscellaneorum observationum* editores.

Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαι τοιοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.

Hæc inter cæteras *Institutionum* libelli laudes refert Psellus, et merito. Ut tamen metri et verborum ratio sibi constet rescribe,

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον.

Similis fere error infra vers. 970.

Ὕστερον ἀπαρνῆσαι τὸ μὴ χρηστῶς ἐκθεῖναι.

Restitue,

Ὕστερον ἀπαρνήσαιτο μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι, ubi quod Attici solent, et Latini imitantur, eleganter verbo negandi superaddita negandi particula: ex Græcis exempla afferentem videas eruditissimum Alberti in *Observat. ad Novum Testamentum*, ex Latinis ut et jurisconsultis nostris plura adduxit vir illustris et maximus nostrorum temporum jurisconsultus Bynkershoekius lib. v *Obsc.*, c. 3, quibus adde unicum, ne in re nota diutius morer, ex § 10 *Institut. de suspectis tutoribus*, ubi et Theoph. ἀπαρνεῖται μὴ, etc.

Vers. 195. Αἱ μὲν εἰσι, ὡς λέγουσι, τούτων ἀρβι-
[τραρίαι
Ὑπό τε τῆς δικαστικῆς ἤρτυνται μεσιτείας.
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος εἰ μέλλει.

Vertit Bosquetus *sunt et illæ, quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio instruuntur eo judicis arbitrio si velit*. Sed corrupta videntur, atque id juris regulæ et ratio constructionis suadent. Quod ipsi natura actionis vult, ut arbitraria sit, illud voluntati judicis minime committendum, et licet concederetur id, non constat ita tamen, quo ταῖς δὲ sit referendum; omnis error ex depravato εἰ μέλλει descendit, pro quo lego οὐ μέλει, εἰ, οἱ, et οὐ sæpius in hoc libello inter se commutata, atque ita sensus erit, quasdam actiones esse arbitrarias, quasdam vero nihil commune habere cum judicis arbitrio. Adde v. 574. Cæterum recte hinc Cl. Schulting: ad Glossas Nomicas ibi defendit in ἀρβιτραρία vocem ἠρτυμένη, quod ipsa constructio etiam evincere videtur.

Vers. 220. Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βα-
[σιλέως,
Ἢ συναλλάττων πρὸς αὐτοῦ, εὐθὺς τούτου δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.

Occurrunt eadem in Attaliatæ *Synopsi* p. 45, unde hic pro πρὸς αὐτοῦ restitue πρὸς αὐτόν· hinc autem ibi lege τούτου δεσπόζει, Bosqueti versio hic obscura: ἐκεῖνος, fiscus est qui intra quadriennium a vero Domino poterit conveniri Adi. § ult. *Instit. de Usucapionibus*.

Vers. 240. Εἴ τις διάθοιτο τυχὸν τῶν ἐκστρατευο-
[μένων
Ἡ διαθήκη ἔῤῥωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον.

Vertit Bosquetus, *Si quis testatus fuerit de castrensibus, testamentum in omne tempus valet*, male, voluit enim significare Psellus, militare testamentum valere per annum integrum etiam post missionem, et ita infra χρόνος sæpius pro anno occurret.
Vers. 259. Τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι
Υἱοθετήσας τίς τινα τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.

Ergo secundum Psellum quarta divi Pii hic est quarta omnium bonorum, quam tamen infra vers. 480 facit tertiam, adeoque cum legitima videtur confundere. Unde quis forte hoc in loco quoque τὸ τρίτον rescribendum putaret. Vix tamen quid mutare auderem cum nec alii Græci hac in re sibi constent. Theoph. l. I, tit. 11, § 3, facit quartæ mentionem; idem scribit Harmenop. l. v, tit. 8, § 87, ubi pro σωτηρώδη, quod et in Parisiensi editione conspicitur, sed sensum non habet, lege σωτηρώδη. *Basilica* l. VIII, § 15, D. *De querela inofficiosi testamenti*, τὸ τρίτον habent (ubi pro υἱοποθετήσηται ὑἱοθετήσηται restitue), et Schol. tamen ad illum locum p. -45, quartum locum sibi vindicare affirmat: cujus verba cum laborare videantur, ascribam, Ἐπειδὴ ἔχει τὸ δ' ἐκ τῆς Πίου, διατάξεως (καὶ ὡς παρὰ ἀνάξίου τοῦτο ἀφαιρούμενος ἐπὶ τὸν φίσκον μετέρχεται) λέγει ὁ Οὐλπιανὸς, Προσῆκόν ἐστιν ἢ τὴν ἀρχὴν αὐνὸν μὴ προσίεσθαι, τὴν δὲ ἰνοφικίοσο κινοῦντα, ἢ κἂν κινήσῃ ἡττηθῇ συγχωρεῖν τοῦτο τὸ δ' ἔχειν, etc. Vertit hæc Fabrottus, *sed quia quartam habet ex constitutione divi Pii. Ulpianus ait conveniens esse. vel non, admitti ab initio eum ad querelam inofficiosi testamenti, vel si admissus non obtinuerit, non auferri ei quartam ut indigno*, etc. Sensui hæc respondent fere, fateor,

sed verbis minime. Parenthesi inclusa forte crearunt molestias Fabrotto, quare deleto signo, et ἀφαιρούμενος in ἀφαιρούμενον mutato interrogative illa verba capi velim, ita ut Latine significent. Siquidem quartam habet ex constitutione divi Pii, num et quasi ab indigno ablata illa ad fiscum pervenit? atque ita quæstionis solutionem sequentia continebunt : τὴν ἀρχὴν quoque, ut sæpissime alibi, hic reddi commode posset, omnino. *Basilica* quoque in l. II, § 1, D. *Familiæ erciscundæ*, τὸ τρίτον hac in re habent, quamvis scholiastes ibi quartæ rursus faciat mentionem ; cæterum verba l. II, § 1 memorata, κληρονόμος ὁ ἀγαθὸς νομεὺς, sensum non habent, lege κληρονόμος ἢ ἀγαθῶν νομεὺς, ut quoque Glossæ Nomicæ bonorum possessorem definiverunt per ἀγαθῶν διακάτοχον in Βονόρουμ ποσσεσσόρις, ubi forte, pro διακάτοχον, διακατόχου legendum.

Vers. 261. Ἀτελης συγγινώσκεται μήτηρ, μὴ ἀπαιτοῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις

Vertit Bosquetus : *Infamis fit mater quæ mortuo viro liberis tutorem non petat.* Sed pessime. Nec verba enim nec jura hanc interpretationem ferunt; tu verte vero : Minor veniam meretur mater non petens, viro mortuo, tutorem suis liberis. *Vid.* l. II, C. *Si adversus delictum suum*, ἀτελὴς sæpius apud jurisconsultos est minor, cui τέλειος, qui suæ ætatis dicitur, opponi solet.

Vers. 309. Τὸ διαπλασιαζόμενον ἔκ τινος ἠρνηκότος
Καταβληθὲν ἰνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.

Vertit Bosquetus, *Duplum solutum ab eo qui inficiatus est, indebiti condictione non repetitur.* Sed nihil minus quam id voluit significare Psellus. Tu lege διπλασιαζόμενον, et verte : Quod duplari solet ab inficiante, indebitum solutum repeti non potest condictione : ejusque rei ratio hæc traditura viris eximiis, quia quis simplum solvendo, de duplo transegisse videtur. *Vid.* § ult. Inst. *De obligat.* Quæ quasi ex contractu, et l. IV, C. *De condictione indebiti.*

Vers. 313. Κατὰ τοῦ κλέπτου φούρτιβον, κἂν μὴ νέμηται δώσας
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πουβλιάνη ἁρμόζει.

Vertit Bosquetus, *Publiciana competit ei, qui rem amisit, cum non possideat rem furtivam adversus furem*, quæ quomodo cohærant non intelligo, tu pro δώσας lege δώσεις · ας et εις enim sæpius sunt in hoc libello inter se commutata, et verte : Condictionem furtivam adversus furem, etiamsi non possideat, dabis. Ei qui rem amisit Publiciana datur. Per φούρτιβον hic intelligo φούρτιβον κονδικτίτιον. *Vid.* § ult. Intit. *De obligationibus quæ ex delicto*, et res ex regulis juris certa videtur. Πουβλιάνη autem est quæ alibi a Psello Πουβλικιάνα et recte dicitur v. 566, quam bene explicant Glossæ Nomicæ in Πουβλικιάνη. Ubi μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ οὐ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομῇ. Priora recte se habent et sunt ex l. VI, § 7, D. *De Publiciana in rem actione;* posteriora obscuriora sunt, pro διὰ κυριότητα alibi fere semper διὰ χρήσεως reperitur, νομὴ autem in fine ferri non potest, atque id vidit quoque summus ille Schulting ad hunc locum, qui corrigit νομῇ, ipse conjeceram νομεῖ, atque id confirmatur quoque ab Harmenopulo l. II, tit. 1, n. 70, qui hinc restituendus ; verba ejus, Πουβληκιανή ἐστιν ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ, sensum non habent justum, unde nec mirum versionem esse nullius momenti ; quid enim, quæso, significant hæc, *Publiciana est quæ possessionem ei revocat qui propter dominium nondum est bonæ fidei possessor?* Omnis error natus est ex omisso verbo δεσπόσαντι ante καλῇ, quo addito clara sunt quæ dicuntur.

Vers. 330. Τῷ δὲ δελφάσις ἔνοχος ὃς ἀλοίη πλαστεύων.

Vertit Bosquetus, *Legi de falsis obligatur qui variat falsum* scribens, male ; rescribe ἀλοίη et redde, convictus deprehensus. Bosquetus forte hic de verbo ἀλλοιόω cogitavit. Pro δελφάσις, hic δὲ φάλσις scribendum esse cuivis patet.

Vers. 333. Οἱ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων.

Pro corruptis hæc habuisse Bosquetum ex versione patet. Vertit enim, *leges generales sunt potiores in judiciis*, quod tamen nec Psellus dixit, nec recte dicere potuit. Tu lege.

Οὐ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων,

et vera sunt omnia, leges enim generales specialibus non derogant, licet sint posteriores ; *vid.* l. LXXX, D. *De reg. juris*, ibique Comment., imprimis antem magnum Bynkershoekium l. VII *Obs.*, c. 15.

Vers. 338. Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ δημόσιον οὐ βλάπτει.

Restitue levissima mutatione, pro πάντα, πάκτα ut respiciatur ad l. XXXVIII, D. *De pactis.*

Vers. 354. Ὁπόσα δὲ μὴ ἔχουσιν ἰσχὺν κατὰ τῶν νόμων
Χωρὶς ἀποτελέσματος δοθέντα κατὰ πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.

Vertit Bosquetus, *Ex his omnibus causis, quæ jure non valuerunt aut non habuerunt effectum secuta per errorem solutione condictioni locus erit.* Verba hæc esse fateor, sunt verba enim l. LIV, D. *De condictione indebiti.* Sed nihil minus significant quam id quod Græca præ se ferunt. Unde igitur hæc versio ipsi nata, non video : nec vitium enim adesse significavit, nec remedium quæsivit ; ipse si quid video, vitium in verbis κατὰ τῶν νόμων, latere existimarem ; quare lege κατὰ τὸν νόμον, et sensus erit, *Quæcunque vim habent secundum legem, sed sine effectu* (scilicet ut peti non possunt), *per errorem soluta, non possunt repeti condictione indebiti.* Nec ita a jure aberro, cum notissimum naturalem obligationem impedire condictionem indebiti, et, si velis, *vide* l. LXIV, D. *De condictione indebiti*, l. XCIV, § 3, D. *De solution.*

Vers. 357. Χείρονα ποιεῖν αἵρεσιν γυνὴ προικὸς ἰδίας
Σαφῶς οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεστῶτος γάμῳ.

Verissima sunt hæc, et cuivis constat, mulierem constante matrimonio dotis causam non posse reddere deteriorem. *Vid.* Interp. ad tit. D. *De pactis dotalibus*, sed quid hic ἐν συνεστῶτος γάμῳ? forte ἐκ συνεστῶτος γάμου, vel quod malim ἐν συνεστῶτι γάμῳ, ut quoque est apud Schol. ad l. XXI, § 2, D. *De pactis.* Ubi eadem fere ad verbum.

Vers. 362. Ἐκδίκησιν ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δικαίαν.
Ἐν τόποις οἷς ἡμάρτηται, ἔνθα κρείτνων ἡ γνῶσις.

Vertit Bosquetus : *Crimina justam vindictam habent, quo loco quis deliquit de crimine cognoscitur.* Ego vertere malim deleto puncto in fine prioris versus, *Crimina juste vindicantur in locis quibus perpetrata sunt, ubi cognitio de illis facilior :* quæ tamen non sola est ratio hujus juris constituti. *Vid.* l. XXVIII, § 15, D. *De pœnis;* l. III, D. *De re militari*, et Nov. 134, C. 5.

Vers. 383. Τὴν τῶν κακῶν εἰσαγωγὴν οὐ σφίγγειμα κρὸς χρόνος.

Vertit Bosquetus *Improborum accusatio longo tempore concluditur.* Sed si hæc vera, falsa Psellus loquitur, et sibi ipsi contrarius dum infra, vers. 745, dicit :

Περαίτωσις ἐγκλήματος ὅρος εἴκοσι χρόνων.

ubi forte περαίωσις. Quis nescit crimina omnia temporis lapsu, ad summum autem spatio viginti annorum tolli, et frustra crimen majestatis parricidii et similia excipi a regula hac generali? Quare potius hic respici putarem ad Novellam 134, C. 1, ubi dicit imperator: Τὰ γὰρ κακῶς ἐπινοούμενα οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεβαιοῦσθαι βουλόμεθα, et recte, non enim vincit rationem consuetudo aut posteriorem legem, l. II, C. *Quæ sit longa consuetudo*, Et si quis hic σφίγγειν pro *arcere* sumi velit aut *impedire*, forte hic καλῶν pro κακῶν legendum, quæ sæpius confunduntur, et sensus fere idem erit. Conjecturæ favet, quod versus hic inter canones referatur e Novellis desumptos.

Vers. 385. Οἱ πλημμελοῦντες κόλασι, διδότωσαν δικαίως.
Φυλαττόμενον νομικῶς νομίμοις διαδόχοις
Ὧν ἔχουσιν οἱ πταίσαντες νομίμων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus: *Qui deliquerunt dent juste reis ambitus. Legitimis successoribus servanda jura et res quæ habent delinquentes;* sed absurda sunt, ut ipse vidit quoque; quare etiam in versu 385 voluit legi οὐ πλημμελοῦντες, ex Nov. 124; φυλαττόμενον vero in versu sequenti, intactum reliquit, quod tamen nullo modo hic ferri potest. Vera scriptura horum versuum, ut constet sensus, hæc esse videtur:

Οἱ πλημμελοῦντες κόλασιν διδότωσαν δικαίως
Φυλαττομένων νομικῶς νομίμοις διαδόχοις,
Ὧν ἔχουσι οἱ πταίσαντες, νομίμων καὶ πραγμάτων.

Qui delinquunt dent juste pœnam, servatis legitime legitimis successoribus, quæ habent delinquentes, juribus et rebus. Quæ omnia si referre velis in specie ad pœnas illicitarum nuptiarum, de quibus versu præcedenti actum, inspice Nov. 12, c. 1, ubi cur Hombergius velit pro νενομισμένα γαμεῖν, quod Scrimgerus non modo, sed et *Basilica* ut et Σύνοψις *Basilicorum* habet, legere γάμον ποιεῖν νενομισμένον non video, cum et c. 3 seq. ἀθέμιτα γαγεῖν occurrat, omnibusque constet frequentissime ejusmodi adverbialiter usurpari. Si vero in genere hæc de quibusvis delinquentibus capienda putes, lege Novellam 134, c. ult., et videbis quinam publicatione bonorum sublata a Justiniano ad successionem ab intestato admittantur, Atque huc quoque respicitur versu seq. 405, ubi pro πᾶνι, παισὶν legendum esse facile cuivis liquet. Imo omnia sequentia a vers. 394 usque ad vers. 407 ad caput decimum ejusdem Novellæ pertinent, in quo recte legi γυναῖκα ταῖς προσηκούσαις ποιναῖς ὑποβαλλομένην, docuerunt Faber l. III, *Semestrium*, c. 22, et Fabrottus exercitatione 12 *ex Basilicis*, Photii *Nomocanone*, aliisque, licet vetus interpres πληγαῖς, ut ex versione patet, legisse videtur.

Vers. 428. Γυνή τις ἴσως ἄπορος ἐπὶ ἀνδρὶ εὐπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων
Ὡς δὲ κἂν ἄπορος ἀνὴρ ἐπὶ εὐπόρῳ θάνοι
Εἷς μόνον μέρος τέταρτον τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων,
Ἀπὸ τοῦ ζῶντος ὁ θανὼν καλῶς κληρονομείτω.

Vertit Bosquetus; *Si viri locupletis pauper uxor non perfectis dotalibus instrumentis decedat, vel dives mulier viro pauperi superstes sit, in solam quartam demortui bonorum partem succedat superstes.* Videntur, fateor, hanc sententiam præ se ferre Græca, sed nisi corrupta dicas, stultissima sunt. Num dives enim et superstes conjux in pauperis et prius decentis bonorum quartam succedet? ipse existimo εὔπορος et ἄπορος inter se confusa esse, adeoque legendum in vers. 428.

Γυνή τις ἴσως εὔπορος ἐπὶ ἀνδρὶ ἀπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων,
Ὡς δὲ κἂν εὔπορος ἀνὴρ ἐπὶ ἀπόρῳ θάνοι, etc:

ita ut sensus sit: Si uxor dives viro paupere relicto decedat, vel vir dives decedat egena uxore superstite, nullis confectis dotalibus instrumentis, superstes in defuncti quartam bonorum partem succedat. Ita cohærent omnia, nec juri modo sed linguæ quoque indoli respondent, qua mori quis dicitur ἐπὶ ἀνδρὶ, παισὶ quos superstites relinquit: videatur ut cæteros scriptores cum *Basilicis* omittam, Theophil. l, III, tit. 1, § 16; atque ita quoque intelligendus Eunapius in Himerio, ubi interpres ἐπὶ θυγατρὶ δὲ τελευτᾷ male vertit *discessit e vita post filiam*, cum vertendum fuisset, *mortuus relicta filia*, adeoque licet ἐπὶ cum dativo constructum sæpius *post* significet. Vix tamen in nostro loquendi modo, id usu obtinuisse dicendum Cæterum apud alios quoque ἄπορος et εὔπορος inter se confusa videntur, similemque puto deprehendi errorem in Theophilo lib. IV, tit. 1. § 16, in fine: verba enim, ταῦτα δὲ λέγομεν εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον εὔπορος ὁ γραφεὺς ἢ ὁ ῥάπτης ὑπάρχοι, non cohærent cum præcedentibus, quibus dixerat, fulloni competere actionem furti, si solvendo foret, alias domini tantum interesse rem furto ablatam non esse, adeoque huic quoque soli illam ob causam delicti hujus persecutionem concedendam, atque ita subjicit recte, idem dicimus εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον ἄπορος sit sartor aut fullo. Restitue igitur pro εὔπορος ἄπορος, quod confirmatur præterea ex eod. Theoph. § 16 sequenti. Εἰ δὲ ἄπορος ἦν ὁ χρησάμενος εἰς ὁλόκληρον ἢ ἐν μέρει ὁ νόμος ἐπ' ἐμὲ τὴν φούρτι μετέφερεν. Et hæc omnia sunt juris certissimi. Simile vitium in *Basilicis* exstat tom. IV, pag. 446, ubi, pro τὸν δὲ ἄνδρα ἄπορον ὄντα καὶ μὴ ἐπιδιδόντα τὴν διὰ γάμον δωρεὰν, etc., lego, τὸν δὲ ἄνδρα εὔπορον ὄντα, etc., ut ita hæc conveniant cum Novella 53, c. 6, qua mulieri non modo, sed et viro hoc tribuitur beneficium, suadente id quoque l. XI, Cod. *De repudiis*, ad cujus exemplum imperator in mem. Novella dicit se constituere, quæ velit in mortis casu observari. Confirmat id Psellus noster quoque et Harmenop. l. V, tit. 8, § 94. Nec recte Cujacius, Rittershusius, aliique qui eos sequuntur, mutatum hoc statuunt per Novellam 117, c. 5, verbis, τὸν ἄνδρα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων τὸ τέταρτον μέρος κατὰ τὸν πρότερον ἡμῶν νόμον ἐκ τῆς οὐσίας λαμβάνειν τῆς γυναικὸς πᾶσι τρόποις κωλύομεν. Si conferantur enim et conjungantur cum præcedentibus τὴν μέντοι ἀλόγως ἐκβληθεῖσαν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ μέρος κελεύομεν λαβεῖν τὸ περιεχόμενον τῷδε τῷ νόμῳ, facile liquet verba τὸν ἄνδρα, etc. rationem continere cur dixerit tantum imperator mulierem in casu divortii cum ea facti injuste, statim τῆς ἐκβολῆς tempore quartam accipere; silet enim de viro hic, quia arcendum omnino putat a quartæ petitione, nec enim recte petit ex causa divortii, cui causam dedit, nec tempore mortis uxoris quia matrimonium jam solutum. Quæ Psellus intra vers. 838 et sequentibus, ut et vers. 865 et 866, de quarta habet capienda a conjuge superstite si non ad secundas transeat nuptias; illustra ex Novella Leonis 22 et 106. Justiniani Novella 127, c. 3, huc non pertinet, non enim de parte omnium bonorum agit, sed donationis antenuptialis, matri concedenda μὴ εἰς δεύτερον γάμον ἐρχομένῃ· lacuna vero quæ in hoc capite exstat in verbis ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ . . . . . δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτῇ παιδὸς πρόσωπον ἔχειν δόκει, ex *Basilicis* optime expletur tom. IV, p. 442: Ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ δεσποτείας τοσοῦτον, ὅσον ἡ πρὸς αὐτοὺς παῖδας ἀναλογία ποιεῖ, ἵνα κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας λόγος ἑνὸς καὶ αὐτὴ παιδὸς πρόσωπον, ἔχειν δοκῇ. Quem miror locum non notasse eruditissimum Rombergium. Similia invenisse veterem interpretem cuivis inspicienti patebit,

Vers. 462. Ἀδουλτερίης ὄνομα κεῖται περὶ μοιχείας

Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνοματοθέτου,
Ὁ Ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδουλτέραν,
Ἔνθεν γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρῶπτον τῆς μοι- [χείας,
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Quid velit hic auctor, satis constat, et unicum, quod mihi hic difficultatem creat, est illud, τὸ στρῶπτον τῆς μοιχείας. στρῶπτον, sive potius στρούπτον, idem quod stuprum atque sæpius in genere quamvis πορνείαν significat, ita ut adulterium comprehendat etiam, quomodo et in lege Julia pro adulterio stuprum aliquando usurpatur. Quid igitur hic stuprum adulterii? quare, nisi eodem forte modo, quo crimen adulterii, et similia, id defendere velis, vide num non rescribendum hoc loco sit.

Ἔνθεν γοῦν κατωνόμασται τὸ στρῶπτον, τῆς μοι [κοίτης
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Μοί ita sæpius apud nostrum abundare videtur vers. 354 et 963, et optime conveniunt ista quæ in Glossis Nomicis in voce Ἀδουλτέρις in fine habentur: quarum principium memorato loco est obscurissimum. Verba sunt: Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος· κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου. Καὶ ἡ μὲν μοιχεία ἐστὶν ἐπὶ τῶν γαμουμένων· τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀῤῥένων κινεῖται. Quæ Bosquetus ad hunc locum tentavit recte refellit maximus Schultingius, qui conjicit legendum esse Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου ὄνομα φυλαττόμενος. Favent ingeniosissimæ conjecturæ plura; sed si recipere velis, lege in sequentibus quoque pro κινεῖ, κινεῖται, aut vix cum præcedentibus cohærebunt: quo enim referes illud, κινεῖ δὲ? νόμος non κινεῖν sed κινεῖσθαι dicitur, ut infra vers. 93, 543, 613, 623, et apud alios frequentissime occurrit. Mihi incidit aliquando, restituto κινεῖται, quæ præcedunt non esse tentanda, sed respexisse autorem ad l. I et l. II, D. *Ad legem Juliani de adulteriis*, quarum verba, *Hæc lex lata est a divo Augusto, ex lege Julia servatur*, etc., ut sensus sit Glossarum: Lex de adulteriis lata est quidem a divo Augusto, sed ex lege Julia servata; intenditur vero de adulterio et stupro: adeoque error hic Auctoris, non vero alterius scribentis vitio tribuendus videtur; cui Auctori quoque ascribenda sunt quæ habentur in Ἀκουΐλλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφέν. Vid. Psellus vers. 477, cum in Aquiliam legem, ut vir egregius optime animadvertit, alias minime conveniant. Differentia quæ inter στούπρον et μοιχείαν hic traditur etiam in Glossis docetur in voce φθορὰ, atque res nota est. Tu vide num recte hic legatur τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, etc., κινεῖται· forte enim γίνεται erit restituendum.

Vers. 512. Ἐντὸς μὲν χρόνου ἔσωθεν τετραπλοῦν ἀπαι- [τοῦσα.

Verissima sunt hæc de actione vi bonorum, raptorum, sed quid ἐντὸς χρόνου ἔσωθεν? num pro ἐντὸς πάντως rescribendum, ut infra vers. 690, aut potius ἑνὸς, ut vers. 585? quod malim. Idem docetur infra vers. 703 de tempore hujus actionis, et, ut constat, vere: cum omnes plerumque prætoriæ pœnales anno finiantur. Nec obstant vers. 767 et sequentes:

Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κινήτων ἣν οἱ Λατῖνοι
Οὕτω κατωνομάκασι βῖ βονόρουμ ῥαπτόρουμ
Ἐτῶν πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει.

Petita sunt hæc ex l. un. § I, C. *De annali exceptione*, et quivis facile videt non esse intelligenda de actione nostra pœnali, sed de ipsa rei raptæ persecutione quæ etiam ultra annum dabitur. In vers. 767 lege, Οὔτε ἡ περὶ ἁρπαγῆς κινητῶν, ἣν Λατῖνοι.

Vers. 525. Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστι ποίνη καὶ ποιναλία.
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἔστι περσοναλία,
Ἐν τοῖς δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχεται καὶ πληροῦται.
Ἄλλης δ' ὑπούσης ἀγωγῆς οὐ κινεῖς τὴν δὲ δόλῳ.

Quod ad jus attinet, quæ dicuntur hic verissima sunt, et eadem infra vers. 704 et 1143; verba autem vers. 525 mihi suspecta, et rescribendum forte

Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστιν αὐτὴ καὶ ποιναλία

Vid. supra vers. 501, ubi eadem fere loquendi ratio. In sequentibus vers., pro ἄρχηται, ἄρχεται repone. Junge cum his Glossas Nomicas in voce δὲ δόλῳ μάλῳ, ubi recte ratio traditur et æquitas actionis de dolo ex l. I, D. *De dolo malo*, sed verba, Ἵνα μήτε οὗτοι κερδαίνωσιν ἐκ τῆς οἰκείας κακίας, μήτε οἱ ἀπαιτούμενοι βλάπτωνται ἐκ τῆς οἰκείας ἁπλότητος· οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Λαβεών, ἔστι δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τὸ πλησίον προσφερομένη· δεύτερος δόλος ἐστὶ πᾶσα κακουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν, ἑτέρου γινομένη. Celeber. Schulting. βλάπτωνται et τῷ πλησίον legendum monet. Ego plura quoque hic laborare existimo. Pro ἀπαιτούμενοι et ἀπατώμενοι, agitur enim de læsis danda actione non exceptione; præterea non intelligo hic quid sit πρῶτος δόλος, quis δεύτερος, quare ex memorata l. I, § 2, si liberiori conjecturæ locus detur, legerem, Οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Σέρβιος καὶ Λαβεών· ἔστι δὲ πρώτῳ, sc. Σερβίῳ, δόλος, etc.; δευτέρῳ, sc. Labeoni, δόλος ἐστί, atque ita omnia cohærent, et optime cum l. I, § 2, D. *De dolo malo conveniunt*, quam præter Huberum, Scultingium aliosque plures, optime explicuit vir in jurisprudentia nostra celeberrimus Nood *De forma emendandi doli mali cap.* 2.

Vers. 548. Τυχὸν γὰρ ἔμελλέ τις πλεῖν πλοῦν ἐπι- [κινδυνώδη,
Καὶ δεδωκέτω χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου·
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.

Hæc vertit Bosquetus: *Si quis enim periculosam navigationem ingressurus metu mortis det pecunias, et dimittat res datas, qui metu donat dominus earum remanet, qui vero donum cepit naturalem possessionem consequitur*, sed pessime. Omnis oritur error ex corruptis versibus 549 et 550, quos ita restitue:

Καὶ δεδωκε τὰ χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγεὶς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου.

atque ita sensus erit: Forte aliquis voluit ingredi periculosam navigationem, dedit vero alicui res mortis timore; si liberatus ab illo timore qui dedit, dominus rursus fit rerum donatarum, et ille qui accepit res donatas, naturalem illarum rerum possessionem habet. Hausta hæc videntur ex l. XXIX, D. *De donationibus mortis causa*, ubi Ulpianus, cessante periculo, ratione cujus quid datum, rei vindicationem concedendam esse existimat; *Basilica* in l. XXIX, mem. laborant: pro ὑγιανῇ quod sensum non habet lege ὑγιάνῃ quod vero infra vers. 1233 et seq. scribit Psellus,

Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.

Refer ad l. XII D. *De condictione causa data non secuta*, quo donatori condictio permittitur ad rem donatam cum fructibus, partu aliisque incrementis petendam. Videtur hac in re Sabinianorum et Proculianorum fuisse dissensus et utriusque scholæ sententiam deinde putat Cujacius conjunctam fuisse ad l. XXIII, D. *De mortis causa donat*; sed latius id forte alio tempore pertractabo

nunc aliud agitur. Glossæ Nomicæ in ἡ δονατζιόνιοος cl. Schultingio recte corruptæ videntur, et optime vir magnus conjecit verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωροώμενον loco suo plane dimota esse; ut tamen cohærere possint, forte et plura alia omissa dicenda sunt, et vide num totus locus sit ita legendus: Αἱ μὲν ἰντερβίβους ἤγουν ἐν ζωῇ ὥστε ἀπεντεῦθεν ἤδυ ἔχειν τὸν λαβόντα μήτι καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον, aut, si minori molimine uti velis lege: Ἤγουν ἐν ζωῇ, ἀπεντεῦθεν ἤδη, μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον.

Vers. 555. Ἡ δὲ ἰνοφικίοσο ἡ διαθήκης μέμφις
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγὴν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει.

Pro μέμφις lege μέμψις, et quod ad rem attinet, nota Psellum hic cum illis facere, qui querelam inofficiosi testamenti distinguunt ab ipsa petitione hæreditatis, idem fere scribunt Glossæ Nomicæ in ἡ ἰνοφικίοσο, ubi in verbis οὐκ ἐστιν διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν, dele διαθήκης incuria librarii repetitum propter præcedentem ejusmodi vocem, aut, si id nolis, rescribe ἀγωγὴ κατὰ διαθήκης κατὰ enim hic omissum intelligere minus placet. Sequentia, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον, etiam non intelligo, nisi δεόντως rescribere velis, quod habet quoque Scholiast. *Basil.* tom. V, pag. 222, ubi eadem fere ad verbum cum Psello aliisque Græcis faciunt etiam plures jurisconsulti nostrorum temporum, quorum tamen sententia videtur minus verosimilis, ut optime Vinnius, Averanius, aliique ostenderunt. Concedimus Grævis scripturam testatoris esse causam hæreditatis, non hæreditatis petitionem; sed quid inde? Ergo, ut recte infertur ex dictis, testamentum inofficiosum est causa querelæ non ipsa querela, atque id omnes confitemur, ipsamque tamen querelam, esse petitionem hæreditatis ex causa inofficiosi testamenti summo jure existimamus; sed hæc alterius sunt loci.

Vers. 671. Ἑβδόμης ὥρας δ' ἄρχεται νυκτὸς καὶ [μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὴν περαίωσιν ἔχει.

Vertit Bosquetus: *A septima noctis hora dies incipit, et usque ad sextam alterius noctis exacte transit*, adeoque putat hic Psellum in numero errare. Ego potius scripturæ vitium hic adesse putarem, atque id suadet etiam ipsa verborum constructio: quid enim ἄρχεται ἑβδόμης ὥρας? Vide igitur num legendum:

Ἕκτης ἡμέρα δ' ἄρχεται νυκτὸς, καὶ μέχρι ἕκτης, etc.

Adde l. VIII, D. *De feriis*; l. V, D. *Qui testamenta facere possunt*; Eustath. de temporum intervallis p. 209.

Vers. 734. Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβίαν [χρόνους·
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄρρεσι κριττέοι.

Aut χρόνοι videtur in versu 734 legendum, aut, pro δώδεκα δίδωκα, assignarat enim jam. 15 annos puellis vers. 730.

Vers. 792, Εἰ δ' ὅθαν ἐγέννησε παῖδας ἐν βίῳ δύο,
Οὐδ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην,
Ἕκαστος ἕκτον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρικῶν.

De Falcidia agens hæc scribit Psellus, sed in versione, a Bosqueto neglecta, cujus rei causam non video; versus 792 est corruptus; quid enim illa εἰδ' ὅθαν? tu rescribe ex Attaliat, *Synopsi* p. 33, εἰδ' ὁ θανὼν, etc. Attaliat. autem hinc redde duos versus 794 et 796 in vers, 797:

Δωδέκατον δ' εἰς τέσσαρες τυγχάνουσιν οἱ παῖδες,

Restitue δωδέκατον δ' εἰ τέσσαρες. Glossæ quoque Nomicæ. in voce Φαλκίδιος, laborant. Verba sunt: Φαλκίδιος λέγεται παρά τῶν νόμων (num νομικῶν) ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὃ μετέχουσι πολλοὶ μέρος τι τούτων, ἕκαστος τῶν μετοχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται· ὃ συνήθειαν οἱ κοινοὶ ἔχουσι μερίδα καλεῖ. Cl. Schultingius hic ἑκάστῳ legi vult, atque ita quoque exstat apud Harmenop. p. 399, ubi omnia fere ad verbum; in sequentibus autem reponendum existimat, ὃ συνήθειαν οἱ κοινωνοὶ ἔχουσι μερίδα φαλκιδίαν καλεῖν; sed forte minus bene. Ὃν pro ὃ etiam Schol. Harmenop. hinc restituo, nec ad μέρος sed ad φαλκίδιος, puto referendum. Sequentium autem verborum videtur hic sensus esse, quod φαλκίδιον vocant Jurisconsulti, illud κοινῶς μερίδα appellari. An accurata sit hæc Falcidiæ descriptio nunc non quærimus. Cæterum apud Harmenop. quoque παρὰ τῷ νόμῳ tegitur, et, pro δίδοται, διδῶται.

Vers. 869. Ἑξαετοῦς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ [νόμους,

Recte id scribitur a Psello; non enim minor debet esse sponsa quam septem annis, l. XIV, D. *De sponsalibus*. Eadem habet Attaliat. in *Synopsi* pag. 23, quem hinc restitue.

Vers. 874. Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς [βιαίας,

Corrige, ut versus sit 15 syllabarum,
Ἡ περὶ παραθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,
ut supra versu 520, ubi malim quoque legi ἡδὲ δεποσίτης, et in vers. 522 pro τόκος et συγχήσεως τόκους et συγχρήσεως. Cæterum frequentissime alias depositum παρακαταθήκη dicitur, ut in l. XXXVII, § 5, D. *De leg.*, ubi quædam editiones male divisis vocibus παρὰ καταθήκην, fefellit forte quosdam, omissum εἰς ut ita sæpius apud Græcos εἰς παραθήκην, vel ἐν παραθήκῃ, vel παραθήκης λόγῳ λαμβάνειν.

Vers. 913. Εἰσὶ δ' ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεστέ- [ρων
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς προικὸς παραδόξως
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντισταῖς τοῖς πρώτοις
Καὶ τὸ προφάσει δανεισθὲν στρατείας κινουμένης.

Sequitur hic Psellus illorum sententiam, qui in concursu creditorum primum præ omnibus locum concedunt fisco ex causa primipilari, l. III, D. *De primipilo*: secundum ei qui in militiam emendam credidit; tertium denique uxori ratione rerum dotalium, Nov. 97, c. 4; nec desunt hodie qui idem cum Psello sentiunt; utrum bene an male hic non examinabo, id modo nunc monitum velim in vers. 914, pro κινήσαντα forte rescribendum esse νικήσαντα, ut ita νικᾷν sæpius a nostris usurpatur et a Psello vers. 919 seq. Præterea in versu 916 nescio qui velit στρατείας κινουμένης, tu vide num ὠνουμένης sit legendum. Quid δάνειον et quomodo aliquando differat a voce χρέος, aliquando autem eodem comprehendatur, *vid.* Glossæ Nomicæ in χρέος, ubi verba καὶ τὸ ἀπὸ λεγάτου καὶ ἀπὸ διαθήκης mihi corrupta videntur, quod enim ex causa legati illud ex testamento deberi certissimum: habet tamen et Harmenopul. pag. 236, ἀπὸ διαθήκης, sed nihilominus utroque loco legi malim, pro ἀπὸ διαθήκης ἀπὸ καταδίκης ex Attaliat. *Synopsi* p. 18. Cæterum huc refer l. X et XI, D. *De V. signification.* Ex quarum posteriore Schulting., ad vocem δανειστὴς pro χρεώμενος, recte χρεωστούμενος legit, ut quoque apud Psellum legitur vers. 890:

Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστουμενος ἐξ οἱασοῦν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ κεχρωστημένου.

Vers. 922. Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαστη- [ρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ ἢ κλοπὴν εἰργασμένον.

Referuntur hi a Psello inter testes qui a testimonio omnino arcentur, adeoque cum illis sentire videtur qui infamibus in genere testandi denegant facultatem, quod tamen falsissimum esse putant Duarenus, Donellus, aliique magni nominis Jurisconsulti, arg. l. III, § 5, l. XIII. D. *De testibus*. De

adulterii damnato agit l. xiv, D. *De testibus*, ad quam *Basil.* Scholiastes p. 553, notat intelligendam esse de damnato, cujus verba, cum corrupta putem, ascribam et emendabo : Οὐχ ἀμφιβαλλόμενος ἀλλ' ὁ πρὸς τῆς ὑπογραφῆς καὶ μαρτυρίας κατηγορηθεὶς καὶ καταδικασθείς · quæ vertit Fabrottus, *Non de quo dubitetur, sed qui accusatore subscribente in crimen et testibus datis accusatus et damnatus :* sed nihil minus voluit dicere Scholiastes. Fefellit Fabrottum corruptum πρός· quod muta in πρό, atque ita sensus verborum erit. Non de quo dubitetur, sed qui antequam subscripserit nomen testamento et testis officio functis, fuerit accusatus et damnatus. Certissimam hanc emendationem dices si cogites in l. xiv memorata quæsitum fuisse an adulterii damnatus possit esse testis in testamento. Πρός et πρό sæpissime inter se commutata esse omnes norunt.

Vers. 924. Οὐχ ἔστι μάρτυς ἄνηβος οὐδὲ τῶν γυ-
[ναικῶν τις
Εἰ δ'ὲ στι τὸ γενόμενον μὴ δυνάμενον θέαν
'Ανδρικὸν καταδέξασθαι γυναῖκες μαρτυροῦσιν·

Secundum jus civile hæc falsa sunt, extra testamentum enim et codicillos forte, mulieres dibendi testimonii jus habere patet ex l. xviii, D. *De testibus*. Leonis autem Novella 48 mulieres remotas esse a testimonii dictione constat, ad quam igitur hic respicitur ; adduxit illam quoque Schol. *Basil.* ad tit. *De testibus* p. 545 et 557, in quo posteriore loco corrupta verba, 'Επὶ δὲ τοκετῶν καὶ εἰ τι ἕτερόν ἐστιν ὃ μόντην θηλέω ὄψις ὁρᾷ corrige et lege ὃ μόνη θηλείων ὄψις ὁρᾷ. Eadem docet Attaliat. in *Synopsi* p. 15, καὶ παῖδες κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται καὶ γονεῖς κατὰ παίδων, καὶ γυναῖκες πλὴν βαλανείου καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. In verbis πλὴν βαλανείου καὶ λογείας, videtur latere vitium. Leunclavius legit πλὴν βαλανείου καὶ ἐν τόποις, male ; tu lege πλὴν βαλανείου καὶ λοχείας ; apud Harmenop. hinc, pro βία, recte θέα legendum esse monstrat Bosquet. ad hunc locum.

Vers. 927. Καὶ δοῦλος ἔτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνη τῶν
[μαρτύρων.

Res vera est, ut constat ex l. vii, D. *De testibus :* sed quid hic ἐν σπάνη ? tu lege ἐν σπάνει, facillima mutatione ; η enim et ει sæpissime confunduntur

Vers. 936. Τοῦ δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν
[ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνων τις τῶν καταδεεστέρων
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τῶν ἐπὶ δυναστείαις,
Κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τοῦ δυνάστου
Καὶ τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ πρὸς
[βίαν
Εἰς μαρτυρίαν ἕλκοντα καὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.

In versu 933 lege τοὺς δ' ἄλλους, et in vers. 937 lege τοῦ πένητος, deleto καί. Sed quid in vers. 936 ὑποκλάζουσι notat ? Habet idem Attaliat. *Synopsis* p. 15 . Bosquetus corrigit ὑποσχολάζουσι · quod tamen minus placet. Legendum forte ὑποσκάζουσι, atque ita fidem vacillantem l. i, pr. D. *De testibus*, Schol. ad illum locum vertit σκάζουσαν πίστιν· locum integrum ascribam cum corruptus videtur, τῶν μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχής τε καὶ ἀναγκαῖα τὴν ἐξ 'Ελλήνων μάλιστα, χρὴ δὲ προσλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας ὧν οὐκ ἔστι σκάζουσαν τὴν εὑρεῖν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. Nescio quid hic illa ἐξ 'Ελλήνων μάλιστα, adeoque vide num rescribendum ἐξ ἀρρένων μάλιστα. Mulieres enim testes esse prohibebantur. Nov. 48 Leonis supra memorata. Cæterum quæ Psellus hic docet. habet quoque Schol. *Basil.* ad tit *De testibus* pag. 574, ubi, quod hic ὑποσκάζειν esse puto, significatur per ἀναποδίζειν.

Vers. 942. 'Επὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέ-
[χου.
Τὰς δέ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀθέτει μαρτυρίας.

Vertit hæc Bosquetus : *Super deposito quinque testes exhibeto testimonia vero convenienter rejiciuntur.* pessime Κατάθεσις in Novellis aliisque Græcis est confessio, cautio, depositio, atque hic quoque significat confessionem debitoris, qui si sine scriptura confiteatur debitum, confessio nullius momenti habetur, nisi quinque testibus specialiter rogatis ut confessioni interesse velint, confirmari possit, adeoque sensus erit verborum vers. 942. Super confessione debitoris adhibe quinque testes, sequentem autem verte, In transitu, aut, a transeunte sumpta testimonia rejice, atque ita omnia conveniunt verbis et sententiæ Nov. 90, c. 2 et 3 apud quem, pro ἀκούσει, ἀκούσοι et ὀφείλειν τῷδε ex Nov. memorata legendum esse vix opus est ut moneatur. Cæterum ex Novellæ ejusdem c.2 explicandi quoque versus sequentes.

Vers. 948. Εἰ μήγε πέντε μάρτυρες εἴποιεῖν παρα-
[χθέντες.
'Ως γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωστημένου.
"Η τούτων κατ' ἐνώπιον ὁ δανειστὴς ἐξείποι
'Απολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώστου.

Bosquetus vertit : *Nisi quinque testes producti dixerint securitatem debitori fuisse conscriptam et ipsis præsentibus dixisse creditorem se a debitore proprium debitum accipere* : male ; nec sufficiunt quinque testes a debitore producti, sed longe plura præter numerum requiruntur ut inspicienti Novellam patebit : verto igitur, Nisi quinque testes dicant se accersitos fuisse cum apocha fieret, aut Nisi coram illis creditor dixerit accepisse se debitum a debitore. Idem fere dicit Harmen. l. i, tit. 6, n, 3 : Οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ χρεῶν ἐγγράφων εἰπάτωσαν ὡς τῇ καταβολῇ παρῆσαν ἢ ἐπ' αὐτοῖς νομίμως κατέθετο ἐπὶ· τούτῳ μόνῳ προσκληθέντες δηλονότι, ἐὰν ὦσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Vertuntur hæc, Qui de perscriptis debitis testimonium ferunt dicant se solutioni interfuisse, aut legitime alioqui ipsis debitis esse satisfactum, etc. : quæ posteriora minus Græco textui convenire videntur. Tu verte, Dicant se solutioni interfuisse, aut coram illis creditorem legitime confessum fuisse sibi solutionem esse factam, et si κατέθετο passive sumi nolis, κατετίθετο forte legendum.

Vers. 996, Οὐχ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα
[τέμνε
Πουβλίκαν λεγίτιμάν τε καὶ τὴν ἰουρισγεντίαν

Bosquetus in vers. 997 delet οὐχ. et dicit manifeste abundare, sed male, adesse debet, et cum οὖν jungendum. Postulat id meri ratio et quis nescit οὐκοῦν igitur significare. Atque ita recte ex præcedentibus hic colligit Psellus, conventionis, cum in privatam dividatur et publicam, privata autem sit legitima vel juris gentium tres species optime constitui publicam legitimam et juris gentium.

Vers. 1250. Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.

Miror hunc locum a Bosqueto inemendatum relictum : tu corrige et lege : Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων, atque hinc corrige Attaliat. in *Synopsi* p. 23, ubi pro τῶν γάμων ἡ ἀθέτησις τελεῖ ἀμοιβαία, restitue τὸν γάμον ἡ διάθεσις, etc. Dunt autem hausta hæc ex Novella 22, c. 3, et 117, c. 4. Verba Nov, 22, c. 3, referuntur in *Basilicis* tom, IV, p. 255 ubi quod additum ἀεὶ haustum est ex Nov. 117, c. 4. Eadem fere retulit Psellus supra vers. 375 et 376.

Γάμος δ' ἐκ διαθέσεως συνίσταται καὶ μόνης,
Κἂν μὴ προβῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸς ταύτης,
rescribe, πρὸ ταύτης

Vers. 1266. Τῶν ἀναγκαίων πέφυκεν ὁ μόλος τῆς
[θαλάσσης,

Ποιῆσαί τε νεόφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.

Vid. l. I et III, *De impensis* in res dotales factis unde forte hic, pro ἄμπελον legendum ἀμπέλων.

Vers. 1269. Διακέρδα τὰ πράττοντα βελτίονα τὸν [προῖκα,
Ὁποῖεν τὸν νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.

Vertit Bosquetus: *Utiles meliorem dotem faciunt, quales sunt Novellata et pistrinum, quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur: idem circa voluptuarias.* Sed posteriora sunt falsissima, constat enim maritum non repetere impensas voluptuarias. sed tollere tantum quod factum est, quatenus id fieri possit sine rei detrimento l. IX et XI pr, D. *De impensis in res dotales factis.* quare et Bosquetus suspicatus laborare vers. 1272, nihil tamen attulit quo restituatur; tu rescribe ex l. VII, D. tit mem. Περιττὰ pro περὶ τά, in versu autem 1269, pro διακέρδα, διὰ κέρδη, ex l. V, § 2, D. eod., ut διὰ κέρδος, l. I, D. eod., quæ alibi ἐπωφελῆ dicuntur.

Vers. 1273. Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κι- [νείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν, κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus: *Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum;* ego posteriora veterum potius. Sed condictionem moveat rerum furto ablatarum: actio enim rerum amotarum non semper locum habet, sed tunc demum cum divortii causa res subrepta fuerit et divortium secutum l. XXV, D. *De actione rerum amotarum:* quod docet quoque Schol. *Bas.* ad h. t. p. 438 in fine et in initio sequentis p. 439, ubi in verbis, Δύναται κατὰ τὴν ῥέρουμ ἀμοτάρουμ ἔχων κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ καὶ κονδικτίκιον facile vides κατά in καί esse mutandum, quæ sæpius inter se sunt confusa: et in sequentibus ἄρχεται μὲν ἡ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, τὸν δὲ κονδικτίκιον δύναται κινεῖν κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ ἄρχεται, quoque vitiosum; rescribe εἴργεται, vel. quod malim, ἀργεῖ; cæterum in Psello nescio num bene se habeant ἀφαίρεσιν κινείτω· mallem ἀπαίτησιν κινείτω, atque eodem modo in Glossis Nomicis in κονδικτίτζιος ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, pro ἤγουν ἀφαίρεσις legerem ἀπαίτησις; ἀφαίρεσις est ablatio; ἀπαίτησις, repetitio ablati, ut ita sæpius κονδικτίτζεος per ἀπαίτησιν πράγματος explicatur in iisdem Glossis, et ἀπαίτησιν κινεῖν condicere in l. XXIV, D. h. t., ubi vide num, pro τοῦ τιμήματος, sit τοῦ πράγματος legendum, cum conditio rei amotæ hoc in casu vel vindicatio ut in Pandectis legitur, a viro institui possit. Ipsa porro actio rerum amotarum plerumque dicitur ἡ περὶ ἀφαιρέσεως vel ὑφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγή, de eadem egit Psellus supra vers. 619 et seqq.:

Ὁ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ δὲ κονδικτίκιος λόγος·
Ἁρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ἀνδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος ἢ κλεψάσης,

ubi forte pro κλέψαντος, κλεψάντων, cum ad συνοικούντων referendum, legi debet.

Vers. 1342. Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν [εἰκότως.

Vertit Bosquetus: *Illi quibus partes abundant recte filii sunt.* Quod nec Græcis verbis convenit, nec quid significet intelligo: non capio etiam quæ in notis scribit: *Psellum autem vers. 1342 ita accipe ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus vel his omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.* Tu verte ex l. XIV, D. *De statu hominum*, quibus membra abundant recte liberi sunt, atque, ut vides, res est notissima.

Hæc pro instituti ratione sufficere visum fuit. Cæterum si quid habeant eruditi, aut in bibliotheca quadam superesse resciverint, quod facere possit ad ornandam Pselli editionem, ut id mecum communicare velint majorem in modum rogo. Atque hæc causa quoque cur nomen, quod alio tempore latere malui, specimini huic præponere non dubitabam.

ADDENDÆ VARIÆ LECTIONES.

(Ex codice P. Sirmondi.)

Vers. 18. Schol.: Τῶν γὰρ Διγέστων μέρη τὰ πρώτιστα, πρώτην τῶν πρώτων τὴν προσηγορίαν εἰσδέχεσθαι, ὅτε σύνθεσίς τις πεφυκυῖα τετράβιβλος περὶ συναλλαγμάτων, δι' ὧν τί συνίσταται ἡμέτερον τὸ πᾶν διαλέγεται.

Vers. 26. Καθάπερ εἴ τις ὀμφαλὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων, Schol.: Ὥσπερ ἐρρωμένη μέση στιγμὴ τῶν παρ' αὐτῇ μὲν ἑλισσομένων κύκλων εἰς σταθηρότητα μεσότητος παραγίνεσθαι, τῶν δὲ ἑτέρων κύκλων τῶν ἔξωθεν περιτιθεμένων, οἷόν τι κέντρον καὶ πηδάλιον ἐπινενόηται, ἐν ᾧ οἱ ἔξωθεν κύκλοι τὴν συστροφὴν καὶ κυβέρνησιν κέκτηνται, οὕτω καὶ τῶν Διγέστων μέρος τὸ τέταρτον, καθάπερ τις ὀμφαλὸς πέφυκε, καὶ τῶν προλεχθέντων καὶ λεχθησομένων αὐτῶν μάλιστα. Ὡς γὰρ τῷ ὀμφαλῷ τὰ ἐντόσθια πάντα κεκράτηνται, καὶ οὐκ ἐῶνται ἀναμοχλεύεσθαι, οὕτω καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῶν Διγέστων πέφυκε, καθάπερ τις ὀμφαλὸς τῶν νομικῶν διατάξεων. Καὶ γὰρ αἱ ἕτεραι καὶ παντοδαπαὶ συντάξεις, εἰ τάχα ἐπὶ τὸ εἰπεῖν τι παραγίνονται, ἀλλ' οὖν ἀποστῆναι τούτων οὐ δύνανται, etc.

Vers. 40. Μετὰ δὲ τὴν ὀκτώτομον. Schol.: Φησί, Μετὰ τὴν ὀκτωτόμον, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τὴν ὄγδοον τῶν τοῦ Πανδέκτου μερῶν ἥτις ὄγδοος οὖσα ἀπὸ τοῦ πρώτου μέρους τῶν Διγέστων μέχρις αὐτῆς οὕτως ἐπιγινώσκεται.

Vers. 43. Μέρος ἕτερον αἱ Νεαραί. Vers. 44. Συνοπτικώτατον. Vers. 45. Ἑξηκοντάτιτλον πάντας τοὺς νόμους ἔχει. Vers. 50. Οἷον πυλὶς τῶν νόμων. Vers. 53. Τὴν ἀρχαιογονίαν. Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δή. Vers. 63. Τὰς τροπὰς καὶ τούς, ut et vers. 65. Vers. 67. Κοινὴ συνθήκη. Vers. 68. Κώλυσιν. Vers. 75. Τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν τὸ ἐθνικὸν τυγχάνει. Vers. 76. Τὸ μὲν γὰρ τούτων φυσικὸν τρίτον τοῦ νόμου μέρος. Vers. 80. Οὐ τοῦδε καὶ τοιοῦδε. Vers. 82. Φύσεις συνάλλ. Vers. 88. Ὁ πάλιν. Vers. 90. Τοῦ βασιλέως δόγματα. Vers. 95. Ἡ ῥὲ, βέρβις, καὶ λίτερις, τέταρτον ἡ κονσέσο. Desunt deinde versus 96, 97, usque ad 105.

Vers. 107. Ἑκάστη ἡ δὲ τῶν ἐνοχῶν ἀγωγάς. Vers. 109. Πρός τινα. Vers. 112. Ἥτις βιαίων. Vers. 117. Ὡς ἤρεσε τοῖς πλείστοις. Vers. 121, Ἑκάστας. Vers. 122 Ἀσυγχύτως. Vers. 129. Ἐρεδιτάτης ἣν φασι πετίτζιο Λατῖνοι. Vers. 132. Τῆς ῥὲ ὁ Κονδικτίκιος, ἡ ἰν ῥὲμ ἡ καθόλου. Vers. 133. Ἤτοι ἐπαγγελίαι. Vers.

135. Τρίχειν. Vers. 136. Πρὸς τούτοις, et, οὗτοί δύο· Vers. 138. Ἢ δήλων ἢ ἀδήλων. Vers. 141. Ὁ κέρτοῖ ἤτοι φανερῶς, ἰνκέρτοι κεκρυμμένως. 146. Schol.: Πάλιν φημὶ σὺν τούτοις· Ἔστι καὶ ἀγωγὴ ἡ λεγομένη πρεγατορία, ἥτις εὐλόγως καὶ προσηκόντως ἐπερωτᾷ τὸν μέλλοντα ὑπεισελθεῖν τὴν κληρονομίαν, πόσον μέρος ἀπαιτεῖ τῆς κληρονομίας, πρεγατορία δὲ λέγεται Ἑλληνικῶς καθαρτικὴ, καθαίρει γὰρ καὶ φωτίζει τοὺς λόγους τοῦ ἐνάγοντος. 153. Ἔχει. 163. Ἥτις περί. 163. Ἄλλως.

Vers. 166. Μὴ γινώσκοντος. 168. Ἔοικε συναλλάγματι. deest vers. 173. Vers. 175. Τὸ δὲ κώλεγατ. Vers. 177. Τῷ ὡσανεί. Vers. 178. Πάλιν πλημμελημάνων. Vers. 181. Αἱ μέν εἰσι πραγματικαὶ, αἱ δὲ κατὰ προσώπων. 185. Τινές τε ἄλλαι ἀγωγαὶ καί τινες τῶν ἰνφάκτουμ. Et reliqui inversi sunt. 197. Οὐ μέλλει. 204. Σφαλείς. Versum 212 sequitur hic versus: Δικαιοσύνη ἐστὶ διαιρεσις τοῦ δικαίου ὡς λέλεκται· quem non esse Pselli numerus demonstrat, forte scholiastæ.

Vers. 215. Οὐ σθένει τις. Vers. 221. Πρὸς αὐτόν. 225. Οὐδὲ πιπράσκειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων. 228. Καὶ υἱός, etc., omissis 231, 232. Deest 235? Vers. 236. Διαδοχῆς οὐκ ἔχουσι δίκαιον ὁλόκληρον. Vers. 245. Ἔκστασις προβάσα διαθήκην. Vers. 246. Οὐδέ τις ἐμαγκιπ.

Vers. 249. Interpretare: *Servus hæres potest quodcunque testator potuit;* explicat Schol.: Ἄνω μὲν εἴρηκεν ἄδειαν ἔχειν ἅπαντα τὸν βουλόμενον ἐνιστᾷν κληρονόμον τὸν οἰκεῖον δοῦλον, νῦν δέ φησι τὸν καταληφθέντα δοῦλον κληρονόμον, ἐκείνην ἔχειν πᾶσαν τὴν ἄδειαν ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὰ τῇ κληρονομίᾳ ἁρμόζοντα, οἵαν καὶ αὐτὸς ὁ διατιθέμενος κέκτηται.

Vers. 253. Τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 260, υἱοθετήσας τις καλῶς τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 265. ἥβης μόνης. 279, ἢ ἄλλῳ, 282, οὐδεὶς ὑποκαθίστησι. Versum 289, sequuntur 293, 294 ad 295. Vers. 291, λεγάτων ἀπαιτῶν. Vers. 292, φασὶ τοὺς κωδικέλλους. Vers. 300, εἰς τὰ τοῦ τέκνου. Vers. 304, ἀπούσης διακατοχῆς. 322, ἀδικούσης. 323, ἀγνώμων ἀντιδικῶν. 327, εἰ δ' ἄπορος. 328, ἅπας φονεύς. 332, οἱ ἴδικοὶ τῶν γενικῶν, 339, Νέος ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς κατὰ νόμους.

Vers. 342. Μητρὸς καὶ παίδων μεταξύ. Versum 344 sequitur versus 382, τόκος, omissis aliis. Vers. 386, φυλαττομένων. 397, μοιχευθείσης. 403, οἱ παῖδες δὲ τὸ δίμοιρον. 415, ἐν δικαστηρίοις. 417, ἄρχων προδιδότω. 420, εἴκοσι λαμβανέτω. 426. τοῦ ῥέου· 427, ἀπαιτήσει. 430, ὡς δὲ καὶ ἄπορος et θάνῃ. 431, τῶν ἐκείνου κτημάτων. 445, περὶ συγχωρήσεως. 446, τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἐν τῇ Σικ. 450, εὔχρηστα. 464, Ἰταλικοὺς τὴν νοθ. 468, σύγγονοί τε πρὸς τοῦτ. 469, λέγοις. 487, ἀτιμοῖ. Vers. 496, τὸ προτεθέν. 504, ἄλλον. Versus ultimus est: Εἰσπράττει μόνον τὸ ἁπλοῦν οὐδὲ ζητῶντι πλέον. Lege ζητεῖ.

Adde vers. 671, Harmenop. legisse ἑβδόμην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΑΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ

EJUSDEM

AD DISCIPULOS DE ACTIONUM NOMINIBUS.

1. Cum viderim nonnullos ex vobis nomina legum quæ apud Græcos et Romanos exsistunt sciendi cupidos esse, quæ tanquam canones sunt politicis singulatim propositis, censui me de iis pauca disserere debere. In his vobis obediens, nec commiscere eas volui neque projicere promiscue, sed a primis ad secundas ordine procedere. Atticas leges præordinavi, post quas Romanas componam, non de earum latitudine disserens, sed potius de propositis nominibus quæ plerisque incerta sunt. Etsi enim Græcæ Atticis nominibus designatæ sint, tamen nisi quis earum per etymologias sensum explicaverit et propositionis causam direxerit, nunquam legentibus bene nota fient. Imitatur enim quodammodo politica ratio rudimenta disciplinarum. Quemadmodum enim apud eas sunt summæ et ultimæ chordæ, et cubi et gradus, duodecim laterum figuræ et viginti laterum, sphæræ et diametri quæ non facile aliquis noverit, nisi magistri lingua usus sit, ita et in politicis

A α'. Ὁρῶν ὑμῶν ἐνίους τὰ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις δικῶν ὀνόματα περὶ πολλοῦ ποιουμένους εἰδέναι, ἃ δὴ καθαπερεὶ κανόνες ἑστᾶσι ταῖς κατὰ μέρος πολιτικαῖς ὑποθέσεσιν, ᾠήθην δεῖν περὶ αὐτῶν μετρίως εἰπεῖν. Κἀν τούτοις ὑμῖν χαριζόμενος, ἅμα δὲ συγχεῖν μὴ βουλόμενος μηδὲ παραβαλεῖν ἀμιγῆ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς ἰέναι, διὰ ταῦτα δὴ τὰ Ἀττικὰ προέταξα νόμιμα, μεθ' ἃ δὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων συνθήσομαι· οὐ περὶ τοῦ πλάτους αὐτῶν μακρολογεῖν ἑλόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν ὑποκειμένων ὀνομάτων, ἐπεὶ μηδὲ τοῖς πλείοσι δῆλα καθέστηκεν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ Ἑλληνικὰ Ἑλληνικαῖς εἴρηνται λέξεσιν, ἀλλ' εἰ μή τις αὐτῶν δι' ἐτυμολογίας, ἐν οἷς ἐγχωρεῖ, ἀναπτύξει τὸν νοῦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐρεῖ τῆς θέσεως, οὐκ ἄν ποτε τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὔγνωστα γένοιτο. Μεμίμηται γάρ
B πως ὁ πολιτικὸς λόγος τὰς ἀρχὰς τῶν ἐπιστημῶν. Ὥσπερ γὰρ παρ' ἐκείναις ὑπᾶται τινὲς καὶ νῆται, καὶ κῦβοι καὶ βωμίσκοι, δωδεκάεδρά τε καὶ εἰκοσάεδρα, σφαῖραί τε καὶ διάμετροι, ἃ οὐκ ἄν τις

εὐμαρῶς γνοίη, μὴ γλώττης διδασκάλου τυχὼν, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τοῖς ἐν πολιτείαις ζητήμασιν ἐξούλης καὶ ἐπωβελία, καὶ ἄλλ' ἄττα ὀνόματα τοῖς παρ' ἑκάσταις τῶν πολιτειῶν γνώρισμα.

β'. Πεφιλοτίμηται γὰρ νῦν ἡμῖν μὴ τὴν δικογραφίαν μόνην ἐνδείξασθαι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο ὄνομα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς σύνηθες ἦν, οἷον τὰ ἀπατούρια καὶ τὰ ἀμφιδρόμια, καὶ οἱ τετραδισταί, καὶ τὸ ἐπιτελείωμα, καὶ ὁ ἀπεψηφισμένυς, τά τε ὑποφόνια, καὶ τὰ ἀνδρολήψια. καὶ ὁ Πάγος ὁ Ἄρειος, καὶ τίνες μὲν οἱ ἕνδεκα, τίνες δὲ οἱ ἐπώνυμοι, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς τοιαύτης πέφυκε τάξεως. Ἀλλὰ πρῶτόν γε περὶ τῶν δικῶν τὸν λόγον ποιήσομαι.

γ. Τὸ δὲ τῆς δίκης ὄνομά ἐστι μὲν καὶ οἷον γένος κατὰ πασῶν ἀγωγῶν ἐπίσης κατηγορούμενον, ἔστι δὲ καὶ ἰδικὸν ὑποθέσεως ὄνομα. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀδικημάτων ἕκαστον ἢ δημόσιον ἢ ἰδιωτικὸν πέφυκεν, ἡ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἔγκλησις δίκη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λέγεται, καὶ τὸ τίμημα ταύτης ὁρίζονται οἱ δικάζοντες· οὐ γὰρ ἀνάγραπτόν ἐστι τὸ μέτρον, ἀλλ' οἱ διαιτῶντες πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὰς τιμήσεις ἢ ὑφαιροῦσιν ἢ προστιθέασιν. Ἡ δὲ γραφὴ τρόπον τινὰ πρὸς τὴν δίκην ἀντιδιέσταλται, καὶ περὶ δημοσίων ἀδικημάτων κατηγορεῖται, οἷον παραπρεσβείας, ἱεροσυλίας, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τὸ δημόσιον τὴν ἀναφορὰν ἔλαχεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ νόμων εἰσαγομένη καὶ ψηφισμάτων δίκη, γραφὴ ὁμοίως κατωνόμασται, οὐχ ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ γραφὴ παρανόμων.

δ. Ἐπεὶ δὲ μὴ τηνικαῦτα ὁ νόμος ὑφήπλωτο, ἀλλὰ τῶνδε μὲν τῶν ἁμαρτημάτων περιοχαί τινες ἦσαν, τὰ δὲ οὐκ ἀνεγέγραπτο, ἡ περὶ καινοῦ τινος ἀδικήματος εἰσαγωγὴ δημοσίου ὁμοίως καὶ ἰδιωτικοῦ εἰσαγγελία κατωνομάζετο. Εἰσήγγελλον δὲ τὴν δίκην πρὸς τὴν βουλὴν οὐδένες ἄλλοι ἢ οἱ πρυτάνεις.

ε'. Εὐθύνη δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν ἡ κατὰ τῶν μὴ ὀρθῶς ἀρχόντων τῆς πόλεως ἔγκλησις. Τὰ δὲ κατὰ τούτων δικαστήρια κληροῦσιν οἱ λογισταί· κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἑλοῦσιν.

ς'. Εἰ δέ τις τὸν ὑπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκος ἐξιδιούμενον, ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα, εἰσῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ἐπονομαζομένη φάσις παρωνομάζετο.

ζ. Εἰ δέ τις κατὰ νόμους ἠτίμωτο παραπρεσβευκὼς, ἢ ἡταιρηκὼς, ἢ μὴ ὠφληκὼς τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἢ κατὰ τῶν μετηλλαχότων ἀδίκως ἀφιεὶς τὴν γλῶτταν, εἰς δικαστήριον ἤγετο, ἐνδείξει ὑπέκειτο· καὶ ὄνομα τῇ κατηγορίᾳ ἡ ἔνδειξις.

η'. Ἡ δὲ ἐφήγησις ἐδίδοτο κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν φυγάδα τῆς πόλεως ἢ τῶν κεκλοφότων λαθραίως πρᾶγμα δημόσιον.

θ'. Περὶ δὲ διαψηφίσεως καὶ ἀποψηφίσεως καὶ ἐφέσεως οὕτω διαιρετέον καὶ ἑρμηνευτέον. Φυλαί τινες ἦσαν πάλαι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ φράτραι καὶ δῆμοι καὶ τριττύες, ἀφ' ὧν καὶ ὁ πρώτως ἄρξας τῆς Ῥώμης τὴν καθισταμένην παρ' αὐτοῦ πόλιν ἐκό-

A quæstionibus ejectio et epobelia, et quædam alia nomina iis qui in singulis rebus politicis versantur notissima.

2. Curavimus enim ne actionum descriptionem solummodo ostenderemus, sed et alia nomina apud Atticos usurpata, ut sunt apaturia et amphidromia et tetradistæ, et epiteleioma et apepsephismenos, et hypophonia et androlepsia, et Areopagus et quinam essent decem, quinam eponymi, et quæcunque alia hujus ordinis sunt. Sed primo de actionibus verba faciam.

3. Actionis nomen est tanquam genericum cunctis institutionibus attributum, et est proprium propositionis nomen. B Posquam enim quædam injuria sive publica, sive privata admissa est, de privatis criminatio actio apud Atticos nominatur, ejusque pœnam determinant judicantes; pœnæ enim mensura in acta publica non translata fuit sed ipsi judices pro arbitrio sive minuunt sive adaugent. Accusatio autem quodammodo ab actione distinguitur, et injuriæ publicæ occasione locum habet, ut male gestæ legationis, templorum spolationis, et si quid aliud ad populum delatum fuerit. Sed actio ob leges aut decreta violata inducta, similiter accusatio nominata est, non simpliciter quidem, sed accusatio propter violatas leges.

4. Quando autem non lex substrata erat, sed C quidam admittebantur culparum ambitus, qui non in acta publicata relati fuissent, introductio de nova injuria sive publica sive privata annuntiatio nominabatur. Actionem autem ad consilium annuntiabant soli prytanes.

5. Administrationis autem ratio est contra eos qui male administrant urbis criminatio. Tribunalia vero in eos efformant logistæ; accusat quicunque vult; et judicibus remittitur ut reos puniant.

6. Si quis autem eum qui publicum metallum suffodit vel publicum ædificium sibi vindicat, vel tutelam male gessit, in tribunal adduxit, ille dicitur reum manifestare; et ea actio inde nuncupatur manifestatio

7. Si quis autem secundum leges dedecore afficeD retur male gestæ legationis causa aut prostitutionis, aut non solutæ ærario multæ, vel contra permutantes injustæ vocis, et in tribunal duceretur, indicationi subjacebat; et hujus accusationis nomen erat indicatio.

8. Adductio dabatur contra eos qui exsulem civitatis receperant, vel clam rem publicam subripuerant.

9. De recensione et rejectione et provocatione sic distinguendum et explicandum est. Tribus quædam apud Atticos erant et curiæ et demi et terniones, quarum ad exemplum primus qui Romæ imperavit fundatam ab ipso urbem instituit. Demo-

rum unus quidem Acharneus, alter Eleusinius nominatus, unde cives et nominabantur Acharnes et Eleusinei; et in columnis versatilibus civium ascitorum nomina inscribebantur. Et si quis inscriptus peregrinitatis arguebatur, eum accusabant qui suspicabantur, et hæc accusatio erat recensio. Et si plura suffragia recensitum expellebant, hæc expulsio rejectio dicebatur. Si autem rejectus a demis ad commune tribunal transferebatur, provocare dicebatur, et ea translatio provocatio nominabatur.

10. Qui autem aliquod munus publicum subibant, qui triremi præerant vel ædificium construebant, muneris sui tempus procrastinabant, accusatores illis disceptationem movere existimabantur.

11. Objectionis autem et per suffragia condemnationis hæc est differentia. Objectio fit de cognitis accusati injuriis; condamnatio autem est communis suffragii populi contra eum declaratio.

12. Intentionis depulsio et exceptio multum inter se differunt. Discretio enim judicantium communis de re nondum ad tribunal introducta, est intentionis depulsio; quæ autem fit de re rebus judicatis et secundum leges pronuntiatis secunda tractatio et discussio vocatur exceptio. Excipere autem permittitur iis qui de eo accusati sunt quod nulla lege statutum est.

13. Actio non scripti talis erat. Tabula singulorum tribunalium parieti cuidam applicabatur, et ejus qui ex sententia publico ærario debebat ibi nomen inscriptum erat, et juxta nomen debiti quantitas. Si quis autem debens et inscriptus inscriptionem clam abolevisset, hujus culpæ reus actione non scripti accusabatur.

14. Qui fundum aut domum ex condemnatione excipiebant per interdicti actionem accusabant eos qui ipsos inde expulerant. Priscum et Atticum verbum est arcere, quod posteri in Græcum magis verbum mutaverunt, nempe ἐξελεῖν, id est institutis expellere.

15. Si quis autem servus fiebat insidiarum legitimis dominis reus, derelictionis actio ea res nominabatur.

16. Litis antiquatio ab actione liberatio dicebatur; ut et dicebatur actionis cessatio condemnationis indicatio in privatis litibus.

17. Actionem obtinere erat prius accusare; actionem *contra obtinere* erat recriminari: sortito autem dividere de actionibus non dicitur, sed de rerum distributione.

18. Quoniam autem apud Atticos antiquitus mos erat in tribunalibus accusantes jurejurando confirmare suam accusationem esse veram et reos se nullum falsum verbum iis oppositituros esse, accusantis jurejurandum diomosia dicebatur, ejus autem qui se defendeat, antomosia. Si vero judex ipse post eos jusjurandum præstabat, totum illud am-

2. Habes igitur, quid valeat limma, quantoque sit minus quam semitonium, et quantum distet ab ipso semitonio, et (cognitum habes) in æquales rationes duas dividi non posse neque sesquiotavam rationem neque aliam ullam superparticularem. Quod vero missis litteris mihi objecisti, quod prætermiserimus nonnulla, quæ ad Psychogoniam Platonicam explicandam adjuvarent, ea tibi veluti debita jam solvam. Quod Plato enim distantia dupli et tripli intervalli unaquaque, quia tres utrinque sint distantiæ, scissionem septem illorum orbium factam esse dicit, sane est illud, si ad verba spectamus, (ad explicandum) subdifficile; attamen significat. distantia unaquaque duplorum triplorumque intervallorum, quæ quidem terna sint (in quatuor enim terminis distantiæ tres) factam esse scissionem, quod idem est ac (si) secundum longitudinem (facta ea esse dicatur), ut in unoquoque septem illorum orbium omnes distantiæ et orbes omnes insint: numero enim dupli triplique intervalli distantiarum, quæ quidem sex sunt, sexies orbes scidit. Quibus animo præceptis animam rerum universitatis, rationes habentem, ante has (rationes) et universas mundi partes, inerrantem dico et errantem, omnium in mundo versantium (deorum) essentiam usurpare statuimus: quo ex re orbis ejus quod alterum vocatur, primas causas procreatrices septem orbium in se cohibuit. Quod si non essentiæ quoque proprius quidam factus sit orbis, sicut ejusdem naturæ (identitatis) et diversæ (diversitatis), defendemus, si quis audire cupiat, horum esse oppositionem, essentiam autem universæ animæ communem esse. Illam autem in sex (partes) divisionem animæ (quasi) familiarissimam esse Pythagoreorum est sententia, unitatem

A ,βρπζ' τῶν ,βμη' μείζονι μὲν ὑπερέχει ἢ τῷ πεντεκαιδεκάτῳ αὐτῶν μέρει, ἐλάττονι δὲ ἢ τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· τὰ δὲ ,βμη' τοῦ ,αλμδ' μείζονι μὲν ὑπέχει [ἢ] τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ αὐτοῦ μέρει, ἐλάττονι δὲ τοῦ ιη'. Τὸ ἔλαττον ἄρα τοῦ τρίτου τόνου τμῆμα ἐντὸς ἀπείληπται τοῦ διὰ τετσάρων πρὸς τῷ διατόνῳ, ὥστε τὸ μὲν τοῦ λείμματος μέγεθος ἔλαττον ἡμιτονίου συνάγεσθαι, τὸ δὲ διὰ τεσσάρων ὅλον ἔλαττον β' καὶ ἥμισυ τόνων. Καί ἐστι τῶν ,βμη' πρὸς τὰ ,αλμδ' λόγος ὁ αὐτὸς τῷ τῶν σνς' πρὸς τὰ σμγ'. Εἰς ἴσους δὲ δύο λόγους οὔθ' ὁ ἐπόγδοος, οὔτε ἄλλος τις διαιρεῖται τῶν ἐπιμορίων. Ἴσοι δὲ ἔγγιστα ποιοῦσι λόγον τὸν ἐπόγδοον, ὅ τε ἐπὶ ιη' καὶ ὁ ἐπὶ ιζ. Ὑπάρχει τοιγαροῦν κατὰ τὸν μεταξύ πως τούτων λόγον τὸ ἡμιτόνιον, τουτέστι τὸν μείζονα μὲν τοῦ ,ζ, ἐλάττονα δὲ τοῦ ἐπιεκκαιδεκάτου. B Ἔστι δὲ καὶ τῶν σμγ' τὰ ιε' μεῖζον μὲν μέρος ἢ ἑπτακαιδέκατον, ἔλαττον δὲ ἢ ια', ὥστε συντεθέντων αὐτῶν τοῦ τε σμγ' καὶ τοῦ ιε' ἐν λόγῳ γίνεσθαι τὸ ἡμιτόνιον ἔγγιστα τῷ τῶν σνη' πρὸς τὰ σμγ'. Ἐδείχθη δὲ καὶ τοῦ λείμματος ὁ λόγος ὁ τῶν σνς' πρὸς τὰ σμγ', καὶ τοῦ λείμματος ἄρα τὸ ἡμιτόνιον διοίσει τῷ τῶν σνη' λόγῳ πρὸς τὰ σνς', ὅς ἐστιν ἐπιεκατοστόγδοος.

β'. Ἔχεις οὖν ἐντεῦθεν τί ποτε τὸ λεῖμμα δύναται καὶ πῶς ἔλαττον ἡμιτονίου ἐστὶ, καὶ τίνι διαφέρει αὐτοῦ τοῦ ἡμιτονίου· καὶ ὅτι εἰς ἴσους δύο λόγους οὔτε ὁ ἐπόγδοος οὔτε ἄλλος τι διαιρεῖται τῶν ἐπιμορίων. Εἰ δέ τι σοι ἐλλελοίπαμεν, ὥσπερ ἐπιστείλας ἡμῖν C ὠνείδισας, πρὸς τὴν ἐξήγησαν τῆς Πλατωνικῆς ψυχογονίας, τοῦτό σοι νῦν ὥσπερ τι χρέος διαλυόμεθα. Τὸ γὰρ κατὰ τὴν διπλασίου καὶ τριπλασίου διάστασιν εἰρημένον τῷ Πλάτωνι ἑκάστην τῶν διαστάσεων, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν, γεγονέναι τὴν σχίσιν τῶν ἑπτὰ κύκλων, ἔστι μὲν, ὅσον γε κατὰ τὴν λέξιν, ὑποδύσκολον· σημαίνει δὲ ὅμως, ὅτι κατὰ διάστασιν ἑκάστην (διάστασις †) τῶν διπλασίων καὶ τριπλασίων διαστάσεων, οὐσῶν ἑκατέρων τριῶν (· ἐν γὰρ τέσσαρσιν ὅροις αἱ διαστάσεις τρεῖς· ἡ σχίσις γέγονεν, ὃ ἐστι τῷ κατὰ μῆκος ταὐτὸν, ἵν' ἑκάστῳ τῶν ἑπτὰ κύκλων ἐνῶσιν αἱ διαστάσεις πᾶσαι καὶ οἱ λόγοι πάντες· κατὰ γὰρ τὸν ἀριθμὸν τῶν τοῦ διπλασίου καὶ τριπλασίου διαστάσεων ἓξ οὐσῶν ἑξαχῶς τοὺς κύκλους ἔτεμε. Τούτων δὲ προειλημμένων, φαμὲν (ὁ δὲ λόγος ἑλληνικὸς †) τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν, D λόγους ἔχουσαν, πάντων εἶναι ἐγκοσμίων ἔχειν πρὸ τούτων καὶ τῶν ὅλων τοῦ κόσμου μερίδων, αὐτῆς λέγω τῆς ἀπλανοῦς καὶ τῆς πλανωμένης ὅθεν ὁ θάτερος κύκλος τῶν ἑπτὰ κύκλων τὰς πρωτουργοὺς αἰτίας ἐν ἑαυτῷ περιείληφεν. Εἰ δὲ μὴ καὶ τῆς οὐσίας ἴδιός τις γέγονε κύκλος, ὡς τῆς ταυτότητος καὶ τῆς ἑτερότητος, διαλύσομεν, εἴ τις ἐρωτῴη, ὅτι τούτων μὲν ἐστιν ἀντίθεσις, ἡ δὲ οὐσία κοινὴ τῆς πάσης ἐστὶ ψυχῆς. Τὴν δὲ εἰς ἓξ διαίρεσιν οἰκειοτάτην εἶναι τῇ ψυχῇ ὁ τῶν Πυθαγορείων λόγος φησὶν, ἀνάλογον ταττόντων σημείῳ μὲν μονάδα, γραμμῇ δὲ δυάδα, τῷ δὲ ἐπιπέδῳ τριάδα, τῷ δὲ σώματι τετράδα, τῷ δὲ πεποιωμένῳ τὴν πεντάδα, τῷ δὲ ἐψυχομένῳ

τὴν ἑξάδα, τῷ δὲ νοερῷ τὴν ἑπτάδα. Τὸ μέντοι λεῖμμα ἄνω μὲν τῆς ἐπιστολῆς μαθηματικῶς ἀπεδείχθη σοι· ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ παντὶ τοιοῦτον.

A puncto consentaneam collocantium, lineæ autem (consentaneum) binarium numerum, ternarium plano, corpori quaternarium, quinarium ei, quod est effectum, ei, quod animatum est, senarium, intellectuali autem septenarium. Limma vero supra in (hac) epistola mathematicorum more tibi demonstratum est. Quod idem in universo tale est.

γ'. Ἀφ' ἑκάστης γὰρ τῶν σφαιρῶν ἀπόῤῥοιαί τινες καθήκουσιν εἰς τὰ ὑπὸ γῆν καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων συμμιγεῖς τινες ὑποστάθμαι, πολὺ μὲν τὸ ταραχῶδες ἔχουσαι καὶ σκοτεινὸν καὶ ἔνυλον, συντελοῦσι δ' ὅμως πρὸς τὴν ὅλην τοῦ κόσμου σύστασιν καὶ ἁρμονίαν. Τούτων δὴ τὴν αἰτίαν ἐν τῇ ὅλῃ ψυχῇ τιθεὶς ὁ Πλάτων, λεῖμμα κέκληκεν αὐτήν, ὃ δὴ τῆς ἐσχάτης φύσεώς ἐστι σημαντικόν. Καὶ ὁ τῶν ψυχῶν δὲ (19) λόγος πρὸς τὰ δαιμόνια ζῶα τὸν τοῦ λείμματος ἐπέχει λόγον, καὶ τὰ ἡρωικὰ δὲ πρὸς τὰ δαιμόνια τὸν ἐπόγδοον ἔχει λόγον διὰ τὸ ἄχραντον τῆς ζωῆς εἶδος, τὰ δὲ πολλῶν ἔχοι ἂν πρὸς ἐκεῖνα τὸν τοῦ λείμματος. Ἔστι δὲ καὶ πρώτη ἀρτιοπέρισσος ἡ ψυχή, B μέση γάρ ἐστι τῶν ἀμερῶν καὶ τῶν μεριστῶν, ὧν τοῖς μὲν τὸ περισσὸν οἰκεῖον, τοῖς δὲ τὸ ἄρτιον. Τὸ δὲ φάναι, ὅτι τὰ ἐπίτριτα πάντα συνεπληροῦτο τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι μετὰ τοῦ λείμματος, ἐμφαίνειν, ὅτι τῶν λόγων αἱ ἀποπεραπτώσεις εἰς μερικωτέρας ἀποστάσεις κατέληξαν. Ἑπτὰ δέ εἰσιν ὅροι. Διότι μέσην ἔλαχεν ἡ ψυχὴ τῶν τε ἀμερίστων καὶ τῶν μεριστῶν, καὶ ἐκεῖνα μὲν μιμεῖται διὰ τῆς τριάδος τῶν ὅρων, ταῦτα δὲ προείληφε διὰ τῆς τετράδος, ἐπεὶ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἑαυτῆς ἡ ψυχή, ἑβδοματική ἐστιν. Εἰ γὰρ μονὰς ὁ δημιουργικὸς νοῦς, ἡ δὲ ψυχὴ πρώτως ἀπὸ νοῦ πρόεισιν, ἑβδομάδος ἔχει λόγον πρὸς αὐτόν· πατρικὴ γὰρ καὶ ἀμήτωρ ἡ ἑβδομάς. Τῶν δὲ μεσοτήτων τριῶν οὐσῶν ἡ μὲν γεωμετρικὴ τὸ οὐσιῶδές πως συνδεῖ τῶν ψυχῶν, ἡ δὲ ἁρμονικὴ C τὴν ταυτότητα, ἡ δὲ ἀριθμητικὴ τὴν ἑτερότητα· καὶ ἡ μὲν γεωμετρικὴ εὐνομίας εἰκών, ἡ δὲ ἁρμονικὴ δίκης, ἡ δὲ ἀριθμητικὴ εἰρήνης. Ἔχεις οὖν αὐτάρκως παρ' ἡμῶν, ὦ φιλότης, εἰ μή τις ἂν εἴποι καὶ φιλοτίμως καὶ πεθιττῶς τόν, περὶ ὧν ἐζήτησας, λόγον.

3. Ex unoquoque globorum ad ea, quæ subter terram sunt, defluvia quædam delabuntur commistaque quædam cum ipsis elementis sedimenta, quæ etsi multum turbulenti et obscuri et materialis habent, ad universam tamen mundi compositionem et concentum conferunt. Horum sane causam in universa anima positam Plato nominavit limma, quod quidem extremæ naturæ significativum est. Et vero animarum ratio ad dæmonica animalia rationem limmatis præbet, atque heroica ad dæmonica sesquiotavam rationem per puram vitæ speciem habent. Ad illa autem ea, quæ multorum sunt, limmatis habent rationem. Prima quoque pariter impar anima est, medium enim inter dividua et individua tenet locum, quorum quidem his familiarius est par, illis impar. Quod vero sequitertia (intervalla) omnia sesquioctavæ (rationis) intervallo et limmate expleta esse dicuntur, (inde) apparet, rationum ad finem perductiones in divisiores distantias desinere. Atqui septem sunt termini. Anima quia medium obtinuit inter invidua et dividua, quorum illa ternione terminorum imitatur, hæc quaternione anticipavit, quoniam tota est per se totam, septemplex est. Nam si unitas est opifex (rerum) mens, anima autem initio a mente proficiscitur, ad eam septenarii numeri rationem habet: septenarius enim numerus et procreandi potens est neque matre utitur. Medietates autem cum sint tres, geometrica (medietas) essentialem (partem) animarum copulat (et connectit), harmonica autem eamdem naturam (identitatem), diversam (diversitatem) autem arithmetica: geometrica (medietas) æquitatis imago (est), justitiæ harmonica, arithmetica pacis. Abunde satis ergo, o charum caput, ac pene dixerim large et copiose, ex nobis (cognitam) eorum, de quibus quæsisti, explicationem habes.

(19) Καὶ ὁ τῶν ψυχῶν δὲ..... Hac de re fusius Procl. in Tim. 342 sq. Psellus, auctorem Proclum secutus, omnem animarum multitudinem in tres partes divisit, ex quibus prima est divinarum (θεῖαι ψυχαί), altera dæmonicarum (δαιμόνιαι), tertia humanarum (μερικαί, ἀνθρωπεῖαι. Psell. Psych. I, § 4). Cæterum cfr. Zeller. Gesch. der Philos. der Griech. III, 936-940. Linder.

INDEX

Vocum quæ a Psello usurpatæ in nullis adhuc Lexicis reperiuntur.
Quæ hoc signo (†) notatæ sunt, earum significatio, quæ est in hoc opere Pselliano, apud nullum Lexicographum annotata est.

MICHAELIS PSELLI
EXPOSITIO
IN ORACULA CHALDAICA.

(*Oracula Sibyllina* ed. Gallæi, ad calcem.)

—

ΜΑΓΙΚΑ ΛΟΓΙΑ

ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΖΟΡΟΑΣΤΡΟΥ ΜΑΓΩΝ (1).

—

ORACULA MAGICA

QUÆ A ZOROASTRE PRODIERE.

—

Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν (2), ἢ νίνι τάξει,
Σώματι (3) θητεύσας ἐπὶ τάξιν ἀφ' ἧς ἐῤῥύης,
A Αὖθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.
Μηδὲ (4) κάτω νεύσῃς· κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται,

Exquire animæ viam, unde aut qua ratione, ubi corpori inservieris, eadem rursus in locum a quo fluxisti extolles sacro sermoni opus adjungens.

Neque deorsum vergas: præcipitium in terra

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

(1) Cicero lib. I De divinatione, scribit, neminem Persarum regem esse potuisse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque percepisset: tanto in honore et admiratione habebantur præcepta magica. Quid autem veterum magia et qui magi fuerint, e Platone, Xenophonte, Strabone, Plutarcho, Luciano, Cicerone et aliis infinitis, cuique repetere licet. Ut breviter dicam, theologiam simul cum physiologia tractabant apud Persas, Sacas, et Medos, quemadmodum Brachmanes et Gymnosophistæ apud Indos, Chaldæi apud Assyrios. Ἱερογραμματεῖς apud Ægyptios, Levitæ apud Judæos, Eteobutadæ apud Athenienses, Etrusci apud Romanos. B Druides apud Gallos et Germanos. Ne quis igitur hic artis portentosæ et præstigiatoriæ præcepta tradi putet. Dogmata sunt de pietate et cultu divino secretiora sive Magorum, sive Ægyptiorum, sive Chaldæorum, a fide orthodoxa non admodum aliena, uti Psellus docet, et ante hunc Synesius episcopus Cyrenensis (a). E cujus libro Περὶ ἐνυπνίων patet vix reliquias e sacris illis oraculis ad nos pervenisse, easdemque adeo mutilas et confusas, ut centonem merito dicere possis e veterum scriptum consutum. Quæ enim ille carmina refert, partim multum dissimilia sunt, partim in hisce non reperiuntur. Ea, ne quid jure desiderare posses, lector, breviter indicanda censui.

In his nostris non exstant quæ libello citato leguntur: Εἰ δέ τις μέγα μὲν οἴεται τὴν ἀγωγὴν, φαντασίᾳ δὲ ἀπιστεῖ, μή τοι καὶ κατ' αὐτήν ποτε πορισθῆναι τὴν εὐδαίμονα συναφὴν, ἀκουσάτω τῶν ἱερῶν λογίων ἃ λέγει περὶ διαφόρων ὁδῶν. C Μετὰ δὲ τὸν ὅλον κατάλογον τῶν οἴκοθεν εἰς ἀναγωγὴν ἀφορμῶν, καθ' ὅν ἔξεστι τὸ ἔνδοθεν σπέρμα αὐξῆσαι.
Τοῖς δὲ (φησὶ) διδακτὸν ἔδωκε φάους γνώρισμα λαβέσθαι.
Τοὺς δὲ καὶ ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς.

Ὁρᾷς· ἀντιδιέστειλεν εὐμοιρίαν μαθήσεων· Ὁ μὲν ὕπαρ φησὶν, ὁ δὲ ὄναρ διδάσκεται. Ἀλλ' ὕπαρ μὲν ἄνθρωπος

(2) Ὅθεν. Huc respiciunt Synesii verba, eadem pagina, ἐς τοσοῦτον πεπλανημένον, ὡς μὴ ὅθεν ἦλθεν εἰδέναι, « tantopere aberrantem, ut unde venerit ignoret. »

(3) Σώματι, etc. Hinc desumpsit Synesius quæ elegantissime scripsit ibidem pag. 109: Ὅτι μὲν ἐξελθούσαις ψυχαῖς γένοιτο πόμα ληθαῖον, ἄλλος εἰπάτω. Εἰσελθούσῃ δὲ εἰς τὸν βίον ψυχῇ ληθαῖον ὀρέγεται πόμα, τὸ τῇδε ἡδὺ καὶ μειλίχιον. Θῆσσα γὰρ κατιοῦσα τὸν πρῶτον βίον ἐθελοντὶς, ἀντὶ τοῦ θητεῦσαι δουλεύει. Id est, « Alius dicat quod sit lethæum sive oblivionis poculum illud animabus exeuntibus dari solitum. Animæ certe in hanc vitam ingressæ exhibitum oblivionis poculum nihil aliud est, nisi vitæ hujus dulcedo et voluptas. Cum enim mercenaria sponte ad hanc vitam descendat, loco operæ mercede locandæ jugum serviliter subit. »

(4) Μηδὲ, etc. Synesii versus nostris multum sunt dissimiles. Sic enim habet ille pag. 108:

Μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον.
Ὧ βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωταί τε καὶ ᾅδης
Ἀμφικνεφὴς, ῥυπόων, εἰδωλοχαρὴς, ἀνόητος.

Id est,

Ne deorsum nutes ad mundum atrum et tenebris plenum
Cui gurges profundus semper infidus substratus est et orcus
Undique caliginosus, sordidus, spectris gaudens, amens.

Vide integrum locum Synesii. Conferet enim ad intelligentiam sequentium et præcedentium.

(a) *Patrologiæ* tom. LXVI.

Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ἣν ὕπο, δεινῆς
Ἀνάγκης θρόνος ἐστί.
Σὸν γὰρ (5) ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.
Μὴ σὺ (6) γ' αὔξανε τὴν εἱμαρμένην·
Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.
Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς,
Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥῆμα λαλήσῃ,
Μνήμην (7) ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ,
Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πρὸς πατρὸς [αὐγάς,
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

subjacet, trahens te de limine habente septem meatus, subter quod horrendi fati sedes est.

Tuum enim vas bestiæ terræ incolent.

Tu porro noli fato dare incrementum: neque enim a præfectura summi Dei imperfectum quid procedit.

At vero animus paternus voluntatem illius animæ non admittit, donec exierit ab oblivione, et verbum dixerit, memoria tenens sanctum paternum symbolum.

Properandum tibi est ad lumen et splendorem Patris, unde missa est anima, multam complexa mentem.

A Αὐτοὺς δὲ (8) χθὼν κατοδύρεται ἐς τέκνα μέχρις.
Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοοι εὔλυτοί εἰσιν.
Λαιῆς ἐν λαγόσιν κοίτης, ἀρετῆς πέλε πηγή,
Ἔνδον ὅλη μίμνουσα, τὸ παρθένον (9) οὐ προϊεῖσα.
Ψυχὴ (10) ἡ μερόπων θεὸν ἄγξει πως ἐς ἑαυτήν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται·
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γάρ, ὑφ' ᾗ πέλε σῶμα βρότειον.
Ὅττι ψυχὴ (11) πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν,
Ἀθάνατός τε (12) μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί,
Καὶ ἴσχει (13) κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.
Ζήτησον παράδεισον.

Ipsos terra deflet usque ad filios.

Expulsores animæ, respirare facientes, sunt solubiles.

Sinistris in ilibus cubilis, vis virtutis intus est,
B intus tota manens, virginitatem non projiciens.

Anima hominum Deum vehementer ad seipsam conjunget, nihil mortale habens, tota divinitus inebriata est: harmoniam enim jactat, in qua est humanum corpus.

Quoniam anima ignis est lucidus potestate Patris, manet immortalis, et vitæ est domina: et quoniam

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

ἄνθρωπός ἐστιν ὁ διδάσκων, τὸν ὑπνώοντα δὲ θεὸς ἧς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς, ὥστ' αὐτὸν εἶναι τὸ μανθάνειν τε καὶ τυγχάνειν· τὸ γὰρ ἐγκαρπίσαι καὶ πλέον ἐστὶ τοῦ διδάξαι. Id est, « Si quis vero magni momenti esse arbitretur evectionem ad superiora, imaginationi autem fidem non habeat, dubitans num per ipsius consortium beatam illam conjunctionem assequi liceat, is audiat sacra oracula quæ de diversis viis proferunt. Equidem post totam enumerationem domesticorum subsidiorum ad subliC miorem meditationem, per quam facultas datur semen interius amplificandi. His quidem (inquiunt) luminis cognitionem doctrina acquisitam dedit, alios vero etiam dormientes seminum virtutis suæ participes fecit. Vides ut ex adverso distinxerunt disciplinarum felicitatem. Hic quidem inter vigilandum (aiunt), ille vero inter dormiendum eruditur. Atqui vigilantem homo est qui docet.: dormienti vero Deus suæ virtutis semina infundit, ita ut idem sit discere et consequi. Nam semina indere et quasi implantare plus est quam docere. » Unde manifestum est id quod Nicephorus ad hunc locum annotat, Synesium oracula multa silentio transiisse, nec integra recitasse.

(5) Σὸν γάρ, etc. Mastlius Ficinus lib. XVII De animorum immortalitate, cap. ult. Zoroastri, ut et sequentia plurima, ascribit et ita interpretatur: « Tuum vas bestiæ terræ habitant. »

(7) Μὴ σύ, etc. Idem Marsilius lib. XIII, non D longe ab initio. « Ne tu augeas fatum, inquit; quasi in tuo arbitrio sit cedere fato atque non cedere. »

(7) Μνήμην, etc. Hunc versum et sequentem refert Ficinus lib. X de immortalitate animorum, cap. VIII, cum hac interpretatione: « Ascendendum tibi est ad lumen ipsum et Patris radios, unde infusa est tibi anima multo mentis lumine circumfusa. »

(8) Αὐτοὺς δέ, etc. Vetus codex regiæ bibliothecæ habet ἃ ἃ τοὺς δέ· similiter accentu tantum mutato, eruditione præstantis viri Sanctandreani exemplar ἅ ἅ τοὺς δὲ χθὼν etc., utrumque σχετλιαστικῶς *ah ah*, vel *heu heu*.

(9) Παρθένον. Reginæ exemplar refert τὸ παρθένιον προϊοῦσα, contra metri regulam, quanquam id non ubique in hoc fragmento observatum sit.

(10) Ψυχή. Tres hos versus paucis explicat Marsilius lib. XIII, cap. 4, ita scribens: « Qui phantasiam vult silere, ac etiam supremi Numinis desiderio flagrans, consuetis rationis naturalis discursibus non confidit, sola vivit mente, evadit angelus, et toto capit pectore Deum. Hæc significat Zoroaster: Anima hominum Deum quodammodo contrahit in seipsam, quando nihil retinens mortale, tota divinis haustibus inebriatur. Tunc quoque exsultat in corporis harmoniam. »

(11) Ὅττι ψυχή. Idem libro et capite dictis versus aliquot e sequentibus huc translatos ordinat:

Ὅττι ψυχὴ πῦρ δυνάμει Πατρὸς οὖσα φαεινόν,
Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ' ἄρ- [δην
Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω.
Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.

Id est, illo interprete: « Quoniam anima per potentiam Patris fit ignis splendidus, dominetur in te immortalis profunditas animæ, et oculos omnes una tolle in altum. Tunc neque etiam materiale ipsum corpus præcipitio derelinques. » Ignem appellat lucem ipsam, qua exuberat Deus per se, et anima per vim Patris conversa in Patrem abundat. Et quia Deus est ipsa unitas super mentem et centrum essentiarum super essentiam, ideoque non unitur illi per mentem proprie, sed per unitatem animæ, quæ est mentis caput, centrumque totius animæ, idcirco dicit Zoroaster: Ducat te animæ profunditas immortalis, id est unitas ipsa, quam impressit quondam Deus animæ tanquam unitatis divinæ characterem, a qua et ad quam omnes aliæ vires animæ, quasi a centro et ad centrum omnes circuli lineæ pendent. »

(12) Ἀθάνατός τε. Marsilius lib. V, De animorum immortalitate, cap. XIV: « Immortalis manet, ac vitæ domina est; q. d. ideo immortalis manet, quia habet vitam pedisequam, sicuti sol lucem, crinita comam. » Vide locum. Docet enim illic fuse, animam abire, adveniente morte, non perdi.

(13) Καὶ ἴσχει, etc. Idem lib. IV, cap. ultimo: « Profecto animam ipsam esse quodammodo omnia, de qua Zoroaster ait: Mundanorum sinuum multas plenitudines comprehendit. »

Μη πνεῦμα (14) μολύνῃς, μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.
Ἔστι καὶ εἰδώλῳ (15) μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.
Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.
Μὴ ἐξάξῃς (16), ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι.
Ἐκτείνας (17) πύρινον νοῦν
Ἔργον ἐπ' εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.
Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσ', οὔποτ' ἀληθὲς
Σῆμα βροτῷ ἀνδρὶ χθόνιοι κύνες δεικνύντες.
Ἡ φύσις πείθει εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς,
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά.
Αἱ ποιναὶ (18) μερόπων ἄγκτειραι.

A Ἡγείσθω (19) ψυχῆς βάθος ἄμβροτον· ὄμματα δ' [ἄρδην
Πάντ' ἐκπέτασον ἄνω·
Ὦ τολμηροτάτης (20) φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.
Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις (21) πάντη λεκτόν.
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυδρὸς τότε φαίνεται ὄγκος·
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκε, βλέπεται δὲ τὰ πάντα κεραυνοί.
Μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα.
Πάντοθεν (22) ἀπλάστῳ ψυχῇ, πυρὸς ἡνία τεῖνον.
Ἡνίκα μὲν βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐΐερον πῦρ

habet multas consummationes sinuum mundi, quærito paradisum.

Ne spiritum conspurces, neve illum planum et æquabilem in profundum deprimas.

Est et simulacro animæ pars in loco undique fulgenti et perspicuo.

Neque materiæ crassamentum, in præcipitio deferas.

Ne educas animam, ne exiens e corpore habeat aliquid periculi.

Si extenderis igneam mentem ad opus cultus divini, fluxum etiam corpus tueberis.

Certe ex finibus terræ prodeunt canes terrestres, nunquam demonstrantes verum signum hominum mortali.

Naturalis ratio suadet esse dæmonas sanctos, B etiam malæ materiæ germina frugi ac bona.

Ultrices furiæ homines constringunt.

Animæ profunditas immortalis imperat : oculos vero prorsus totos expande sursum versus.

O homo machinamentum naturæ confidentissimæ.

JOANNIS OPSOPŒI NOTÆ.

(14) Μὴ πνεῦμα. Item lib. XVIII, de animorum immortalitate cap. 6: « Ne fœdes spiritum, neque in profundum exaugeas quod est planum. Spiritum. planum appellat ipsum vehiculum, non quia corpus non sit atque profundum, sed quia propter tenuissimam et splendidam puritatem sit quasi non corpus. Præcipit ergo ne propter nimium corporis elementalis affectum, cogas ipsum etiam post hanc vitam sordidum atque grave superfore caliginis elementalis adjunctione. »

(15) Ἔστι καὶ εἰδώλῳ, etc. Idem ibidem : « Est idolo quoque locus in regione perspicua. Quia scilicet cum vehiculo simul et anima rationali recurret in cœlum. » Sequentem versum conjunxit Ficinus cum superiore illo cujus initium est Ὅττι ψυχή, cap. 4 lib. XIII. Synesius quoque hunc cum præcedente allegat libro de Insomniis pag. 11 edit. Turneb., sed ordine inverso : Θέα δὴ (ait) πόσῳ τῷ μέσῳ τὸ πνεῦμα τοῦτο ἐμπολιτεύεται· Ῥεψάσης μὲν κάτω ψυχῆς, ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτε ἐβαρύνθη τε καὶ ἔδυ, μέχρις ἐγκύρσῃ τῷ μελαναυγεῖ καὶ ἀμφικνεφεῖ χώρῳ ἀνιούσῃ δὲ καὶ συνέπεται μέχρις ἂν εἰς πλεῖστον τὸ ἀντικείμενον ἥκῃ, ἄκουε γὰρ καὶ περὶ τούτου τῶν λογίων λεγόντων·
Οὐ τῷ τῆς ὕλης κρημνῷ σκύβαλον καταλείψει.
Ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.
Οὗτος δὲ ἀντίθεσιν ἔχει πρὸς τὸν ἀμφικνεφῆ. Καί τοι τί πλέον τις ἂν ἐν τούτοις ὀξυωπήσειεν; Οὐ γὰρ μόνην εἰς τὰς σφαίρας ἀνάγειν ἔοικε τὴν ἐκεῖθεν ἥκουσαν φύσιν, ἀλλὰ εἴτι καὶ τῆς πυρὸς καὶ τῆς D ἀέρος ἀκρότητος εἰς τὴν εἰδωλικὴν φύσιν ἔσπασε κατιοῦσα πρὶν τὸ γήϊνον ἀμφιέσασθαι κέλυφος, καὶ τοῦτο, φησί, τῇ κρείττονι μερίδι συναναπέμπει. Ὕλης γὰρ σκύβαλον οὐκ ἂν εἴη τὸν θεσπέσιον σῶμα. Et quæ sequuntur. Quæ sic Latine reddidit Pichonius : « Observa igitur in quanto intervallo spiritus hic phantasticus versatur. Declinante quidem deorsum animo, dicebat oratio, quod opprimitur atque subit quousque incidat in tenebrosum et undique caliginosum locum. Sed ascendentem etiam comitatur, quod sequendi facultas sit. Et sequi potest, donec in maxime oppositum et omni ex parte fulgentem locum venerit. Audi etiam hac de re vaticinia dicentia : Non in eminenti ac sublimi loco materiæ purgamentum relinquet : sed et simulacro pars est in loco undique fulgente. Is autem controversiam habet cum undique caliginoso. Nam quid acutius in his versibus quispiam cernere possit ? non enim solum in globos cœlestes reducere videtur illinc venientem naturam, sed si quid ex ignis et aeris summitate in imaginariam naturam descendens attraxit, antequam induerit tegumentum, et istud, aiunt, cum validiori parte transmittit. Nam materiæ excrementum haud fuerit divinum corpus. »

(16) Μὴ ἐξάξῃς. Explicat Plotinus philosophus, C lib. IX, *De anim. educt.*

(17) Ἐκτείνας. Marsilius sic vertit lib. XIII, *De anim. immortal.* cap. 4 : *Si mentem ardentem ad opus pietatis intenderis, labile corpus servabis*.

(18) Αἱ ποιναί. Pulcherrima declaratio hujus oraculi peti potest e Synesii libro *De insomniis*, pag. 109, ubi sic inquit : Αἱ παρ' ἀξίαν καλούμεναι ξυμφοραὶ, μέγα μέρος συμβάλλονται πρὸς τὸ λῦσαι τὴν σχέσιν ἣν ἔχομεν πρὸς τὰ τῇδε, etc. Id est, « Calamitates insolitæ maxime conferunt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur. » Et paulo post, Ποιναὶ γὰρ ὑλαῖαι τότε δὴ καὶ παρ' εἱμαρμένην κινοῦνται κατὰ τῶν ἀμφηνιασάντων πρὸς τοὺς νόμους αὐτῆς. Καὶ τοῦτο ἄρα αἱ καλούμεναι πεῖραι, ἃς Ἡρακλέα τε ἀνατλῆναί φασιν ἱεροὶ λόγοι. Hoc est, « Pœnæ sane etiam præter fati necessitatem moventur adversus feroces et legum frena excutientes atque hæ profecto ærumnæ sunt et celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri D sermones.

(19) Ἡγείσθω, Marsil. lib. XIII, *De anim. imm.* cap. IV, ut supra indicavi.

(20) Ὦ τολμηροτάτης. Idem refert lib. XIV, cap. 1 : *O, homo naturæ audentissimæ artificium.*

(21) Ἀθρησεῖς. In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur ὀθρήσῃς πάντα λ., et linea penult. κεραυνοῖς.

(22) Πάντοθεν. Hic est ordo versuum hujus paginæ in codice regio. Primus est πάντοθεν, secundum ὦ πῶς ἔχει κόσμος, tertius ἡνίκα, quartus λαμπόμενον, quintus κλῦθι, sextus πάντα γὰρ, septimus δευτέρῳ, octavus Πατὴρ οὐ φόβον, nonus ἑαυτὸν ὁ Πατὴρ cum proximo οὐδ' ἕν, decimus ἔστι δὲ δή τι undecimus εἰσὶν πάντα, duodecimus μάνθανε τὸ, decimus tertius νοούμεναι, decimus quartus βουλαῖς, quintus autem in istius paginæ ordine σύμβολα, etc., plane omissus est.

Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς τὴν φωνήν.
Σύμβολα πατρικὸς νόος ἐνέσπειρε (22) ταῖς ψυχαῖς.
Μάνθανε (23) τὸ νοητὸν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.
Ἔστι δὲ (24) δή τι νοητὸν, ὅ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.
Εἰσὶν πάντα (25) πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα·
Πάντα (26) γὰρ ἐξετέλησε Πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε.

A Δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κληΐζεται (27) ἔθνεα ἀνδρῶν.
Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταὶ,
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι (28) ὥστε νοῆσαι.
Ὢ πῶς κόσμος ἔχει νοεροὺς ἀνοχῆας (29) ἀκαμπεῖς!
Ἑαυτὸν ὁ Πατὴρ ἥρπασεν·
Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.
Πατὴρ (30) οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχεύει.

Si sæpius mihi locutus fueris prorsus videbis memorabilem; neque enim cœlestis, curvaque et devexa apparet tunc tibi moles. Stellæ non splendent, lunæ lumen tectum est, terra non stat, videntur vero omnia esse fulmina.

Ne vocaveris imaginem naturæ ipsius Dei per se conspicuam.

Undique simplici amnio tende habenas ignis.

Cum videris absque forma sacrum ignem micantem saltando per profunda totius mundi, audi ignis sonitum.

Mens ipsius Dei indidit animis hominum signa paterna.

Percipe id quod potest intellectu percipi : nam est extra mentem.

Est sane quiddam intelligentia perceptibile, quod oportet te intelligere flore mentis.

Omnia sunt producta ex uno igne : quippe cum omnia Pater perfecerit, et menti tradiderit secundæ, quam primam vocant nationes hominum.

Species quæ mente percipiuntur paterna mente perceptæ et ipsæ intelligunt, consilii tacitis motæ
B ut intelligant.

O quomodo mundus hic habet rectores vi intelligendi præditos qui non flectuntur!

Seipsum summus parens Deus a reliquis omnibus subduxit : neque in sua potentia intellectili ignem suum inclusit.

Pater non metum immittit, sed obsequium infundit.

JOANNIS OPSOPŒI NOTÆ.

(23) Μάνθανε. Marsilius lib. I, De anim. immortalitate cap. 6 : « Aliud mens erit, aliud veritas. Quod sic aperit Zoroaster : Scito intelligibile ipsum esse extra mentem. »

(24) Ἔστι δέ. Idem lib. XIII, cap. 5 : « Est intelligibile aliquid quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaster ipsum animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput. »

(25) Εἰσὶν πάντα. Idem lib. II, cap. 7 : « Esse ipsum rebus omnibus est commune. Esse igitur ubicunque sit, pendet ex Deo. Quod mystice tetigit Zoroaster : Omnia sunt ex uno igne genita.

(26) Πάντα γάρ. Ficinus lib. IV, cap. 1 : « Essentia angelorum principio informis est quodammodo, et tanquam passivum subjectum quoddam exponitur ad actum intelligendi, et formarum idearumque ornatum suscipiendum. De quo Zoroaster ait : Omnia perfecit pater, et menti præbuit secundæ. » Porro corrige ἐξετέλησε, et scribe ἐξετέλεσσε. Ita enim in hoc verbo syllabam producunt poetæ, non vocalis brevis in longam mutatione.

(27) Κληΐζεται. Regium exemplar habet κληΐζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν, et ita quoque correxerat Ranconetus. Sed laborabit carmen, nisi illi hac ratione subvenias : κληΐζετ' ἅπαν γένος ἀνδρῶν. Recepta lectio tamen non est improbanda,

(28) Κινούμεναι. Marsil. Ficinus lib. I De anim. immort.. cap. 5 : « Angeli movent, non moventur; de quibus Zoroaster, Mundus habet intellectuales rectores immobiles. »

(29) Ἀνοχῆας· Idem lib. IV, cap. 1 : « Angelus
C animam uno excedit, quod manet : Deo cedit uno, quod multiplex est. Deus tamen per hoc unum abit super omnia ad infinitum. Quod ita cecinit Zoroaster : Pater per se ipsum rapuit, neque in mente quidem quæ illum sequitur, proprium inclusit ignem ; » q. d., nullam habet cum cæteris comparationem.

(30) Πατὴρ etc. Idem lib. III, cap. ult. : « Si animos pulsat, quia illi sursum deorsumque libere volubiles sunt, pulsat, et libere, ita ut alliciat ; non trahat, non cogat, sed persuadeat ; quod Zoroaster ita testatur : Pater non incurrit metum, sed persuasionem inducit. »

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΑ ΧΑΛΔΑΙΚΑ ΛΟΓΙΑ

—

SAPIENTISSIMI PSELLI

EXPOSITIO

IN ORACULA CHALDAICA.

—

Est etiam simulacro locus suus in regione undique [et omnino lucida.

Idola sive simulacra dicuntur a philosophis, quæ congenita quidem sunt præstantioribus, attamen illis inferiora et deteriora. Exempli gratia, Deo mens congenita est, menti anima rationis particeps, animæ ratione præditæ irrationalis, irrationali natura, naturæ corpus, et corpori materia. Idolum itaque et imago Dei mens est, mentis anima rationalis, animæ rationalis irrationalis, irrationalis natura, naturæ corpus, corporis materia. Hic autem irrationalem animam vocat Chaldaicum oraculum animæ rationalis simulacrum, eo quod huic illa connata est, sed conditione inferori : aitque simulacro partem attributam esse in regione undiquaque collustrata. Quo significat animam rationis expertem quæ imaginem animæ ratione præditæ refert, virtutum auxilio dum in hac vita moratur lustratam, curriculo vitæ humanæ finito ad regionem quæ supra lunam est redire, eique sorte assignari locum undique luminosum, id est circumcirca et omni ex parte splendore fulgentem. Nam qui subter lunam locus est, undique tenebricosus est, et circumcirca caligine septus. Lunaris vero alternatim lucidus et obscurus est, hoc una ex parte lumine clarus, ex altera tenebris oppletus : quemadmodum etiam ipsa luna media ex parte illuminata est, et ex media obtenebrata. Locus vero ille supra lunam, utrinque lucidus est sive omni ex parte collustratus. Dicit itaque oraculum, non solum animæ ratione præditæ superlunarem illam regionem undique luminosam esse destinatam, sed etiam illius imaginem animam brutam hac sorte dotatam, ut in regionem omni ex parte lucidam adsciscatur, modo splendida et pura e corpore exierit. Græcorum siquidem do-

A Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα·

Εἴδωλα (1) λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὰ συμφυῆ μὲν κρείττοσιν, ἐλάττονα δὲ ἐκείνων τυγχάνοντα· οἷον συμφυὴς ὁ νοῦς τῷ Θεῷ, καὶ τῷ νῷ ἡ λογικὴ ψυχὴ, καὶ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡ ἄλογος, καὶ τῇ ἀλόγῳ ἡ φύσις, καὶ τῇ φύσει τὸ σῶμα, καὶ τῷ σώματι ἡ ὕλη. Εἴδωλον μὲν τοῦ μὲν Θεοῦ, ὁ νοῦς· τοῦ δὲ νοῦ, ἡ λογικὴ ψυχή· τῆς δὲ λογικῆς ψυχῆς, ἄλογος· τῆς δὲ ἀλόγου, ἡ φύσις, τῆς δὲ φύσεως, τὸ σῶμα, τοῦ δὲ σώματος, ἡ ὕλη. Ἐνταῦθα δὲ τὸ Χαλδαϊκὸν λόγιον εἴδωλόν φησι τὴν ἄλογον ψυχὴν τῆς λογικῆς. Συμφυὴς γὰρ αὐτὴ (2) ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ χείρων ἐκείνης. Καί φησιν ὅτι καὶ εἰδώλῳ μερίς ἐστιν εἰς τόπον ἀμφιφάοντα, τουτέστιν, ἡ ἄλογος ψυχὴ ἥτις
B ἐστὶν εἴδωλον τῆς λογικῆς ψυχῆς, καθαρθεῖσα δι' ἀρετῆς ἐν τῷ βίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον μετὰ τὴν διάλυσιν τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς· καὶ ἐπικληροῦται εἰς τὸν ἀμφιφαῆ, τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν λάμποντα, καὶ ὁλολαμπῆ. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ σελήνην τόπος ἀμφικνεφής ἐστι, τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν σκοτεινός. Ὁ δὲ σεληνιακὸς, ἑτεροφαὴς, ἢ ἑτεροκνεφής· τουτέστι, τῷ ἡμίσει (3) περιλάμπων, τῷ δὲ ἡμίσει σκότους μεστός. Και γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη τοιαύτη ἐστὶ, τῷ μὲν ἡμίσει μέρει πεφωτισμένη, καὶ τῷ ἡμίσει ἀφώτιστος. Ὁ δὲ ὑπὲρ σελήνην τόπος ἀμφιφαὴς ἐστιν, ἤτοι διόλου πεφωτισμένος. Λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι οὐ μόνον ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον τὸν ἀμφιφαῆ, ἀλλὰ μερίς ἐστι καὶ τῷ εἰδώλῳ αὐτῆς, ἤτοι τῇ ἀλόγῳ ψυχῇ, ἀποκληρωθῆναι εἰς τὸν ἀμφιφαῆ
C τόπον, ὅταν διαυγὴς καὶ καθαρὰ ἐξέλθῃ τοῦ σώματος. Ὁ μὲν γὰρ Ἑλληνικὸς λόγος ἀθάνατον τιθεὶς καὶ τὴν ἄλογον τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, μέχρι τῶν ὑπὸ σελήνην στοιχείων αὐτὴν ἀνάγει· τὸ δὲ Χαλδαϊκὸν

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

(1) Εἴδωλα. Hanc Pselli expositionem transtulit Gregoras Nicephorus in sua scholia, quæ commentatus est super librum Synesii de insomniis, pag. 111 et 115 editionis Parisinæ.

(2) Αὐτή. Legeudum est αὐτῇ pro αὐτή, nempe animæ ratione præditæ.

(3) Τῷ ἡμίσει. Deest μέν, ut ex Nicephoro, et opposita δὲ particula apparet : Τῷ μὲν ἡμίσει.

λόγιον καθαῖρον αὐτὴν καὶ ὁμόφρονα τῇ λογικῇ ψυχῇ A ποιοῦν, εἰς τὸν ἐπέκεινα τῆς σελήνης τὸν ἀμφιφαῆ ταύτην ἀποκαθιστᾷ. Καὶ τὰ μὲν τῶν Χαλδαίων δόγματα, τοιαῦτα. Οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταὶ καὶ τῶν Χριστιανικῶν δογμάτων ὑποφῆται καὶ κήρυκες, οὐδαμοῦ τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀνάγουσιν, ἀλλὰ θνητὴν διαῤῥήδην ὁρίζονται, Ἄλογον δὲ ψυχὴν τίθενται, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ὀρεγομένην γενέσεως. Οὕτω γοῦν ὁ Νυσσαεὺς Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ διέξεισιν.

otrina irrationalem hominis animam facit interitus nesciam, eamque usque ad elementa sub luna sita extollit; at Chaldaicum oraculum expiatam illam et cum rationis participe anima amice conspirantem in regionem hanc quæ ultra lunam est, undique lucidam transvehit. Atque hæc quidem sunt statuta Chaldæorum. Pietatis vero doctores et Christianorum dogmatum interpretes ac præcones nusquam locorum brutam animam ad superiora educunt, sed aperte interitui obnoxiam esse profitentur. Habent autem pro anima bruta iram et cupiditatem generationis appetitricem. Atque ita enarrando tradit Gregorius Nyssenus oratione *De anima*.

Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ κατα- [λείψῃς.

Ὕλης σκύβαλον φησι τὸ λόγιον, τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον καί, B ὥσπερ ἐν διδασκαλίας λόγῳ καὶ παραινέσεως φησὶ πρὸς τὸν διδασκόμενον, ὅτι Μὴ μόνον τὴν ψυχήν σου πρὸς τὸν Θεὸν μετεώριον, καὶ τῆς βιωτικῆς συγχύσεως ὑπερτέραν ποίησον, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ὅπερ ἠμφίεσαι, καὶ ὅπερ σκύβαλόν ἐστι τῆς ὕλης, τουτέστι πράγμαυι ἀπεῤῥιμμένον καὶ καταπεφρονημένον, καὶ ὕλης παίγνιον, εἰς τὸν περίγειον καταλείπῃς κόσμον. Κρημνὸν γὰρ τὸν ἐνταῦθα τόπον ὀνομάζει τὸ λόγιον. Ὥσπεῶ γὰρ ἀπὸ μετεώρου τύπου τοῦ οὐρανοῦ, ἡ φύσις ἡμῶν ἐνταῦθα κατακρημνίζεται, Παραινεῖ οὖν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. ὅπερ φησὶν ὕλης σκύβαλον, πυρὶ θείῳ ἐκδαπανήσωμεν, ἢ ἀπτλεπήναντες εἰς αἰθέρα κουφίσωμεν, ἢ μετερασθῶμεν ὑπὸ Θεοῦ εἰς τόπον ἄϋλον καὶ ἀσώματον· ἢ ἐνσώματον μὲν, αἰθέριον δὲ, ἢ οὐράνιον οὗ δὴ τετύχηκεν ὅ τε Θεσβίτης Ἠλίας, καὶ πρὸ C τούτου Ἐνὼχ, μετατεθέντες ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ εἰς θειοτέραν λῆξιν ἀποκαθιστάντες, καὶ μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον, ἤτοι τὸ ἑαυτῶν σῶμα κρημνῷ καταλιπόντες. Κρημνὸς δέ ἐστιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὁ περίγειος τόπος. Τὸ δὲ τοιοῦτον δόγμα εἰ καὶ θαυμαστόν ἐστι καὶ ὑπερφυὲς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ βουλήματι ἡ δαπανή κεῖται τοῦ σώματος, καὶ ἡ πρὸς τὸν θειότερον τόπον τούτων μετάστασις· μόνης δὲ τῆς θείας ἤρτηται τὸ πρᾶγμα χάριτος, τῆς τῷ ἀποῤῥήτῳ πυρὶ τὴν ὕλην ἐκδαπανώσης τοῦ σώματος. καὶ τὴν ἐμβριθῆ καὶ γεώδη φύσιν ὀχήματι πυρίνῳ μετεωριζούσης εἰς οὐρανόν.

Ne vero materiæ fæces in præcipitio relinquas.

Materiæ fæces appellat oraculum hominis corpus e quatuor elementis compositum, et tanquam docendo et exhortando discipulum alloquitur: Non solum animam tuam ad Deum eleva, et ut vitæ hujus turbas superet effice, sed, si fieri potest, ne quidem ipsum corpus quo amictus es, quodque materiæ fæx est rejicula et neglecta, et materiæ ludicrum, in terrestri mundo relinque. Præcipitium namque nominat oraculum locum hunc inferiorem. A cœlo enim tamquam loco edito natura nostra huc præcipitatur. Admonet igitur, ut et ipsum corpus, quod per materiæ fæcem innuit, igne divino absumamus et expurgemus, aut decorticatim in æthera elevemus, aut a Deo ceu transvasemur in locum materiæ et corporis expertem; vel corporem eum quidem, sed æthereum, vel cœlestem, quem consecuti sunt Elias Thesbites et ante hunc Enoch, ab ac vita in fonge diviniorem conditionem translati, materiæ sedimento, suo nempe ipsorum corpore, in præruptis locis nomine destituto. Est autem præruptus locus quemadmodum diximus, regio terrestris. Atque hoc dogma licet admirabile sit et excellens, non tamen in nostra voluntate sita est corporis illustratio et ad diviniorom locum translatio, sed pendet res tota a divina gratia, ut hæc ineffabili igne corporis materiam exurat, et prægravantem terrenamque naturam igneo vehiculo in cœlum evehat.

Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι.

Ne exigas animam, *ne in exeundo habens aliquid [periclitetur.*

Τοῦτο τὸ λόγιον καὶ Πλωτῖνος ἐν τῷ περὶ ἀλόγου D ἐξαγωγῆς τίθησιν. Ἐστὶ δ' ὁ λόγος παραίνεσις ὑπερφυής τε καὶ ὑπερήφανος. Φησὶ γὰρ μηδέ τι τὸν ἄνθρωπον πραγματεύεσθαι περὶ τὴν ἐξαγωγὴν τῆς ψυχῆς, μηδὲ φροντίζειν πῶς ἂν ἐξέλθοι τοῦ σώματος· ἀλλὰ τῷ φυσικῷ λόγῳ τῆς διαλύσεως παταχωρεῖν. Αὐτὸ γὰρ τὸ ἐμμέριμνον εἶναί τινα περὶ τῆς τοῦ σώματος λύσεως, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐξαγωγῆς τῆς ψυχῆς, μετάγει τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ ἀπασχολεῖ περὶ τὴν τοιαύτην φροντίδα, ἔνθεν τοι οὐδὲ καθαίρεται τελεώτατα ἡ ψυχή. Ἀσχολουμένοις οὖν ἡμῖν περὶ τὴν ἀνάλυσιν, ἐὰν τηνικαῦτα ὁ θάνατος παραγένηται, οὐκ ἐλευθέρα παντάπασιν ἔξεισιν ἡ

Hoc oraculum refert etiam Plotinus in libro de animæ irrationalis eductione. Est autem insignis et magni momenti exhortatio: homini nimirum nihil quidquam moliendum esse de animæ eductione, neque despiciendum quo pacto illa e corpore egrediatur; sed negotium naturali dissolutionis rationi permittendum. Anxietas enim et sollicitudo de corporis solutione, et animæ ex illo eductione, mentem a melioribus cogitationibus avocat, et curis ejusmodi occupat, unde perfecte anima purgari nequit. Si enim tunc mors nobis adveniat, quando curis de resolutione distringimur, anima non exit prorsus libera, sed retinens aliquid de vita affecti-

bus implicata. Affectum enim definit Chaldæus hominis de morte sollicitudinem. Nullius enim alterius rei curam habendam esse vult quam præstantiorum illuminationum. Verum neque de his admodum sollicite cogitandum, sed ubi teipsum angelicis et divinis potentiis nos in altiora extollentibus permiseris, omnibus quæ in corpore sunt, dicam et in anima, sentiendi instrumentis obstructis, absque ullis negotiorum curis et mentis agitationibus vocantem Deum sequendum esse.

A ψυχὴ, ἀλλ' ἔχουσά τι τῆς ἐμπαθεστέρας ζωῆς. Πάθος γὰρ ὁρίζεται ὁ Χαλδαῖος τὸ φροντίζειν περὶ τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον. Δεῖ γὰρ, φησὶ, μηδενὸς ἑτέρου φροντίζειν, ἢ τῶν κρειττόνων ἐλλάμψεων· μᾶλλον δὲ μηδὲ περὶ τούτων φροντίζειν· ἀλλ' ἀφεικότα ἑαυτὸν ταῖς ἀναγούσαις ἡμᾶς ἀγγελικαῖς ἢ θειοτέραις δυνάμεσι, καὶ τὰ τοῦ σώματος μύσαντα αἰσθητήρια, εἰπεῖν δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, ἀπολυπραγμονήτως καὶ ἀνενοήτως ἕπεσθαι τῷ καλοῦντι Θεῷ.

Nonnulli simplicius oraculum exposuerunt: *Ne educas* enim, inquiunt, *ne exeat aliquid habens*, id est, Ne te ante mortis naturalis terminum interimas, licet phisolophiæ totus omni studio incubueris: nondum enim omnibus numeris absolutam lustrationem adeptus es. Unde licet anima e corpore via ista exsilierit, exibit tamen vitæ hujus corruptione quodammodo infecta. Si enim nos homines in hoc corpore tanquam in custodia et statione collocati sumus, quemadmodum sane Plato hac sententia divinitus accepta in arcanis sermonibus dixerat, nemo certe sibi mortem inferre debet antequam Deus moriendi necessitatem immiserit. Atque hæc expositio melior est priore, et Christianæ doctrinæ prorsus congrua:

Τινὲς δὲ ἁπλούστερον ἐξηγήσαντο τὸ λόγιον· Μὴ ἐξάξῃς γὰρ, φασὶν, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι· τουτέστι, Μὴ προανέλῃς σαυτὸν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, κἂν πάνυ πεφιλοσόφηκας· οὔπω γὰρ τῆς τελεοτάτης καθάρσεως ἔτυχες. Ἔνθεν καὶ ἀφιπταμένη ἡ ψυχὴ B τοῦ σώματος διὰ τῆς τοιαύτης ἐξαγωγῆς, ἔχουσί τι τῆς θνητοειδοῦς ζωῆς ἔξεισιν. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ σώματί ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ δὴ καὶ Πλάτων εἰρήκει ἐν ἀποῤῥήτοις λόγοις ἄνωθεν τὴν δόξαν μεμαθηκώς, ἀλλ' οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἀποκτεῖναί τινα, πρὶν ἀνάγκην ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ. Καὶ κρείττων ἡ ἐξήγησις αὕτη τῆς προτέρας, καὶ τῷ Χριστιανικῷ λόγῳ συμβαίνουσα·

Animo tuo ne subjicias immensa terræ spatia.

Non est enim veritatis planta in terra.
Neque metire mensuram solis canonibus collectis:

Sempiterno Patris consilio fertur, non tua causa:
Relinque lunæ impetum: perpetuo currit vi necessitatis.

C

Astrorum procursus tua gratia non est conditus.
In aere avium latum remigium nunquam verax est:
Et victimarum viscerumque frusta, hæc omnia ludibrio sunt,
Erroris negotiatorum fulcra. Tu fuge ista,
Si velis sacrum pietatis hortum recludere,
Ubi virtus, sapientia et æquitas consociantur.

Μὴ τὰ (4) πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου·
Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί.
Μηδὲ μέτρει μέτρα ἠλίου (5) κανόνας συναθροίσας·
Ἀϊδίῳ (6) βουλῇ φέρεται Πατρὸς, οὐχ ἕνεκέν σου·
Μήνης ῥοῖζον ἔασον· ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης·

Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη·
Αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς, οὔ ποτ' ἀληθής,
Καὶ θυσιῶν (7) σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα,
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα. Φεῦγε σὺ ταῦτα,
Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν,
Ἔνθ' ἀρετὴ, σοφίη τε καὶ εὐνομίη συνάγονται.

Chaldæus abducit discendi studiosum ab omni Græcorum sapientia, et soli Deo adhærere docet. *Ne animo tuo comprehendas* (inquit) *terræ infinitam mensuram: non est enim veritatis planta in terra;* id est, Non sollicite mente tua inquiras magna terræ spatia, quemadmodum geographi facere solent terram dimetiendo: quia veritatis semen in terra non est. *Neque metere vias solis regulis ad eam rem observatis et collectis: sempiterno patris consilio volvitur, non propter te*; id est, Ne circa motum et doctrinam astrorum occuperis. Hæc enim non vitæ tuæ causa moventur, sed perpetuo volvuntur secundum voluntatem Dei. *Relinque lunæ impetum,*

Ἀπάγει τὸν μαθητευόμενον ὁ Χαλδαῖος πάσης Ἑλληνικῆς σοφίας, καὶ μόνῳ προσκολλᾶν οἴεται τῷ Θεῷ. Μὴ τὰ πελώρια γὰρ, φησὶ, μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου· οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί. τουτέστι, Μηδὲ τὰ μεγάλα μέτρα τῆς γῆς πολυπραγμόνει τῇ σῇ φρενί, ὥσπερ οἱ γεωγράφοι ποιοῦσι καταμετροῦντες τὴν γῆν· σπέρμα γὰρ ἀληθείας οὐκ ἔστιν ἐν γῇ. Μηδὲ μέτρει μέτρα ἡλίου D κανόνας συνάθροίσας· αἰδίῳ βουλῇ φέρεται Πατρὸς, οὐχ ἕνεκα σοῦ· τουτέστι. Μὴ ἀσχολοῦ περὶ ἀστρονομίαν· οὐ γὰρ ἕνεκεν τῆς σῆς ζωῆς τὸν δρόμον ποιεῖται, ἀλλ' ἀϊδίως κινεῖται κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα. Μήνης ῥοῖζον ἔασον, ἀεὶ τρέχει

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

(4) Μὴ τά. Horum versuum sententia expressa exstat in Sibyllinorum oraculorum lib. III.

(5) Ἡλίου. Metrum requirit ἠελίου. Sed id in his magicis oraculis non admodum curiose observatur.

(6) Ἀϊδίῳ. Marsilius Ficinus lib. IV *De animorum immortalitate*, cap. ult., agnoscit hunc versum.

(7) Καὶ θυσιῶν. Citatur hic versus a Synesio in lib. *De insomniis*, pag. 102, nonnihil varians. Verba ejus sunt: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρειλήφθω παραστατικὸν τῆς ἀξίας, τῆς κατὰ τὴν ἐν φαντασίᾳ ζωὴν πρὸς τοὺς ἀπογινώσκοντας αὐτῆς καὶ τὰ ἐλάττω, ὡς οὐδὲν θαῦμα οὕτω γινώσκειν ὑπὸ περιττῆς σοφίας προστετηκότας τοῖς ὑπὸ τῶν λογίων ἀποκηρύκτοις. Φησὶ γά·

Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα.

Καὶ φεύγειν αὐτὰ παρακελεύεται.

ἔργῳ ἀνάγκης. τουτέστι, τὸ τῆς σελήνης εὔτροχον κίνημα μὴ πολυπραγμόνει· τρέχει γὰρ αὕτη οὐ διὰ σὲ, ἀλλ' ὑπὸ κρείττονος ἀνάγκης ἀγομένη. Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη, τουτέστιν, οἱ προηγούμενοι τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, ἢ τῶν πλανωμένων, οὐ χάριν σοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον. Αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς, πλατὺς, οὔ ποτ' ἀληθής. τουτέστιν, ἡ διὰ τῶν πετομένων ὀρνίθων ἐν τῷ ἀέρι τέχνη, ἣν δὴ καὶ οἰωνιστικὴν ὀνομάζουσιν, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, περιεργαζομένη πτήσεις αὐτῶν, καὶ κλαγγὰς, καὶ καθέδρας. Ταρσὸν δὲ πλατὺν, τὴν τῶν ποδῶν αὐτῶν λέγει βάσιν πλατεῖαν οὖσαν, διὰ τὴν τῶν δακτύλων ἔκτασιν διειργομένων τῷ μεταξὺ δέρματι. Καὶ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαὶ, τάδ' ἀθύρματα πάντα, τουτέστιν, ἡ θυτικὴ καλουμένη ἐπιστήμη, ἤγουν ἡ διὰ τῶν θυσιῶν τῶν μελλόντων ζητοῦσα τὴν πρόγνωσιν, καὶ ἡ διὰ τομῆς τῶν σπλάγχων τῶν σφαζομένων ἱερείων, παίγνιά εἰσιν ἄντικρυς. Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα· τουτέστιν ἀφορμαὶ κέρδους ἀπατειλαί. Μὴ τοίνυν (φησὶ) πολυπραγμόνει σὺ μαθητευόμενος ὑπ' ἐμοῦ, μέλλων εὐσεβείης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν. Ἱερὸς δὲ παράδεισος εὐσεβείας κατὰ Χαλδαίους, οὐχ ὃν ἡ τοῦ Μωυσέως βίβλος φησὶν, ἀλλ' ὁ λειμὼν τῶν ὑψηλοτάτων θεωριῶν, ἔνθα τὰ ποικίλα τῶν ἀρετῶν δένδρα, καὶ τὸ ξύλον τὸ γνωστικὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τουτέστιν ἡ διακριτικὴ φρόνησις, ἡ διαιροῦσα τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τουτέστι τὸ φυτὸν τῆς θείας ἐλλάμψεως τῆς καρποφορούσης τῇ ψυχῇ ζωὴν ἱερωτέραν καὶ κρείττονα. Ἐν τούτῳ γοῦν τῷ παραδείσῳ καὶ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ εὐνομία φέρονται. Ἔστι δὲ ἀρετὴ, μία μὲν ἡ γενικὴ, πολλαὶ δὲ αἱ κατ' εἴδη διαιρούμεναι. Σοφία δέ ἐστιν ἡ τούτων ἁπάντων περιεκτικὴ, ἣν ὡς μόνα ἄῤῥητον ὁ θεῖος προβάλλεται νοῦς. Τῶν δὴ τοιούτων Χαλδαϊκῶν παραινέσεων, τὰ μὲν πλείω καὶ ταῖς καθ' ἡμᾶς εἰσηγήσεσι κατάδηλά πώς εἰσι· τινὰ δὲ καὶ ἠθέτηται. Τοῦ γὰρ καθ' ἡμᾶς δόγματος διαῤῥήδην φάσκοντος διὰ τὸν ἄνθρωπον τὴν ὁρατὴν γεγενῆσθαι κτίσιν, ὁ Χαλδαῖος τὸν λόγον οὐ παραδέχεται, ἀλλ' ἀϊδίως τίθεται κινεῖσθαί τι κατ' οὐρανὸν, ἔργῳ ἀνάγκης, οὐχ ἕνεκεν ἡμῶν.

Δίζεο [καὶ] ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν ἢ τίνι τάξει
Σώματι θητεύσας ἐπὶ τάξιν ἰθὺς ἀναστήσεις,

.....Ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.

Τουτέστι, ζήτει τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, πόθεν παρήχθη καὶ ἐδούλευσε σώματι, καὶ πῶς ἂν τις ταύτην ἀνακτησάμενος καὶ ἐγείρας διὰ τῶν τελεστικῶν ἔργων, πανταγάγῃ ὅθεν ἀφίκετο· ἱερῷ λόγῳ ἑνώσας· τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν. Ἱερός ἐστιν ἡμῖν ὁ λόγος, ἡ νοερὰ ζωὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ὑψηλοτέρα δύναμις τῆς ψυχῆς, ἣν ἄνθος νοῦ ἐν ἑτέροις ὀνομάζει τὸ λόγιον. Ἀλλ' οὗτος ὁ ἱερὸς λόγος ἀδονατεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ἀναγωγὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου περίληψιν. Καὶ ὁ μὲν τῆς εὐσεβείας λόγος χειραγωγεῖ τοῦτον πρὸς Θεὸν, διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐλλάμψεων· ὁ δὲ Χαλδαῖος διὰ τῆς τελεστικῆς ἐπιστήμης. Τελεστικὴ δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν, ἡ οἷον τελειοῦσα τὴν

A *semper necessitatis opere currit*, hoc est, ne anxie scruteris lunæ volubilem motum, non enim propter te currit illa, sed agitatur a necessitate potiore. *Stellarum progressus tua causa factus non est;* id est, stellarum duces ac præfecti, tam fixarum quam erraticarum, essentiam sive substantiam suam non in tui gratiam nacti sunt. *Ætheriæ avium plantæ latæ non sunt veraces*, id est, ars, ex avium in aere volantium inspectione, quam etiam auguralem scientiam nominant, curiose illarum volatum, garritum, et sedes observans, vera non est. Latam autem plantam vocat, dilatatum pedum gressum, ob digitorum extensionem cute inter illos media quam longissime diducta. *Et victimarum viscerumque sectiones, hæc omnia ludibria sunt;* id est, ars sacrificandi, tam ea quæ futura per victimas, quam B quæ per viscerum mactatarum hostiarum dissectionem inquirit, manifesta ludicra sunt. *Negotiatorum erroris fulcra*, id est, lucri fraudulentæ captationes. Ne igitur (ait) tu meæ disciplinæ traditæ istiusmodi curiose indageris, si quidem sacrum pietatis hortum tibi patere velis. Est autem sacer pietatis hortus sive paradisus secundum Chaldæos, non quem Moysis liber prædicat, sed altissimarum contemplationum pratum, in quo sunt variæ virtutum arbores et lignum cognitionis boni et mali, id est prudentia dijudicatrix, bona a pravis segregans; lignum denique vitæ, id est planta illustrationis divinæ, quæ animæ fructum sanctioris et melioris vitæ producit. In hoc igitur paradiso sunt virtus, sapientia et æquitas. Est autem virtus una quidem C genere, sed plures specie diversæ. Sapientia vero omnes virtutes in se complectitur, quam ut solam ineffabilem mens divina profert. Atque exhortationum istarum Chaldaicarum pars magna quodammodo e nostrorum institutis aperta est, pars vero falsa et ex ethnicorum doctrina desumpta. Nam cum nostra doctrina manifeste asserat creaturam omnem visui subjectam hominum causa conditam fuisse, Chaldæus istud verbum omnino non admittit, sed perpetuo cursu cœlestia ferri tradit vi necessitatis, non propter nos.

Scrutare animæ rivum, unde aut quo ordine.
Corpori mercenaria opera præstita ad dignitatem
[iterum extollas,
Sacræ rationi opere adjuncto.

D Hoc est, quære animæ originem, unde producta corpori inservierit, et quo pacto illa sacrarum cæremoniarum opere refocillata, lustrata atque erecta, eo unde venerat reduci queat, *sacra ratione conjuncta*. Id quod ita intelligendum venit. Sacra ratio in nobis est vita intellectu prædita aut potius suprema animæ facultas, quam mentis florem alicubi oraculum appellat. Verum sacra ista ratio nequit suo opsius ductu et auspicio ad superiora aspirare et res divinas comprehendere. Atque pietatis quidem institutum ad Deum illam manu dicit ope illuminationum sive institutionum cœlitus immissarum; Chaldæus vero ritum ac cæremoniarum

scientia. Quæ scientia rituum initiatrix animam perfectam reddit ope et potentia materialium terrestrium. Huic igitur (ait) sacræ rationi cum opus universi, id est cum sacræ rationi animæ, sive præstantiori illius facultati cæremoniarum opus conjunxeris. Et Gregorius quidem Theologus e nostris, ratione et contemplatione animam ad divina evehit, ratione quæ in nobis principatum obtinet intellectuque prædita est, contemplatione, quæ superne veniens illuminatio est. Plato vero ratione et intellectu essentiam generationis expertem principioque carentem a nobis comprehendi posse statuit. At Chaldæus ait non aliter nos ad Deum deduci posse, nisi animæ vehiculum materialibus cæremoniis aptum reddamus atque firmemus; arbitratur enim animam lignis, herbis et carminibus lustrari, agilioremque ad ascensum reddi.

mentem. Postea sequitur junx mente comprehensibilis. Huic proximi sunt mundorum rectores, igneus, ætherius, et materialis. Post rectores cæremoniarum principes. His succedunt perennium fontium patres, qui et mundi ductores nominantur, quorum primus semel supra dictus est : post quem Hecate, deinde is quem bis supra nominavimus : ab hoc sunt tres implacabiles, et omnium ultimus succinctor. Venerantur etiam fontanam trinitatem fidei, veritatis et amoris. Ponunt item solem imperatorem, et a fonte materiali archangelicum, sensionis fontem, fontanum judicium, fulmineum fontem, speculorum fontem, characterum fontem incognitis signis et symbolis incumbentem, et summitates fontanas, Apollinis, Osiridis, Mercurii, Materiales vero fontes dicunt esse centrorum, elementorum et somniorum zonam. Item animam fontanam. Fontibus subjungunt principia : quod principiis superiores et excellentiores sint fontes. Principiorum autem animalia procreantium summitas vocatur Hecate : medietas, anima inchoativa : extremitas, virtus inchoativa. Sunt apud illos quoque Hecatæ ἄζωνοι, quæ zonas non habent, ut Chaldaica τριεκδότις, κωμάς, et ἐκκλυστική. Dii autem ἄζωνοι illis dicuntur Sarapis et Dionysus sive Bacchus : Osiridis item σειρά (*quasi ad geniorum series catenæ more connexa*) et Apollinis appellantur ἄζωνοι dii quod expedite potestate sua in zonis utuntur, et supra deos conspicuos collocati sunt. Ζωναῖοι contra qui zonas habent, libere circa cœli zonas volvuntur et gubernandi munus obeunt, habent enim Chaldæi deorum genus Zonæum, quod sensibilis mundi partes inhabitat, et regiones circa materialem locum sorte distributas cingit. Post zonas est circulus non errans seu fixus septem orbes complectens, in quibus stellæ sunt. Porro alius illis est mundus solaris, ætherio fundo subserviens; alius Zonæus, unus e septem. Animarum humanarum duplicem ponunt causam e fonte perenni promanantem, paternam nempe mentem, et animam fontanam. Prodit autem, ut illi volunt, particularis anima a fontana, juxta Patris voluntatem : et habet essentiam per se generatam et animatam. Aliunde enim non movetur. Nam si, ut in oraculo fertur, ignis divini pars est et ignis lucidus, atque paternæ mentis conceptus, profecto forma est materiæ expers et per se subsistens. Illa enim omnia cum divina natura communicant, cujus particula est anima. Aiunt omnia in qualibet anima esse, sed et cuilibet inexplicabilem et incognitam fandorum et infandorum signorum

A ριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. Μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ τελετάρχαι· μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι καὶ κοσμαγωγοί· ὧν ὁ πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος· μεθ' ὃν ἡ Ἑκάτη, εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα· μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι· καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκός. Σέβονται δὲ καὶ πηγαίαν τριάδα πίστεως καὶ ἀληθείας καὶ ἔρωτος. Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς καὶ ἀργαγγελικὸν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι· καὶ πηγαίας ἀκρότητας, Ἀπόλλωνος, Ὀσίριδος, Ἑρμοῦ. Ὑλικὰς δὲ πηγάς φασιν, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων ζώνην, καὶ πηγαῖαν ψυχήν. Μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι
B ἀρχάς. Αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν· τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, Ἑκάτη καλεῖται. Ἡ δὲ μεσότης, ψυχὴ ἀρχική. Ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχική. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄζωνοι (22) Ἑκάται, ὡς ἡ τριεκδότις ἡ Χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστική. Ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοὶ, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρὰ (23), καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἄζωνοι δὲ καλοῦνται οἱ εὐλύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. Ζωναῖοι δὲ, οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζώνας ἀπολύτως περιελίττοντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες. Θεῖον γὰρ γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ζωναῖον, τὸ κατανειμάμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις. Μετὰ δὲ τὰς ζώνας ἐστὶν ὁ ἀπλανὴς κύκλος, περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν
C αἷς τὰ ἄστρα. Καὶ ἄλλος μὲν παρ' αὐτοῖς ὁ ἠλιακὸς κόσμος τῷ αἰθερίῳ βάθει δουλεύων· ἄλλος δὲ ὁ ζωναῖος, εἷς ὢν τῶν ἑπτά. Τῶν δὲ ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἴτια διττὰ πηγαῖα τίθενται· τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν ψυχήν. Καὶ προέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ αὐτόζωον. Οὐ γάρ ἐστιν ὡς ἑτεροκίνητος. Εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικὸν, εἶδός ἐστιν ἄϋλον καὶ αὐθυπόστατον. Τοιοῦτον γὰρ πᾶν τὸ θεῖον, οὗ μέρος ἡ ψυχή· καὶ πάντα φασὶν εἶναι ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ. Καθ' ἑκάστην δὲ ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ καὶ ἀποῤῥήτου συνθήματος· καὶ καταβιβάσουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς· ἢ διὰ πτερο-
D ρύησιν (24), ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. Δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον καὶ τὰς τῶν ἄστρων περιόδους· τὸν δὲ ᾅδην πολλαχῶς καταμερίζουσι. Καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως· νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί· νῦν δὲ

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(22) Ἄζωνοι. Servius in illud *Æneid.* XII. *et diis communibus aras :* « Ut autem altioris scientiæ hominibus placet, dii communes sunt qui ἄζωνοι dicuntur, id est qui certi certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur. Ubique enim eos esse manifestum est, ut mater Deum, cujus potestas in omnibus zonis est. »

(23) Σειρά. Σειρά idem videtur denotare quod Synesii σίῤῥαιον, cujus significationem vide apud Nicephorum pag. 114.

(24) Πτερορύησιν. Scribendum est πτεροῤῥύησιν, et hoc est e Platonis philosophia in Phædro, ubi Adrastiæ legem exponit. Ἢν δὲ (inquit) βαρυνθεῖσα ἡ ψυχὴ πτεροῤῥυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, et quæ sequuntur.

τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου· νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχὴν, καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λογικὴν, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτὴν καὶ προβάλῃ τὸν μερικὸν λόγον. Ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ Πατρὸς ἐννοίας, νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ νοητούς· νῦν δὲ τὰς ἐξῃρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις. Τοὺς δὲ περὶ μαγειῶν λόγους συνιστῶσιν ἀπό τε τῶν ἀκροτάτων δυνάμεων, ἀπό τε τῶν περιγείων ὑλῶν. Συμπαθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασὶ καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. Ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι. Τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι, καὶ μέσας αὐτὰς διορίζονται τῶν τε ἀμερίστων καὶ μεριστῶν φύσεων. Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο· οἱ δὲ περὶ Πλωτίνον καὶ Ἰάμβλιχον, Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

A symbolorumve proprietatem. Volunt animam in mundum demitti ob multas causas, aut propter pennarum defluvium, aut propter paternam voluntatem. Arbitrantur mundum æternum esse, ut et stellarum conversiones. Plutonem sive infernum in varias partes dividunt, eumque modo deum appellant, ordinis illius qui circa terram sortem suam obtinuit, ducem; modo regionem sublunarem : modo medias inter ætheriam et materialem mundum partes obeuntem; modo animam rationis expertem : in ea rationalem animam constituunt, non essentialiter, sed proportione quadam, quando convenienter ad illam affecta est, particulari ratione projecta. Ideas definiunt modo esse Patris intelligentias : modo universales rationes, naturales, animales et intellectiles : modo substantias a B rebus ipsis abstractas. Astruunt omnem magicæ scientiæ rationem perfici a summis potentiis et terrenis materiis, familiaritatem item et convenientiam superiora cum inferioribus habere, præsertim quæ sub luna sunt. Collocant animas post mortem, juxta modulum et mensuram lustrationum singulis familiarum et convenientium, in omnibus mundi partibus : quasdam etiam ultra mundum evehunt : easque discrimine facto in naturas dividuas et individuas separant. Atque Plato quidem et Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt : Plotinus vero, Jamblichus, Porphyrius, Proclus, eorumque discipuli omnes in universum approbarunt, et non secus ac divinas voces absque ullo discrimine et examine admiserunt.

ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΝ.

PSELLI

IN MERCURII TRISMEGISTI PIMANDRUM.

C Ἔοικεν ὁ γόης οὗτος τῇ θείᾳ Γραφῇ οὐ παρέργως ὡμιληκέναι· ὅθεν ἐκ ταύτης ὁρμώμενος τῇ κοσμοποιίᾳ ἐπιχειρεῖ, μηδὲ αὐτὰς ὀκνῶν τὰς Μωσαϊκὰς λέξεις ψιλὰς ἐνίοτε ἀναγράφειν· ὡς καὶ τὸ προκείμενον τοῦτο ῥητὸν ὅλον· τὸ γὰρ, « Εἶπεν ὁ Θεὸς, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, » σαφῶς ἐκ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμοποιίας ἐστίν. Οὐ μὴν ἐνέμεινε παντελῶς τῇ ἁπλότητι καὶ σαφηνείᾳ, καὶ τῷ εὐθεῖ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ ὅλως θεοειδεῖ τῆς Γραφῆς, ἀλλ' εἰς τὸ εἰωθὸς ὑπεῤῥύη πάθος τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, εἰς ἀλληγορίας καὶ πλάνας καὶ τερατείας ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ καὶ ἀπλανοῦς ἐκτραπεὶς, ἢ ὑπὸ τοῦ Ποιμάνδρου συνελασθείς. Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅστις ἦν ὁ τῶν Ἑλλήνων Ποιμάνδρης, ὁ καὶ παρ' ἡμῖν κοσμοκράτωρ ὀνομαζόμενος ἢ τῶν ἐκείνου τις. Κλέπτης γὰρ, φησὶν, ὁ διάβολος καὶ ἐκφερομυθεῖ τὰ ἡμέτερα, οὐχ D ἵνα οἱ ἐκείνου μεταμάθωσιν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλ' ἵνα τοῖς τῆς ἀληθείας ῥήμασι καὶ νοήμασιν τὴν ἑαυτῶν

Videtur incantator ille non obiter in divina Scriptura versatus esse; unde ex illa profectus de mundi creatione tractat, non dubitans tenues Moysis voces nonnunquam transcribere; ut et hæc proposita verba. Illud enim : « Dixit Deus, Crescite et multiplicamini » evidenter ex Mosaica creationis historia oritur. Non quidem servat omnino simplicitatem et perspicuitatem et rapiditatem et sinceritatem et divinitatem Scripturæ, sed in solitum Græcorum sapientum morem abit, in allegorias et errores et portenta ex recta et secura via delapsus vel a Poimandre coactus. Non incertum autem est quis esset ille Græcorum Pœmandres, idem qui apud nos mundi Dominus nominatur aut unus ex ejus ministris. Fur enim, inquit, est diabolus et nostros sermones divulgat non ut ejus discipuli impietatem dediscant, sed ut veritatis vocibus et sententiis suam impietatem ornantes, persuasibi-

liorem eum faciant et acceptabilem. Non enim verum dicit Plato, cum affirmat Græcos pulchriores effecisse a Barbaris acceptas famas, eruditione et Delphicis oraculis usos. Verum e contra dicunt qui contendunt Græcos segniter veritatem inquirere, et eos præsertim in rebus theologicis errare. Porro qui hæc aiunt non ex nostris sunt, sed Græcorum celeberrimi, sic quis forte iis occurrit quæ Porphyrius ad ascendentem Ægyptium scripsit ab ipso cupiens veritatem tum quoque discere, cum jam a Græcis didicerat. Num igitur alia barbara gens mundi Creatorem et regem patria opinione et more coluerit, dicere non habeo; sed Hebræorum religionem per omnem terram celeberrimam fuisse, eorumque leges antiquiores fuisse et illo Mercurio et quolibet apud Græcos sapiente, multis demonstratum est.

A δυσσέβειαν ἐπιχρώσαντες καὶ μορφώσαντες, πιθανωτέραν ἐργάσωνται καὶ τοῖς πολλοῖς εὐπαράδεκτον. Οὐ γάρ ἀληθεύει Πλάτων τὰς ἐκ τῶν βαρβάρων φήμας παραλαμβάνοντας κάλλιον ἀπεργάσασθαι τοὺς Ἕλληνας λέγων παιδείᾳ χρωμένους καὶ μαντείαις ἐκ Δελφῶν. Ἀληθεύουσι δὲ μᾶλλον οἱ λέγοντες ἀταλαίπωρον εἶναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι τῆς ἀληθείας τὴν ζήτησιν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ θείου δόξῃ πλανᾶσθαι αὐτούς. Εἰσὶ δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες οὐχ ἡμέτεροι, ἀλλὰ τῶν Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτεροι, εἴ τις ἐντετύχηκε καὶ οἷς ἔγραψεν ὁ Πορφύριος πρὸς Ἀνεβαίνοντα τὸν Αἰγύπτιον παρ' ἐκείνου λοιπὸν ἐπιζητῶν μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἐπειδὴ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπέγνων. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο βάρβαρον γένος τὸν Δημιουργὸν καὶ βασιλέα τοῦδε τοῦ παντὸς πατριώδει B δόξῃ καὶ νόμοις ἐθρήσκευεν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ὅτι δὲ ἡ τῶν Ἑβραίων θεοσέβεια περιβόητος ἦν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅτι καὶ ἡ νομοθεσία αὐτῶν ἀρχαιοτέρα ἦν καὶ Ἑρμοῦ τούτου, καὶ εἴτις ἄλλος παρ' Ἕλλησι σοφὸς πολλοῖς ἀποδέδεικται.

MICHAELIS PSELLI

OPERUM PARS QUARTA

COMPLECTENS

HISTORICA*.

—

ΨΕΛΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΚΩΝ ΤΟΠΩΝ ΚΑΙ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

—

PSELLI

DE LOCIS ET NOMINIBUS ATTICIS.

—

Tu igitur non solum Atheniensium urbem diligis, sed et Attica nomina, utpote quæ quamdam musicam vocem emittant. Dixisti autem te nondum versatum esse in recondito de illis, tanquam in sacris adytis, opere scripto. Sed cum nonnullis eorum occurris, Sunio dico et Cephisiæ et illis « Spheti fui

C Σὺ δὲ ἄρα οὐκ αὐτῆς μόνον τῆς Ἀθηναίων ἐρᾷς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀθήνησιν ὀνομάτων, ὥς τινα κἀκείνων μουσικὴν πεμπόντων ἠχώ. Οὔπω δὲ ἔφησας ἐντετυχηκέναι, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις, ἀποθέτῳ περὶ τούτων συγγράμματι· ἀλλὰ κατὰ μέρος ἐντυγχάνων αὐτοῖς, φημὶ δὴ τῷ Σουνίῳ καὶ τῇ Κηφησίᾳ,

* Psellus orationem funebrem Michaelis Cærularii pronuntiavit, in qua eum laudat eo ex capite quod Latinorum reprobavit sententiam de processione a Filio. « Exstat ea Pselli oratio in Regia Bibliotheca; hancque tandem cum aliis ejusdem auctoris lucubrationibus typis regiis edendam paro. » Ita Lequien in prima Dissertatione Damascenica, n. 31, p. XVI. EDIT. PATR.

καὶ τῷ « Σφηττοῖ γέγονα, καὶ Θρίηζε καὶ Φαληροῖ, » καὶ αὖθις « Σφηττόθεν ἀπῄειν καὶ Φαληρόθεν, » ὥσπερ ἐνθουσιᾷς, καὶ λίαν ἔχεις ἐρωτικῶς δυοῖν θατέρου τυχεῖν, ἢ Σφηττοῖ γενέσθαι καὶ Κηφισιάσιν, ἢ περὶ τῶν χωρίων ἐναργέστερόν τι μαθεῖν.

Διὰ ταῦτά σοι ἐγὼ ἐκ πολλῶν βιβλίων συνηγηοχὼς γράφω ταυτί.

Ἠλευρά τις διῆκται τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγάριδι ἀπὸ Σουνίου μέχρις Ἰσθμοῦ. Ἐνταῦθα κατὰ μέσην που τὴν τοιαύτην γραμμὴν τοῖς εἰς τὴν πόλιν καταπλέουσιν ὁ Πειραιεὺς ἀπαντᾷ, τὸ περιβόητον τῶν Ἀθηναίων ἐπίνειον. Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεὺς δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ ἐστί· μεθ' ὃν Ἀναγυράσιοι. Εἶτ' Ἀναφλύστιοι μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου διήκοντες. Εἶτα τὸ Σούνιον, δῆμος ἀξιολογώτατος· μεθ' ὃ Μαραθὼν, ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιδος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρε. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα, Τρικόρυθος· εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ Νεμέσεως ἱερόν.

Τῶν δὲ ὀρῶν τὰ ὀνόματα μάλιστά ἐστι ταῦτα· ὁ Ὑμηττὸς ὁ Βριλησσὸς ὁ Λυκαβηττὸς, ἡ Πάρνηθος, ὁ Κορυδαλός.

Ποταμοὶ δὲ οἱ διωνομασμένοι, ὁ Κηφισσὸς, καὶ ὁ Ἰλισσὸς, ῥέων εἰς τὴν παραλίαν ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς ἣν ὕμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων.

Κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον ἀκτή ἐστι πρὸς ἄρκτον ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτα εἰς τὴν μεσόγαιον πλατύνεται. Τὸ δὲ λοιπὸν τὸ πρὸς ἄρκτον ἐστὶ πλευρὸν ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας, ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος.

Ὑπέρκεινται δὲ τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι. Μετὰ δὲ ταύτας ἄκρα πρόκειται Μινῴα ὠνομασμένη, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα.

Ἡ δὲ Νισαία ἐπίνειόν ἐστι τῶν Μεγάρων, ὀκτὼ καὶ δέκα σταδίοις διέχον τῆς πόλεως. Ἡ δὲ Μεγαρὶς μερὶς καὶ αὐτὴ οὐ βραχεῖα τῆς πόλεως· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο.

Τὸ δὲ Θριάσιον πεδίον ἀγχοῦ κεῖται τῆς Ἐλευσῖνος.

Πρόκειται δὲ ἀπὸ τῆς Νισαίας πλέοντι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἡ Σαλαμίς· ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς τε Μαγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος· ὄρη δέ εἰσι δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα.

Εἶτα πόλις Ἐλευσὶν, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας καὶ ὁ μυστικὸς σηκός. Εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον. Εἶτα ἡ Ψυτταλία, νησίον ἔρημον πετρῶδες, καὶ ἡ Μουνυχία, τόπος κοῖλος καὶ ὑπόνομος στομίῳ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων. Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο, καὶ τῷ τείχει τούτῳ συνῆπτο καὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς βραχὺ καὶ τὰ μακρὰ τείχη κατέσπασαν, Λακεδαιμονίων μὲν καθελόντων πρότερον, Ῥωμαίων δὲ ὕστερον, ἡνίκα Σύλας ἐκπολιορκήσας εἷλε καὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ Ἄστυ.

Αὐτὸ δὲ τὸ Ἄστυ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοι-

A et Thriæ et Phaleri, « et rursum » Spheto abibam et Phalero, quasi divino furore corriperis, et valde exoptas ex his duobus unum assequi, vel Spheti versari et Cephisiæ, vel de his locis aliquid in extenso discere.

Ideo tibi ea scribo quæ ex multis libris collegi.

Ora quædam Atticam cum Megaride trajicit a Sunio usque ad Isthmum. Tunc in medio circiter hoc circuitu iis qui ad urbem navigant occurrit Piræeus, celeber Atheniensum portus. Post Piræeum autem, Phaleræus Vicus in vicina ora situs est : post quem Anagyrasii. Deinde Anaphlystii usque ad extremitatem Sunii pervenientes. Deinde Sunium, celebratissimus vicus. Deinde Ma-
B rathon, ubi Miltades, regis Persarum exercitus a Datide ductos funditus delevit. Post Marathonem vero Trycorythus, deinde Rhamnus, Nemesi consecratus.

Montium vera nomina hæc sunt præcipue, Hymettus, Brilessus, Lycabettus, Parnethus, Corydalus.

Fluvii autem sic nominantur, Cephisus et Ilissus, in maritimam regionem fluens ex partibus quæ ultra Agram et Lyceum sunt, et ex fonte quem in Phædro celebravit Plato.

Flectenti vero ab Sunio ora est ad septentrionem utrimque mare habens, angusta primum, deinde in medias terras protensa. Cætera vero ad septentrionem ora ab Oropia ad occidentem protenditur usque ad Megarida.

C Atticæ superaminent Scironides petræ. Post eas vero præeminet promontorium Minoia nomine, quod Nisææ portum efficit.

Nisæa porro portus Megarensium est qui decem et octo stadia ab urbe distat. Megaris autem et ipsa pars reipublicæ non minima est : Attica enim antiquitus Jonia et Jas appellabatur.

Thriasus porro campus prope Eleusin jacet.

A Nisæa autem in Atticam naviganti præeminet Salamina. In ora autem Salaminica siti sunt fines Megaridis et Atticæ. Duo porro montes sunt quos vocant Cornua.

Deinde urbs Eleusis in qua Cereris templum et
D mystica olea. Deinde Thriasus campus. Deinde Psyttalia, insula parva deserta et petrosa, et Munychia, locus cavus et suffossus ostio parvo ingressum præbens. Et antiquitus, quidem munita erat et incolas habebat, et hoc muro uniebantur longi Athenarum muri. Innumera autem bella murum everterunt et Munychiæ munimentum, Piræeumque in parvum spatium contraxerunt, longosque muros diruerunt. Lacedæmonii prius eos dejecerunt, et deinde Romani, quando Sylla obsidione captum Piræeum et Athenas occupavit.

Ipsa vero urbs est rupes in campo assurgens, un-

dique domibus circumdata. In ipsa autem rupe est Minervæ templum, urbis Præsidis antiquum templum, in quo inexstinguibilis lampas, et Parthenon, et eburnea Minerva, egregium Phidiæ opus. Et ut Hegesiam in ejus de urbe Libris imiter, timeo ne redundem et propositum meum hoc scriptum excedat. Unde partim et sparsim dicam : Illud Leocorion, hoc Theseum ; ibi Marathon ; illic Rhamnus, illic Decelia, celebre Peloponnesiorum propugnaculum. Hinc Lyceum; hinc Olympicum stadium. Ibi Academia et philosophorum horti, et Odeum, et Varia porticus; et illustres vici, Cephisia, Phaleræ, Sphettus, Cecropia, Cytherus, Aphidna, Eleusis. Hæc sunt veteris Academiæ vestigia, hæc novæ; omnia Musas spirant, omnia Gratias. Quæ enim in civitate sunt arcanorum ruinæ, illustriores sunt ipsis civitatibus.

A κουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρα τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ τε ἀρχαῖος ναὸς ὁ τῆς Πολιάδος ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος, καὶ ὁ Παρθενὼν, καὶ ἡ ἐλεφάντινος Ἀθηνᾶ, τὸ ἐξαίσιον τοῦ Φειδίου ἔργον. Καὶ ἵνα δὴ τὸν Ἡγησίαν ἐν τοῖς περὶ τῆς πόλεως λόγοις μιμήσωμαι, ἀκνῶ πλεονάζειν, μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. Ὅθεν κατὰ μέρος καὶ διεσπασμένως ἐρῶ· ἐκεῖνο Λεωκόριον· τοῦτο Θησεῖον· τοῦτο Μαραθών· ἐκεῖνο Ῥαμνοῦς· τοῦτο Δεκέλεια, τὸ περιφανὲς τῶν Πελοποννησίων ὁρμητήριον· τοῦτο Λύκειον· ἐκεῖνο τὸ Ὀλυμπικὸν στάδιον· ἐνταῦθα ἡ Ἀκαδημία καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, κἀὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοά· καὶ οἱ περιφανεῖς δῆμοι, ἡ Κηφισία, τὰ Φάληρα, ἡ Σφηττὼ ἡ Κεκροπία, ἡ Κύθηρος, ἡ Ἄφιδνα, ἡ Ἐλευσίς· λείψανα ταῦτα τῆς παλαιᾶς Ἀκαδημίας, ἐκεῖνα τῆς νεωτέρας· πάντα μουσῶν πνεῖ, πάντα χαρίτων. τὰ γὰρ ἐν τῇ πόλει ἐρείπια τῶν ἀποῤῥήτων ἔτι περιφανεστερα πόλεων.

Ut autem magis ac magis civitate fruaris, ab ora quæ Eubœum spectat Atticæ cohærenti, statim occurrit Oropus et sacer portus quem Delphinium vocant, apud quem antiqua est Eretria. Deinde Delium, Apollini consecratum. Neque procul ingens portus quem Profundum Portum nominant. Deinde Aulis, petrosus locus. Et prope Euripus.

Et quidem ea est versus Eubœam ora maritima. In mediis autem terris ab occidente est Citheron, ad septentrionem Phocensium urbs. Ex Phocensibus autem montibus multi descendunt fluvii, quorum maximus est Chephissus. Schœnus autem urbs est Thebanorum. Eam autem præterfluit fluvius Schœnus nomine. Citheron autem mons excelsus est. Ismenus fluvius et Asopus planitiem quæ ante Thebas jacet præterfluunt. Dirce autem fons est. Et Citheron non procul a Thebis finitur.

Deinde urbs Thespiæ prope Heliconem et Crissæum sinum jacet. Prope Thespias autem est Ascra, Hesiodi patria, in Heliconis dextra. Helicon autem est in Phocide. Portus autem Thespiorum est Creusa. Post Thespias vero est Mycalissus, et prope Eleutheræ, urbs contermina Atheniensibus et Beotiis.

Hæc de Athenis sufficiunt Atheniensum fautori. Nos enim plus effecimus quam eramus rogati, cum mentionem habuerimus de regionibus et de civitatibus huic urbi vicinis.

B Ἵνα δὲ ἐπὶ πλέον κατατρυφήσῃς τῆς πόλεως, ἀπὸ τῆς πρὸς Εὔβοιαν παραλίας τῆς συνεχοῦς τῇ Ἀττικῇ, εὐθὺς ὁ Ὠροπὸς πρόκειται, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια. Εἶτα τὸ Δήλιον, τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Καὶ παρὰ τοῦτον λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι Βαθὺν Λιμένα. Εἶθ' ἡ Αὐλὶς, πετρῶδες χωρίον. Καὶ πλησίον ὁ Εὔριπος.

Καὶ ἡ μὲν παραλία τοιαύτη τις ἡ πρὸς Εὔβοιαν. Τὰ δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ὁ Κιθαιρὼν, πρὸς δὲ ἄρκτον ἡ Φωκέων πόλις. Ἐκ δὲ τῶν Φωκικῶν ὀρῶν πολλοὶ ποταμοὶ καταφέρονται, ὧν ὁ Κηφισσὸς μέγιστος. Ἡ δὲ Σχοῖνος χώρα ἐστὶ τῆς Θηβαϊκῆς· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς ὀνομαζόμενος. Ὁ δὲ Κιθαιρὼν ὄρος ὑψηλόν. Ὁ
C μέντοι Ἰσμηνὸς ποταμὸς καὶ ὁ Ἀσωπὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν· ἡ δὲ Δίρκη, κρήνη ἐστί. Καὶ ὁ Κιθαιρὼν οὐ πόῤῥω που τῶν Θηβῶν τελευτᾷ.

Μεθ' ἃ καὶ ἡ πόλις αἱ Θεσπιαὶ πρὸς τῷ Ἑλικῶνι ἐπικειμένη τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ. Ἐν δὲ ταῖς Θεσπιαῖς ἐστι καὶ ἡ Ἄσκρη, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρὶς, ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἑλικῶνος. Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι. Επίνειον δὲ τῶν Θεσπιῶν ἡ Κρέουσα. Μετὰ δὲ τὰς Θεσπιὰς ἡ Μυκαλησσὸς, καὶ πλησίον αἱ Ἐλεύθεραι, πόλις ἀμφίβολος Ἀθηναίοις καὶ Βοιωτοῖς.

Ἀρκεῖ ταῦτα περὶ Ἀθηνῶν τῷ τῶν Ἀθηναίων ἐραστῇ. Ἡμεῖς γὰρ πλέον τι τοῦ ἐπιτάγματος πεποιήκαμεν, καὶ τῶν προσεχῶν ταύτης ἐπιμνησθέντες χωρίων καὶ πόλεων.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

Εἰς τὸν χαλκοῦν ἵππον τὸν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, ἀπηωρημένον τὸν πόδα ἔχοντα.

—

MICHAELIS PSELLI

In æreum equum in Hippodromo, qui pedem attollebat.

(BANDURI, *Imperium Orient.* I, 178.)

—

Ἔμπνους ὁ χαλκοῦς ἵππος οὗτος ὃν βλέπεις,
Ἔμπνους ἀληθῶς καὶ φριμάζεται τάχα.
Τὸν πρόσθιον δὲ τοῦτον ἐξαίρων πόδα,
Βαλεῖ σε καὶ λὰξ, εἰ παρέλθῃς πλησίον·
Δραμεῖν καθορμᾷ· στῆθι, μὴ προσσεγγίσῃς,
Μᾶλλον δὲ φεῦγε, μὴ λάϐῃς τὸ τοῦ λόγου.

A Spirat æreus iste equus, quem cernis
Spirat revera, ac fortassis infremit.
Quin et anteriorem pedem istum attollens
Te calce impetet, si propius accedas.
Ad cursum est incitatus ; siste ergo,neque appropinques ;
Aut potius fuge, ne tibi dicta eveniant.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

MICHAELIS PSELLI EPISTOLÆ.

—

Α'. Τῷ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης, τῷ γεγονότι μαΐστωρι τῶν ῥητόρων.

Οὐδὲν ὁ ῥήτωρ, ὅτι μὴ γλῶσσα λαμπρὰ, κἂν λέγῃ, κἂν γράφῃ, κἂν παιδεύῃ ῥητορικὴν, κἂν φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν ἀσχολῇ· τὴν δὲ γλῶτταν ταύτην ἔχῃ τε ὁμοῦ καὶ ἀφίησιν. Καὶ διὰ ταῦτα οὔτε Ἀθηναῖος ἢ Σπαρτιάτης ἐστὶν, ἀλλὰ πολίτης τῆς οἰκουμένης, καὶ ἀτεχνῶς ἀστραπὴ ἢ βροντὴ πανταχόσε περιηχοῦσά τε καὶ ἐκλάμπουσα. Οὐ γὰρ μόνον ἐπιδημῶν ἡμῖν τῆς τέχνης μεταχειρίζεις τὴν σάλπιγγα, ἀλλὰ καὶ ἀποδημῶν τοξεύεις ἐφ' ἡμᾶς τοὺς λόγους ὥσπερ τινὰς ὀϊστούς· καὶ τοξεύων οὐ πλήττεις, ἀλλὰ βάλλων ἡδύνεις· καὶ τὸ φάρμακον τοῦ βέλους διὰ πάσης φοιτᾷ τῆς ψυχῆς. Οὕτως σου ἡ λέξις· οὕτως ὁ νοῦς· οὕτως ἡ ἁρμονία· οὕτω τὸ κάλλος τῆς φράσεως· τοιοῦτος ὁ ἐμὸς ῥήτωρ καὶ πάνδημος καὶ ὄντως δημαΐτατος· τοιαύτη ἡ ἐμὴ Σειρὴν καὶ τὸ μελιχρὸν στόμα· ἡ πειθώ· ἡ ἀνάγκη·

B I. *Metropolitæ Thessalonicæ, qui factus est rhetorum magister* (1).

Quid aliud orator nisi sive loquatur,sive scribat, sive rhetoricem doceat,sive philosophiæ mentem applicet, semper per linguam operatur? Hanc porro ob causam non Atheniensis est, non Spartiates,sed orbis universi civis est; longe enim lateque tonat ac fulgurat. Non enim solum eloquentiæ nos quasi tuba demulces, nobiscum conversans ; sed e longinquo etiam sermones tuos telorum instar in nos jacis, ita tamen ut ne vulneres auditores, imo demulceas,totam animam vocum illecebris imbuendo Hæc est natura dictionis, mentis, harmoniæ ; hoc modo styli rhythmus procedit ; hac ratione orator, qualem præsumo, omnium est gentium. En mea C Siren, osque mellifluum, suadela, necessitas ; en animorum illecebræ, mentium esca ; cogitatorum musa,vocum suavitas; voluptarum medulla,Calliope

(1) Hanc epistolam cum duabus sequentibus edidit Frid. Tafel. V. C. in Appendice ad Dissertationem *de Thessalonica ejusque agro.* Metropolitam illum ad quem scribit Psellus eumdem esse putat cum illo magno Eustathio qui anno 1192 defunctus est ; quod cum ætate Pselli nostri non quadrat. Epistolas 4-12 edidit Boissonadius Norimbergæ 1838. EDIT.

philosopha, natura immutabilis. Idem sane Byzantii, in Thessalia, longe ab Athenis; idem in tota Græcia, super montibus, in vallibus; idem terra luxuriosa et in solo arido, immutabilis, ubique sonorus, delectabilis, auribus suavis; idem subtilis, floridus; pellucidus ideoque clarus; gravis idem ac vehemens, acer. Adde quod omnia promiscue movet (id dictamen meum). Et sane ubi philosophatur, gravis apparet; vere orator ubi magnifice vult loqui. Sacerdotio fungitur? nemo magis sacerdos illo. De arte disserit? Verba, voces plane convenientes in medium profert. Nemo ipso magnificentior laudator, explanator, explorator, perscrutator, argumentator, Tu quidem cætera habilis es, et epistolæ tuæ dulcedine ipsa dulciores artem ipsam produnt. Nam ad eloquentiam natura perquam fautrice uteris, quæ per os tuum quam splendidissime resonare velle videtur. Antiquis quidem temporibus undique terrarum in Thessaliam confluerunt ob alias causas; posthac autem plerosque ibi conventuros sentio ut te loquentem audiant. Ambitioso sane tibi esse licet, quia quod ex ore fluit tuo, non corpora solum tangit, sed in animam intrat et voluptatem creat, exaltat, intendit, relaxat, perfundit, acria solvit, retinet et vice versa. Quod si Thessaliam tuam tibi loquenti aures præbentem habes, te et illam beatam dico; te, quod dociles auditores inveneris; illam quod talis ipsis sacerdos ac orator obtigerit. Si vero nulli semidei auditores exstiterint, beati sic quoque. Tua quidem felicitate nihil perfectius: tibi stylus, tibi satisdatio, definitio contraria ac ratiocinatio, prævia institutio ac constitutio, idearum denique mistio tibi præsto sunt. Nam Græcia (ut equidem arbitror) et quæ regiones Græciæ adjacent aut etiam objacent, (sicut Ionia) jam olim in litteris erudita fuerat. Nunc autem omnia ad monumenta antiqua, rudera, ruinas redacta sunt. Jam scis quid tibi faciendum, ne scire tuum pereat. Loquere coram nobis audientibus, laqueum non distendens, guttur justo nimium non tendendo, pectus non comprimens, sed grammatico obloquens, nobisque voces litteris repræsentatas sicut per canalem advehens. Sic cor per venas calorem toti corpori communicat; sic hepar per ilia sanguinem membris mittit; sic cerebrum per dorsum sensum communem ubique disseminat: sic qui Megalopoli aquam alibi ducere debebant, fossam grandem, subterraneum atque aerium quasi fluvium fecerunt. Igitur tu quoque per litteras sermonum fluenta nobis porrige, propina, irriga. Summopere utique linguæ tuæ suavitatem amo, morumque tuorum norma in mente mea reposita est. Dictionis tuæ exempla in auribus mihi resonant, et harmoniæ perfectissimæ in mente mea residunt. Quando tandem te apem aspiciam? quando alvearibus istis relictis, sublimi volatu hosce nostros hortos invises et florum delibans rorem mel in alvearia asportabis? De cætero non est quod epistolam ad nos tuam accusem. Tu de quibus inter nos convenit noli oblivisci, quippe juramento rem roborasti. Hoc

A τὸ τῶν καρδιῶν θέλγητρον· τὸ τῶν ψυχῶν θήρατρον· ἡ Μοῦσα τῶν ἐννοιῶν· ἡ χάρις τῶν λέξεων· τὸ γλεῦκος τῆς ἡδονῆς· ἡ φιλόσοφος Καλλιόπη· ἡ ἀμετάβλητος φύσις. Ὁ αὐτὸς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ, ἐν Θεσσαλίᾳ, πόῤῥω τῶν Ἀθηνῶν, πρὸς αὐτῇ τῇ Ἑλλάδι, ἐν γηλόφοις, ἐν γηπέδοις, ἐν τρυφώσαις χώραις, ἐν αὐχμηρᾷ γῇ, οὐ μεταβάλλων· οὐ μετατιθέμενος· ἀπανταχοῦ εὔκροτος· εὔμουσος· εὔηχος· γλαφυρός· ἀνθηρός· μετὰ τοῦ λαμπροῦ σαφής· μετὰ τοῦ σαφοῦς σεμνὸς, καὶ μετὰ τούτου γοργός, καὶ μετ' ἐκείνου ἀκμαῖος· πάντα κινῶν ἀμέσως, ἐκμέσως (τοιοῦτον γὰρ τὸ ἐμὸν σεμνολόγημα)· ἂν σοφιστεύῃ, σεμνός· ἂν σεμνύνῃ, ῥητορικός· ἂν ἱερατεύῃ, δεινὸς ἱερατικός· ἂν τεχνολογῇ, εὑρετὴς ἀκριβὴς τῶν πρὸς εὐφημίαν ἀφορμῶν· μεγαλήγο-
B ρος ἐπαινέτης· ὑψηλογῶν τὰ σαφῆ· σαφηνίζων τὰ ὑψηλὰ μεθόδοις, φημὶ τομαῖς τισὶ καὶ λειότησι. Σὺ δὲ τἄλλα μὲν καλός· ἀλλ' ἐπιστέλλων — ὑπέρευγε τῆς γλυκύτητος. Ὁ γάρ τοι ἐπιστολιμαῖος πρὸς ἡμᾶς λόγος μονονουχὶ φωνὴν ἀφίησιν, ὅτι φωνὴ τῆς τέχνης σύ. Πλεονέκτημα γάρ σοι ὑπῆρξε μέγα πρὸς τοὺς λόγους ἡ φύσις, πρὸς τοῦτο ἴσως γεγενημένη, ἵνα σοι τὸ τῆς τέχνης ἀξίωμα λαμπρότερον καὶ διαφανέστερον γένηται. Πάλαι μὲν οὖν καθ' ἱστορίαν τῆς τοῦ καιροῦ (?) ἐκδόσεως (?) ἁπανταχόθεν τῆς οἰκουμένης πρὸς τὴν Θετταλίαν οἱ πλείους ἐφοιτων· νῦν δὲ πλείονας οἶμαι αὐτόθι βαδιεῖσθαι κατὰ κλέος τῶν τοῦ σοῦ λόγου σταγόνων. Καί σε οἶμαι ζηλοτυπεῖν καὶ τὸν μάρτυρα, ὅτι μὴ σωμάτων μόνον ἐφάπτεται ῥεῦμα τὸ σὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς ψυχὴν εἰσδύνει, καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα δύναται ἡδύνειν· ἐπαίρειν·
C ἐπιτείνειν· χαλᾷν· διαχέειν· δριμύττειν· λύειν· ἐπέχειν· τἄλλα, ὅσα τῆς ἀντιθέτου μερίδος ἐστίν, Εἰ μὲν οὖν ἡ σὴ Θεσσαλία ἐπήκοός ἐστι τῶν ἐν τῷ σῷ λόγῳ ῥυθμῶν, ἄμφω μακαρίζω τῆς εὐτυχίας· σὲ μὲν, ὅτι ἔχεις, ἐφ' οἷς ἂν τὴν δύναμιν ἐνδείξῃ τῶν λόγων· ἐκείνους δὲ, ὅτι τοιούτου τετυχήκασιν ἱερέως καὶ ῥήτορος. Εἰ δὲ ἡμίονοι παρ' ἡμιθέῳ ἑστήκασιν, εὐτυχεῖς μὲν οὗτοι καὶ οὕτως. Σὺ δὲ ἠτύχησας, ἐν οἷς ηὐτύχησας· καὶ μάτην σοὶ τὸ χρῶμα διαμεμέληται, καὶ τὸ πιθανὸν τῆς ἀπολογίας, καὶ ὁ ἀνθορισμὸς, καὶ ὁ συλλογισμὸς, καὶ ἡ προκατάστασις, καὶ ἡ κατάστασις, καὶ ἡ μίξις τῶν ἰδεῶν. Ἡ γὰρ Ἑλλὰς (ὥστε οἶμαι), καὶ ὅσα προσοικεῖν ἔλαχε τῇ Ἑλλάδι (τινὰ δὲ καὶ ἀντοικεῖν, ὡς ἡ ξύμπασα Ἰωνία), πάλαι μὲν ἐπὶ τοῖς λόγοις δεδημοσίευτο.
D Νῦν δὲ μέχρι τῆς ἱστορίας ἑστήκασι, κολωνοί τινες ὄντες μνημάτων ἀρχαιοπρεπῶν, ἐκλελειμμένα ἐρείπια. Οἶσθα γοῦν, ὃ ποιήσεις, ἵνα μή σου ἡ σοφία ἀπόληται. Λέγε παρ' ἡμῖν τοῖς ἀκούουσι, μὴ κατατείνων τὸν βρόχον, μὴ ὑπερτείνων τὸν φάρυγγα, μὴ συμπιέζων τὸν θώρακα· ἀλλ' ὑπαγορεύων τῷ γραμματεῖ, καὶ κρουνηδὸν ἡμῖν ἐγχέων τοὺς λόγους ἐν γράμμασιν. Οὕτω τοι καὶ ἡ καρδία διά τινος ἄγγους τὸ θερμὸν ἅπαντος κατασπείρει τοῦ σώματος· καὶ τὸ ἧπαρ διὰ τῆς κοίλης ἐποχετεύει τὸ αἷμα τοῖς μέρεσι· καὶ ὁ ἐγκέφαλος διὰ τοῦ νωτιαίου τὴν αἴσθησιν πανταχῇ δίδωσι· καὶ οἱ τὸ ὕδωρ πάλαι τῇ Μεγαλοπόλει ἐφελκυσάμενοι τὴν μεγάλην ἐνταῦθα ἀμά-

ραν ἐποιήσαντο, τὸν ὑποχθόνιον καὶ ἀέριον, ὥς τις εἴρηκε, ποταμόν. Καὶ σὺ τοιγαροῦν δι' ἐπιστολῶν ἡμῖν χορήγει τὸ νᾶμα τοῦ λόγου, καὶ πότιζε καὶ κατάρδευε. Ὡς λίαν γάρ σου τῆς γλώττης ἐρῶμεν καὶ τῆς ἐν αὐτῇ χάριτος, καί μου ὁ τῶν ἠθῶν σου τύπος ἐγκάθηται τῇ ψυχῇ· ἐνεσφράγισται δέ μου τοῖς ὠσὶ τὰ ἴχνη τῆς λέξεως, καὶ ἡ τῆς ἁρμονίας ἠχὼ ἔτι μου τῇ ψυχῇ ἐμβομβεῖ. Ἀλλὰ πότε ἴδω τὴν μέλισσαν; πότε δὲ τῶν αὐτόθι σίμβλων ἀπαναστήσῃ, καὶ διαέριος γεγονὼς πρὸς τοὺς ἐνταῦθα κήπους φοιτήσεις, καὶ περιελεύσῃ τὰ ἄνθη, ἀφ' ὧν τὴν δρόσον ἀναλεξάμενος τὸ μέλι τοῖς σίμβλοις ἐνέσταξας; Τὸ δὲ λοιπὸν τῆς πρὸς ἡμᾶς σου ἐπιστολῆς ἐγὼ μὲν οὔτ' ἐπαγκαλέσαιμι σοι, οὔτε προσονειδίσαιμι. Σὺ δὲ τῶν ὁμολογιῶν μέμνησο, καὶ πρός γε τούτοις, ὅτι κατ' αὐτοῦ τοῦ κρείττονος ἐμφύτως ὀμώμοκας· ἂν εἴ τι εἴη τοῦ ὅρκου λύσις, οὐκ ἂν φθάνοιμι ταύτην διδούς. Εἰ δ' οὖν μὴ γενοίμην αὐτός σοι παρενθήκη κακότητος, σὺ δὲ διδοὺς λαμβάνειν οἴου. Τοιοῦτον γὰρ πεποίηκα τὸ ἐμὸν, ἵνα καὶ διδοὺς ἢ λαμβάνων διδῶ.

A juramentum ubi tu solveris, equidem me disculpo: scito autem, me in utramque partem securum esse.

Β'. Τῷ αὐτῷ.

Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, δι' ἃ θαυμάζειν προῄρημαι, θαυμασιώτατε δέσποτα, ἀντὶ πολλῶν χρημάτων ἑλοίμην ἄν σου τὴν περὶ τοὺς φίλους ἁπλότητα, ἣν καὶ παρὼν σώζεις καὶ ἀποδημῶν συντηρεῖς. Ὁ μὲν μῦθος ποιητῶν προῆλθε, παρὰ δὲ τῆς σῆς ψυχῆς ἡ καλογαγαθία τῆς γνώμης. Διὰ ταῦτα καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν προτεθειμένου ζητήματος ἐν τοῖς ἡμετέροις συλλόγοις, εὐθὺς ἐγὼ πρὸς σὲ ἀναφέρω τὸν νοῦν, καὶ πρῶτον μὲν εὔχομαι τῷ Θεῷ, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ πρὸς σὲ διατελῶ, τὴν αὐτὴν ἀντιλαχεῖν παρὰ σοῦ. Ἀπολήψαιμι δὲ, εἰ τὸν παρόντα μοναχὸν τῆς σῆς ἀντιλήψεως ἀξιώσεις· ἣν πρώτην ἐγὼ καὶ καλλίστην ἥγημαι, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τετίμηκα. Μὴ οὖν ἀντίθετος γενοῦ σεαυτῷ, ἀλλ' ὅμοιος ἁπανταχοῦ, ἐν τοῖς σχήμασιν, ἐν τοῖς ἤθεσιν, ὁμοιόαρκτος, τέλους ἀγαθοῦ προοίμιον κάλλιστον παριστῶν· μὴ ἐξ ὑπολήψεως τὸ καλὸν ἐργαζόμενος, ἀλλ' ἐκ περιουσίας τὴν περὶ σεαυτοῦ ἀρετὴν πᾶσιν ἐπιδεικνύς· εὑρέσεις τὰ φθάσαντα τῶν μελλόντων τιθέμενος, καὶ πρὸς ἰδέας μεταποιούμενος κρείττονας· μὴ δεινῶς τὴν σεαυτοῦ μεθοδεύων χρηστότητα, ἀλλ' ἐπιεικῶς, ἀφελῶς. Εἴπερ γὰρ ἄλλο τι τῷ ἀρχιερεῖ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστὶ, ταῦτα, εἰ δύναιο. Τρόπους δὲ καὶ ἐπιτετηδευμένας ἰδέας περίεργόν ἐστι προσποιεῖν. Τούτοις κέχρησο μὴ κατὰ περίοδον, ἀλλὰ κατὰ συνέχειαν· καὶ τὸ μέτρον ἐν ἅπασι φύλαττε, ἐν λέξεσιν, ἐν ὁμιλίας σκώμμασι. Τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἄφες τοῖς κάτω βυθοῖς. Τὸ γὰρ μὴ μέχρις ὀνόματος εὐπρεπὲς πῶς ἂν εἴη πραττόμενον εὐσεβές;

II. *Eidem.*

Multa sane et præclara sunt propter quæ te admiror, domine illustrissime; sed in primis ob morum simplicitatem quam erga amicos ostendis, sive absens, sive præsens fueris. Fabulas quidem apud B poetas repereris; e tuo autem animo virtutum flores germinant. De quibuscunque enim sermocinando disputaverimus, tibi semper pulcherrimas partes tribuo. Deumque nunquam non imploro ut temet mihi amicum det eadem quæ ego sentientem. Id autem facies, si monachum huncce quem tibi commendo, benevole exceperis. Ita enim cordi meo magnopere satisfacies. Res facilis: tui similis esto, in habitu, in moribus; eodem utere principio, quod boni finis certum est augurium. Nunquam temere ac pro libitu bonum faxis; virtutis tuæ lux omnibus luceat. Mentem prudentem rebus futuris obtende; ubi severe tractare alios possis, lenitate utere. Nil certe episcopo hac re magis necessarium. Simulare autem et dissimulare nefas. En C normam quam nunquam non sequeris, modum in omnibus, in verbis et in ludo ipso adhibendo. Cætera obvioni et contemptui trade. Quomodo enim quod sine dedecore proloqui non ausis, re ipsa perfici cum decore possit?

Γ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὄντος ἀναγκαίου, φιλτάτη ψυχή, εἰδέναι σε, τί μὲν ὅρκος, τί δὲ ἀληθές· καὶ τί μὲν φιλίας θεσμὸς, τί δὲ ἱερατικὸς θεσμὸς, τῶν ἄλλων καὶ μᾶλλον, ἢ ὅτι τὸ ἐπιφώνημα λόγος ἐστὶν ἐπὶ τῷ πράγματι ἔξωθεν παρ' ἡμῶν λεγόμενος, καὶ ἡ περίοδος πολλοῖς ὑποπίπτει καὶ ποικίλοις τοῖς σχήμασι, καὶ ὅτι τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ μέν ἐστιν ἀποδεικτικά, πολλῆς ἑρμηνείας δεόμενα, ἤτοι ἐναγωνίου· τὰ δὲ πανηγυρικά· καὶ τἄλλα, ὁπόσα τῆς σῆς ῥητορικῆς σοφίσματος καὶ τεχνάσματος — θαυμάζω, ὅπως σε τὸ τηλικοῦτον καὶ ἀναγκαιότατον πρᾶγμα διέλαθεν. Ἀλλ' ὑπόθεσιν μὲν κατασκευάζων, οἰκονομεῖν τὸν λόγον ἐπίστασαι, περιλαμβάνων πολλάκις ἐν τῇ διηγήσει τὸ παρεληλυθὸς τοῦ καιροῦ, καὶ ἀποπληρῶν ἐνδιασκευῶς τὸ ἄνω μέρος, ὡς οὐ μέλλων ἐνοχλήσειν τοῖς αὐτοῖς διὰ τὴν τῶν μελλόντων διατύπωσιν· ἁπλοῦν δέ τι πρᾶγμα διατιθέμενος, μὴ δεόμενον πολλῶν περιστάσεων μηδὲ ποικιλωτέρας

III. *Eidem.*

Te scire clarum est, vir charissime, quid sit juramentum, quid veritas; quod amicitiæ vinculum, quod lex sacrosancta. Insuper latere te non potest quod epiphonema est sententia de re qualibet prolata, et quod periodus multorum schematum formas potest induere; quod argumenta sunt ex parte apodictica, D ac interpretationem multimodam admittunt; ex parte panegyrica. Hæc omnia certe rhetoricæ studendo edidicisti: quid igitur non mirum sit, rem omnium maxime necessariam te fugere? Exemplum afferam: Orandi artem possides; quæ antehac facta sunt, narratione scite complecteris ita ut cum rebus futuris in auditorum animo confundi nequeant. Quod si negotium simplex tractandum venit, et quod ambagibus rejectis parvo rhetorices apparatu contentum est, qui modus adhibendus sit, ignorare videris, siquidem sola theoria usus praxin negligis. Namque episcopali muneri

sophismatum usum penitus recusare fas non est, quamvis quo profundius quis sophismata sectatur, eo longius ab episcopali dignitate recedere videatur. At tu quidem non is videris qui majorum consuetudinibus valedicas, neque te cum Cretensibus cretizissare dixerim, ut est in Proverbio. E Creta ego non sum, nec huncce honorem ambio. Rhetorice cum philosopho loqueris artis tuæ haud imperito, sed qui philosophari potius quam argutari velit. Ut porro epistolæ tuæ aliquantum respondeam, ubi te omne erga nos debitum exsolvisse autumas scito quod debitum non solvit qui comiter respondet, pactorum vero non meminit. Hoc fidem fraudare est amicitiamque fallere. Si igitur artis rhetoricæ antistes mysteria adultis revelare præsumis, promissoque haud steteris, adeptosque fefelleris, nonne te mendacii arguent? Ubi enim pro arte quam non docuisti mercedem recipere ausus es, tui aliquid aliis communicaturum es professus. Quale amicorum commercium putas? Num scripta sine sensu, sine veritate eos inter communicatum iri? num vana nomina instrumentorum cæcorum instar jactari reris? Sic Ixiona apud Homerum Juno decepit. Hujus enim pulchritudine capto Dea nube circumdata, sui ipsius simulacrum obtulit. Ego vero, crede mihi, non sum, neque ero Ixion; umbram ego nunquam pro re habebo. Ideo etiam artem tuam odi, quia puellæ amabilis imago est. Non vero in scientia umbratili, sed in veritatis luce requiescere volo. Platonis quoque sophista non mihi placet, qui ad ipsius Demiurgum libentius recurro. Ita mihi sane persuasum est : si mihi male famati Dobrysontis (?) loco Elysium campum pratumve asphodelo consitum offerres, putasne me nominum splendore captum, delectum esse facturum? An aliquid magni te offerre credis? Ego neque omne tuum monasterium, si cum impiis staret, acceptarem. Quid autem tibi cum possessione commune? Nonne fraus omnia et ludibrium? Quomodo vero episcopo dignum fraudem hanc manifestissimam excusare? Quid? tunc adeo liberalis, ego vero sordidus et avarus? Cedo tibi quæ oceanus Atlanticus habet? quæ circa Hyrcaniam et mare Caspium sita sunt; adde insulam Thulem et regionem extra Phasidem, et quæcunque plaga meridionalis, terra intra duos polos, regio antipodum tenet. Charissime frater, si promissis stare in animo tibi est, re vera, neque inanibus verbis nos adeas. Posthæc Græcorum fabulas et figmenta inania tibi largior.

A κατασκευῆς, οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν ἀρίστην ὑπερβαίνεις οἰκονομίαν ὥσπερ τὸ λεκτικὸν μόνον μέρος τῆς τέχνης διακριβωσάμενος, τὸν δὲ πραγματικὸν τύπον ἠγνοηκώς. Ἐγὼ δέ σοι τὸ καὶ περὶ τοὺς λόγους σοφίζεσθαι ἄχρι τῆς ἀρχιερατικῆς δίδωμι τελειότητος· μετὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ τεχνίτην σε τοῦ λόγου προσίεμαι, οὐδ' εἰ πολλὰ κάμνοις ἐπιχειρῶν τεχνικώτατα. Ὅσον γὰρ εἰς τὴν σοφιστικὴν ἐμβαθύνεις, τοσοῦτον τῆς ἱερᾶς ἀποικίζῃ φιλοσοφίας. Ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς μὴ ἀναχωρεῖν ἐθέλειν τῶν ἀρχαίων ἠθῶν· καὶ οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι πρὸς Κρῆτα κρητίζεις (τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας). Κρὴς γὰρ οὔτ' εἰμὶ, οὔτ' ἐκεῖθεν εἶναι βεβούλημαι. Πρὸς δὲ φιλόσοφον ῥητορεύεις, εἰδότα μὲν καὶ τὴν σὴν τέχνην, φιλοσοφεῖν δὲ μᾶλλον ἢ σοφιστεύειν ἐθέλοντα. Καὶ ἵνα σοι βραχύ τι πρὸς
B τὴν ἐπιστολὴν διαλέξωμαι, ἐν ᾗ τὸ πᾶν ἀποπεπληρῶσθαί σοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς χρέους ᾠήθης, οὐκ ἔστι, λογιωτάτη ψυχὴ, χρέους ἐκπλήρωσις τὸ λόγοις μὲν κατατιθέναι τὰς χάριτας, ἔργοις δὲ μηδὴν τῶν διωμολογημένων διδόναι. Ἀπάτη γὰρ τοῦτο· καὶ οὐ φιλίας σύνδεσις, ἀλλ' ἀναίρεσις. Ὁπότε γοῦν σὺ τοῦ ῥητορικοῦ προὐκάθησο θρόνου, εἰ ἐπηγγείλω μὲν τὰ τῆς τέχνης ἀνακαλύπτειν τοῖς κυουμένοις ἄῤῥητα, εἶτα δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίεις, ἐργαστήριον δέ τι βαναυσίας τούτοις ἀνεώγνυς, οὐκ ἂν σέ τις ψευδολογίας ἐγράψατο; Εἰ δὲ τέχνην μὲν ἡμᾶς οὐκ ἐπηγγείλω διδάσκειν, ἀλλ' οὖν παρ' ἡμῶν εἰλήφεις μισθὸν, ἢ (ἵνα μὴ φορτικῶς λέγω) τοῦ σοῦ τι προῄρησο παρέχειν ἐμοί. Ὁποῖα δὲ πρὸς ἀλλήλους οἱ φιλοῦντες εἰώθασι διαμείβεσθαι, ἆρ' οἴει τὰς γραφὰς ἐκπεφευγέναι, εἴδωλα πραγμάτων διδούς; ἢ
C μηδὲ τοῦτο, ἀλλ' ὀνόματα πραγμάτων ἔρημα, ὁποῖα οἱ σοὶ σκινδαψοὶ καὶ τὸ πολυθρύλλητον βλίτυρι; Οὕτω γοῦν καὶ τὸν Ἰξίονα ἡ τοῦ Ὁμήρου Ἥρα ἠπάτηκεν. Ἐπεὶ γὰρ ἤρα ταύτης ὁ ἥρως, καταπλαγεὶς τὸ ἐκείνης κάλλος, ἡ δὲ νεφύδριόν τι περισπασαμένη, καὶ τούτῳ ἑαυτὴν εἰκάσασα, ἐδίδου τῷ Ἰξίονι πάροδον πυρὸς τὸ εἴδωλον. Ἀλλ' ἐγώ σοι, λογιώτατε, Ἰξίονι οὔτε εἰμὶ, οὔτε ἔσομαι, οὐδὲ τῆς τῶν πραγμάτων οὐσίας τὰ εἴδωλα προτιμήσαιμι. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ τὴν σὴν τέχνην μισῶ, ὅτι ποθεινῆς ἐστι κορίου εἴδωλον. Καὶ οὐδὲ ἐν τῇ σκιᾷ τοῦ γράμματος ἀναπαύομαι, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς ἀληθείας φωτί· οὐδὲ τὸν τοῦ Πλάτωνος σοφιστὴν κατὰ τὸ προβεβλημένον τῆς λέξεως δέχομαι, ἀλλ' εἰς τὸν ἐκείνου δημιουργὸν ἀναφέρω τοὔνομα. Εἰ δέ μοι
D ἀντὶ τοῦ δυσφήμου Δοβρόσοντος (?) τὸ Ἀλύσιον ἐδίδους πεδίον καὶ τὸν ἀσφοδελὸν ἐκεῖνον λειμῶνα, ἆρ' ἂν ἐδεξάμην καὶ ταῦτα, λαμπρῶν ὄντων τῶν ὀνομάτων; Ἢ σὺ ᾠήθης ἂν παρέχειν τί μοι τῶν ὄντων; Ὁπότε δὲ καὶ τὸ σὸν μοναστήριον μετὰ τῶν ἀνοσίων τεταγμένον οὔτ' ἔστι καὶ δυσωνυμωτάτων, ἑλοίμην ἂν τὴν δωρεὰν καὶ τὴν ἀνυπαρξίαν τοῦ πράγματος; Ἡδέως δ' ἂν σου πυθοίμην, τί δή σοι καὶ τῆς κτήσεως προσεγένετο, ἐμοῦ μὴ προσειληφότος τὸ πρᾶγμα. Οὐ τὸ πᾶν ἀπάτη καὶ γέλως καὶ τῷ ὄντι βαθεῖα φενάκη; Τὸ δὲ καὶ ἀπολογεῖσθαι περὶ οὕτω σαφοῦς χλευασίας καὶ εἰρωνείας, πηλίκον τοι εἰς τὸ μέτρον τῆς ἀρχιερωσύνης δοκεῖ; Ἆρ' οὖν σὺ μὲν οὕτω φιλοτιμότατος, ἐγὼ δὲ σμικρολόγος καὶ φειδωλός; Ἀντιδωροῦμαι δή σοι, ὁπόσα μὲν ὁ Ἑσπέριος ὠκεανὸς ἔχει, ὁπόσα δὲ ἐντὸς Ὑρκανίας καὶ τῆς Κασπίας θαλάττης ἐστὶ, καὶ τὴν Θούλην τὴν νῆσον, καὶ τὰ ἐκτὸς Φάσιδος, καὶ ὁπόσα ἡ μεσημβρινὴ περιείληφε γῆ, ὅ,τι τε ἐντὸς ἑκατέρων τῶν ὀμφαλῶν, καὶ τὰ τῶν ἀντοίκων καὶ ἀντιδόξων ξύμπαντα. Φίλτατε ἀδελφὲ, σύντομόν σοι λόγον ἐρῶ· εἰ μὲν βούλει τὰ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπαγγελίας πληροῦν, ἐν

πράγμασιν ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν ὀνόμασι κύρου τὴν δωρεάν. Εἰ δ' οὖν, παραχωρῶ σοι τοῦτο μετὰ τῶν Ἑλληνικῶν μύθων καὶ ἀνυπάρκτων πλασμάτων.

Δ'. Πρὸς τὸν Καίσαρα τὸν Δούκαν'.

Πίστευέ μοι, ὑπέρτιμε δέσποτα, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα καὶ ἀξίωμα, μάγοι, ἵνα οὕτως εἴπω, καὶ οἱ τρόποι τυγχάνουσι καὶ οἱ λόγοι σου, καὶ ἀῤῥήτοις δυνάμεσι τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταθέλγουσι. Καὶ τοῦτο ζῶ, ὃ βλέπω σέ· καὶ τοῦτο ἀναπνέω, ὃ τῆς σῆς ἀκούω φωνῆς· καὶ τοῦτο χαίρω, ὃ τοῖς σοῖς ἐντυγχάνω γράμμασι. Περὶ οὗ δὴ ἠρώτησας, συντόμως ἀποκρίνομαί σοι· « Οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. » Δέδοικα δὲ ἵνα μὴ καὶ τοῦτο ἀκούσω· « Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες « ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; » Οὐ γὰρ οἶδα εἰ ἀποδέχεται τὴν παρουσίαν μου ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεύς· τὸ γὰρ πρόσωπον αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς οὐχ ὡς χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Πλὴν οὐδέποτε παντελῶς ἀποστήσομαι, κἂν ἐξελάσῃ βιαίως, κἂν μετὰ πληγῶν, κἂν μεθ' ὕβρεων· μὴ οὕτω μανείην ποτέ. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς ἐμὲ ἀπόστροφος, ἀλλὰ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος. Αὔριον οὖν καὶ ἐλεύσομαι, καὶ ἀκορέστως καταπολαύσω σου τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ πνοῆς καὶ ζωῆς.

A IV. *Ad Cæsarem Ducam.*

Crede mihi, illustrissime domine, omne nomen et dignitatem superas, magici ut ita dicam, mores et sermones tui inveniuntur, et indicibili virtute mentem meam incantant. Tunc vivo, cum te video; tunc respiro, cum tuam vocem audio; tunc gaudeo, cum tuas litteras perlego. De quo autem interrogasti, breviter tibi respondeo : « Nemo nos conduxit. » Timui vero ne illud quoque audiam : « Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? » Nescio enim an præsentiam meam accipiat divinissimus noster imperator : vultus enim ejus ad nos non ut heri et nudius tertius. Attamen nunquam omnino abibo, cum violenter abegeris, et cum plagis, et cum contumeliis : ne quando ita insaniam. Si enim a me B aversus, sed bonus et benignus es. Cras igitur veniam, et insatiabiliter perfruar te, mentis et animæ meæ vita.

Ε'. Τῷ αὐτῷ.

Οὐκ ἔστι τις ὅμοιός σοι, δέσποτα χρηστότατε, ἵνα καὶ τοῦτο θαῤῥούντως εἴποιμι, οὔτε τὴν καλλονήν, οὔτε τὴν φρόνησιν. Λέγω δὲ τοῦτο, ἀποβλέπων, εἰς τὸν σκοπὸν τῶν πρὸς ἐμέ σου γραμμάτων. Ὁμοῦ τε γὰρ καὶ ἡμῖν εἰς παραμυθίαν ἵστασαι καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ καὶ ἀδελφῷ σου τὴν προσήκουσαν σώζεις ὑπόληψιν, καὶ συνάγεις τὴν ἐμὴν γνώμην εἰς τὴν ἄκραν ἐκείνου πίστιν τε καὶ διάθεσιν· ὅπερ καὶ τῇ ἐμῇ ψυχῇ μαρτυρήσεις αὐτός. Καὶ θάῤῥει περὶ τούτου· ἕτοιμος γὰρ καὶ τὴν ἐμὴν θύειν ὑπὲρ τούτου ψυχήν. Ἀλλ', ὅπερ εἶπον, δέσποτά μου, αἰδοῦμαι· ὄμνυμι τὴν ἱεράν σου ψυχήν. Μή ποτε φορτικόν με λογίζεται, ἢ οὐκ ἀρέσκεται τοῖς λόγοις μου καὶ τῇ παρουσίᾳ, καὶ διὰ ταῦτα οὔτε ἡδέως προσομιλεῖ, οὔτε μου ἀνέχεται λέγοντος. Ἐνάγει δέ με εἰς τὸν τοιοῦτον σκοπὸν ἡ προτέρα τούτου πρός με διάθεσις ἁπλουστάτη καὶ φιλανθρωποτάτη τυγχάνουσα, καὶ μηκέτι νῦν τὸ σύνηθες ἰδίωμα σώζουσα. Οὐ τοίνυν μισῶν οὐ προσέρχομαι, ἀλλ' αἰδούμενος ἢ φοβούμενος. Ἄλλως τε καὶ αὐτοτελής ἐστι, καὶ οὐ δεῖταί τινος οὔτε σοφοῦ οὔτε ἐμπειρικοῦ. Ἐγὼ δὲ οὐδέτερον μέν εἰμι, πιστὸς δὲ τὰ πρὸς τοὺς δεσπότας καὶ ἀληθής, καὶ οὐ δυνάμενος μὴ μεγαλῦναι πράξεις αὐθέντου· καὶ ὁ μακρὸς χρόνος ταῦτα μοι ἐμαρτύρησε· πλέον δέ τι τῷ βασιλεῖ τούτῳ προστέθεικα καὶ προσθήσω ἄχρι παντός. Εἰ δ' οὗτος οὐ τὴν ἴσην ἀντιδίδωσί μοι διάθεσιν, ταῖς ἁμαρτίαις μου τοῦτο λογίζομαι. Σὺ δέ μοι οὕτω σώζοις τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὔνοιαν, καὶ οὕτω καὶ τὴν πρὸς ἐμὲ εὐμένειαν καὶ διάθεσιν ἀπαράμιλλον καὶ τρόποις καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν.

V. *Eidem.*

Non est similis tibi, optime domine, ut hoc fidenter dicam, neque pulchritudine neque prudentia. Ita vero loquor, considerans objectum tuarum ad me litterarum. Simul enim et nobis consolationem præbes, et magno imperatori fratri tuo convenientem reverentiam servas, et fiduciam meam inducis in summam ejus fidem et dispositionem; quod ipse menti meæ attestaberis. Et circa illud fiduciam habe, paratus enim sum ad meam ipsius vitam pro illo sacrificandam. Sed quod dixi hujus me pudet, per sacram tuam C vitam juro. Ne forte me molestum reputet, ne ægre ferat verba mea et præsentiam, et ideo neque jucunde mecum colloquatur, neque me dicentem sustineat. Ad tale consilium me adducit prior ejus in me dispositio sinceritatis et benevolentiæ plena, non jam solitam nunc indolem servans. Non igitur cum odio adeo, sed cum pudore et timore. Aliunde etiam sibi ipsi sufficit, et non indiget alicujus neque sapientia neque experientia. Ego autem nihil quidem sum, sed in his quæ ad dominos meos spectant fidelis et verus, et non possum non extollere actiones principis; longumque tempus hæc mihi attestatur: magis autem huic imperatori adhæsi et adhærebo semper. Si vero ita non parem mihi dispositionem vicissim præbet, id culpis meis D attribuo. Tu vero mihi ita serves tui fratris benevolentiam, et in me benignitatem et voluntatem incomparabilem moribus, sermonibus et actibus.

ϛ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὁλόφωτόν σου τὴν σελήνην ἀπέλαβον, ὑψηλότατε Καῖσαρ καὶ δέσποτα. Ὁλολαμπὴς γὰρ αὐτὴν ἐφώτισεν ἥλιος· ὅθεν καὶ περιαστράπτει εἰς ἐμακάρισά σου τὸ φῶς. Εἰ δέ, ἔτι περίγειος ὤν, οὕτω μοι τὰς ἀκτῖνας προχέεις, ὑπέργειος γεγονώς, ποίαν οὐχ

VI. *Eidem.*

Totam lucidam tuam lunam accepi, celsissime Cæsar et domine; omnino enim splendens eam sol illuminavit, unde luce circumfusus lumen tuum laudibus extuli. Si vero, adhuc terrestris, ita in me radios effundis, supra terram positus quali me

splendore non illustrabis? qualem non fulgorem immittes? Deinde interrogas quomodo me habeam? hoc ipso solum bene quod me interrogas, in cæteris vero optime. Nemo enim nos interrogat neque de nobis curat. Et, per tuum sacrum et augustissimum caput, nullo alio egeo nisi ut interroger. Sed istud quoque a me invidiosus dæmon eripuit; et nisi aure tu vitæ meæ libram æquaret, brevi habitasset in inferno anima mea; adeo animo dejectus sum, adeo anxius sum. Sed lingua tua, tua musa, tua Siren, tua incantamenta, tui sibili, tua persuasio et eloquentia suadent me sæpius bono animo esse et lætari: et gaudeo tuis verbis, tuis exhortationibus, tuis in me dispositionibus. Sed me dolere nihil impossibile; tu vero ne unquam doleas, ne invidiæ telo lædaris, ne inimicus contra te prævaleat. Si quis autem ventus tuam mentem disturbat, ne mireris; nam contrariis mutationibus vita agitatur, et oportet primum mare misceri, deindeque in zephyrum tempestatem sedari.

Hæc Psellus.

VII. *Eidem.*

Sed post lances, gloriosissime imperator et maxime Cæsar dominansque meæ animæ caput, est etiam trutina et ejus regula. Quid igitur, ut nobis libram impleas, pecudum exhauries mammas? ne tu, ne in nos tutum ovile exsicces; ne, ut lances æques, illi inæquales gratias præbeas, plura nobis distribuens et nos super omnes statuens, tu qui superas sermones et elogia omnemque rhetoricam artem et facultatem. Ego vero nunc cognovi sapiens esse, quia tuam meis sermonibus animam aucupor; unde arrogans omnino factus sum, et frontem erexi, et summis digitis ambulo; et si quis me rogaverit: « Quid unquam talia? et quænam transmutatio ista et nova arrogantia; statim respondeo, quia me magnus Cæsar laudavit, quia meis verbis ipse capitur, quia, cæteris omnibus superior, mea potestate vincitur. Sed ne quando ista fucata videantur et mendax opinio, ego sum, quod sum revera, ignorans homo, et vix seipsum cognoscens.

Si vero tu me miraris, dicam tibi sermonem venaticum, quem nescio an et ipse animadverteris.

Noctuam, volucrem deformissimum et turpissimum aspectu, miratur aquila, et circumit, et stupens intuetur, velut naturam quamdam admiratione dignam. Sed ita quidem aquila, noctua autem nihil minus deformis est. Nonne igitur es tu aquila robore et potestate, ego autem animal informe et arte expers?

Deinde veteres sapientes admirari prætermittens, me et mea scripta colis. Quid boni autem in eis inest? quid pulchri? quid venusti? sed dicam tibi alium sermonem ad nos magis convenientem.

Apis primum e floribus mel colligens rosam quidem prætervolitat, mittit autem ocellum, lilium,

ejulando clamare cœpit ex carcere, Circenses spectem, et pro imperatoris lubito faciam. Ductus itaque ad tribunal Hippodromi quo loco imperator sedebat, suas illic ædes divendidit, subscribentibus quæstore ac senatu universo. Idque factum priusquam equi agitarentur. In more autem fuit olim, ut statim atque imperator ad tribunal ascenderat, aurigæ equorum cursum inciperent. Quia vero tum, ut eunuchi ædes venundarentur, cessatum est, hinc consuetudo obtinuit ut in ludis circensibus, egressis equis, currus paululum moræ facerent.

Pars dextera gynæconitidis usque ad columnam S. Basilii, necnon pars templi quædam, domus erat Charitonis eunuchi : sinistra vero pars usque ad columnam S. Gregorii Thaumaturgi, domus erat Xenophontis cujusdam arte sutoris : qui inferorum princeps dicebatur dum ab aurigis adoraretur in Hippodromo. Templi area, quatuor nartheces, baptisterium ac reliqua circumposita ædes erant Damiani patricii Seleuciæ.

B Τὸ δὲ δεξιὸν μέρος ὅλον τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ μέρος τι, ὑπῆρχον οἰκήματα Χαρίτωνος εὐνούχου τοῦ ἐπίκλην Χηνοπώλου, ἃ καὶ ἐξωνήθησαν μετ' εὐχαριστίας. Τὸ δὲ ἀριστερὸν μέρος τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ὑπῆρχον οἰκήματα Ξενοφῶντός τινος τῇ τέχνῃ βασιλισκαρίου· ὃς θέλων ἐξωνήσασθαι τὰ οἰκήματα αὐτοῦ, ᾐτήσατο τὸν βασιλέα, μὴ μόνον τίμημα διπλοῦν λαβεῖν εἰς τὰς σκηνὰς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα ποιήσῃ τοῦτον ἐν τῷ ἀγομένῳ ἱππικῷ, ἐν ᾗ ἐπιτελεῖται, τιμᾶσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν τεσσάρων ἡνιόχων. Τοῦ δὲ βασιλέως προστάξαντο τοῦτο, πρὸς γέλωτα πεποίηκεν εἰς τὸ διηνεκὲς, ἵνα τυπωθῇ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἀγομένου ἱππικοῦ καθέζεσθαι τοῦτον ἐν τοῖς C καγκέλλοις μέσον, καὶ τὰ ὀπίσθια αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν ἡνιόχων πρὸς γέλωτα, πρὸ τοῦ ἀναβῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἁρμάτων. Καὶ τοῦτο διήρκεσε μέχρι τῆς σήμερον. Ὃς καλεῖται ἄρχων τῶν καταχθονίων· ἀμφιέννυται δὲ χλαμύδα λευκὴν μετὰ βύσσου ἠμφιεσμένην. Τὸ δὲ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ οἱ τέσσαρες νάρθηκες, καὶ ὁ λουτὴρ, καὶ τὰ περὶξ αὐτῶν, ὑπῆρχον οἰκήματα Δαμιανοῦ πατρικίου Σελευκίας· ἅπερ ἀπετιμήθη λίτρας Ϟ', καὶ μετὰ πολλῆς περιχαρίας δέδωκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ.

Dextera pars gynæconitidis tota usque ad columnam sancti Basilii, necnon pars templi quædam, ædes erant Charitonis eunuchi, cognomine Chenopoli, quæ bona cum gratia venditæ sunt. Sinistra vero pars gynæconitidis, usque ad columnam sancti Gregorii Thaumaturgi, ædes erant Xenophontis cujusdam arte sutoris. Is cum ædes venum prostarent, ab imperatore non duplex modo pretium pro vili casa postulavit, sed etiam rogavit ut die circensium quatuor factionum aurigæ se honorarent et venerarentur. Quod cum imperator præstari ad risum spectantium jussisset, decrevit etiam ut in perpetuum circensibus ludis is in cancellis medius sederet, ejusque terga ab aurigis antequam currus conscenderent ad risum et ludibrium adorarentur : quod ad hunc usque diem factitatum est. Ille vero vocatur inferorum princeps. Induitur autem chlamyde candida bysso intexta. Templi vero area, et quatuor nartheces seu porticus ac baptisterium et quæ circumposita sunt, ædes erant Damiani patricii Seleuciæ, quas nonaginta libris æstimatas ingenti gaudio imperatori tradidit.

Trulli fundamenta supra petram Stephaneam jaciuntur. Eutychius patriarcha pro ecclesiæ structura preces fundit. Oratorium rotundum prope horologium Joanni Baptistæ sacrum, necnon porticus a magno palatio ad ædem Saphianam usque pertingentes exstruuntur. Magistri architecti centum, operæ decem millia. Cæmentum ut subactum.

D Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὸν τόπον καταμετρήσας, καὶ εὑρὼν στεφανέαν πέτραν ἀπό τε τοῦ θυσιαστηρίου καὶ μέχρι τῆς κάτω ἀψίδος, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν γύρωθεν τὰ βάθρα τοῦ μεγάλου Τρούλλου. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀψίδων μέχρι τοῦ ἐξωτάτου νάρθηκος, εἰς τὸν γαῦνον καὶ ἀλσώδη κόπον ἐθεμελίωσεν. Ἀρξάμενος δὲ τὰ θεμέλια κτίζειν, προσεκαλέσατο Εὐτύχιον πατριάρχην, καὶ ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως τῆς ἐκκλησίας. Τότε ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς κύψας καὶ οἰκείαις χερσὶν ἄσβεστον μετὰ τοῦ ὀστράκου, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ἔβαλεν ἐπὶ τὸ θεμέλιον πρὸ πάντων· Πρὸ τοῦ δὲ ἄρξασθαι κτίζειν τὸν ναὸν, προέκτισεν εὐκτήριον χρυσόροφον

Locum dimensus imperator Justinianus, cum petram Stephaneam a bemate ad imam usque apsidem reperisset, majoris Trulli super eam fundamenta jecit. Ab apside vero ad exteriorem usque narthecem, in solo palustri et limoso fundavit. Fundamentum autem aggressus, Eutychium patriarcham evocat, qui pro ecclesiæ structura preces funderet. Tum imperator suis ipse manibus cum testa cæmentum accipiens Deoque gratias agens, id primus omnium in fundamentum jecit. Ante cœptam vero templi structuram, oratorium rotundum aureo fornice instructum, egregio circumquaque lapillorum ornatu, Joannis Præcursoris voca-

catum prope horologium excitavit, quod jam baptisterium nuncupatur; itemque huic vicina Metatorii ædificia, ubi cum proceribus suis maneret, et sæpe cibum sumeret. Tunc quoque porticum totam, qua transitus a magno palatio ad Magnam ecclesiam fieret, ædificavit; ut quotidie templi structuram adiens a nemine conspiceretur. Erant porro magistri architecti centum, quorum singulis centenæ operæ aderant, ita ut decem millium numerum explerent. Et quinquaginta quidem magistri cum turmis suis dextrum latus ædificabant; quinquaginta alii pari modo sinistrum, quo æmula quadam diligentia citius ædificium assurgeret. Templi figuram angelus Domini in somnis imperatori ostenderat. Princeps autem architectus mechanicus ac templis excitandis idoneus erat. Pro aqua vero, hordei in cacabis elixi liquorem cum calce et testa miscebant. Eratque hordeaceus liquor ille viscosus, mucosus atque tenax. Simili modo dissectos salignos cortices in cacabos cum hordeo miserunt, quadrasque massas paraverunt quinquaginta pedes longas, totidem latas ac crassas viginti; eas nec frigidas nec calidas, sed ad glutinis tenacitatem intepescentes in fundamenta jecerunt: substratæque massæ paris longitudinis et latitudinis lapides imposuerunt: quæ coagmentatio ferri duritiem æmulabatur.

A περικαλλὲς κυκλικὸν μετὰ λίθων πολυτίμων, ὅπερ ὠνόμασε τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου· ὅπερ ἐστὶ πλησίον τοῦ Ὡρολογίου, τὸ καλούμενον Βαπτιστήριον, καὶ τὰ πλησιάσαντὰ τοῦ Μετατωρίου· ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, πολλάκις δὲ ἐσθίῃ. Τότε γὰρ καὶ τὰ διαβατικὰ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Παλατίου μέχρι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἔκτισεν, ἵνα διερχόμενος κατεκάστην, μὴ ὁρᾶσθαι παρά τινος, εἰς τὸ παρίστασθαι ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ. Ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες ἑκατὸν, ἔχοντες ἕκαστος αὐτῶν ἀνὰ ἑκατὸν ἀνδρῶν, γινομένων χιλιάδων δέκα. Καὶ οἱ μὲν πεντήκοντα μαΐστορες μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτῶν τὸ δεξιὸν μέρος ᾠκοδόμουν· οἱ δὲ πεντήκοντα ὁμοίως τὸ εὐώνυμον μέρος, διὰ τὸ πρὸς ἔριδα καὶ σπουδὴν κτίζεσθαι ταχέως τὸ ἔργον. Καὶ B τὸ σχῆμα τοῦ ναοῦ κατ' ὄναρ ἔδειξε τῷ βασιλεῖ ὁ ἄγγελος Κυρίου. Ὑπῆρχε δὲ ὁ πρῶτος οἰκοδόμος μηχανικὸς, καὶ εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναοὺς ἐπιτήδειος. Εἰς τοὺς κακάβους δὲ ἕπτη τὴν κριθὴν, καὶ τὸν χυλὸν αὐτῆς ἐμίγνυον τῷ ἀσβέστῳ σὺν τῷ ὀστράκῳ ἀντὶ ὕδατος. Ὁ δὲ αὐτῆς χυλὸς ὑπῆρχε γλισχρὸς, καὶ μυξώδης, καὶ κολλητικός. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φλοῦν πτελεῶν κατατέμνοντες ἐνέβαλλον ἐν τοῖς κακάβοις μετὰ τῆς κριθῆς, καὶ ἐποίησαν μάζας τετραγώνας ἐχούσας ἀνὰ ποδῶν πεντήκοντα τὸ μῆκος, καὶ ν', τὸ πλάτος, καὶ εἴκοσι τὸ πάχος, καὶ ἐτίθουν εἰς τοὺς θεμελίους· καὶ οὔτε θερμὸν τοῦτο ἐτίθουν οὔτε πάλιν ψυχρὸν, ἀλλὰ χλιαρὸν διὰ τὸ εἶναι κολλητικόν. Καὶ ἐπάνω τὰς μάζας ἐτίθουν λίθους εὐμεγέθεις, ἰσομήκεις, ἰσοπλάτους· ἦν ἰδεῖν τότε αὐτοὺς κρατεῖν οἷάπερ σίδηρον.

Expensarum prima subductio. Magister Strategius solvendæ pecuniæ deputatur. Imperator horis pomeridianis, Troilo cubiculario comite, quo cultu vestium ad structuram accedebat, fabris ac operis promissis stimulandis.

Ubi autem fundamenta ad duorum cubitorum altitudinem e terra erecta sunt, ut ait supradictus auctor, qui expensarum rationem scripto tradidit, ad quadringenta quinquaginta duo centenaria tota summa deducta est. Miliarisia enim argentea e palatio efferebantur, quæ in horologio deponebantur, et quotquot lapides advehebant, argenteum quotidie accipiebant, ne quis morose aut cum tædio ageret, maledictaque jactaret. Quidam vero ex iis qui lapides gestabant, cum iratus mœstusque esset, in terram decidit et attritus est. Pecuniam erogabat prædictus Strategius Justiniani imperatoris spiritualis frater. Erectis pilis, imperator somno meridiano abstinens, magnaque cura et sollicitudine, polientes cædentesque lapides et fabros aliasque operas, Troilo cubiculario comite, inspectabat, et ad opus impigre capessendum promissis stimulabat. Et ideo semel aut iterum per hebdomadam, præter constitutam mercedem, modo numisma, modo duo cuique largiebatur. Quoties autem spectatum accedebat, linea veste tenui et candida induebatur, tenue item sudarium in capite gerens, in manu vero bacillum.

C Δύο δὲ πήχεων τοῦ θεμελίου ὑψωθέντος ἐκ τῆς γῆς, ὥς φησιν ὁ προειρημένος ποιητὴς, καὶ ἀπογράφων τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνϐ'. Μιλιαρίσια γὰρ ἀργυρᾶ ἐκομίζοντο ἐκ τοῦ παλατίου, καὶ ἐτίθουν αὐτὰ εἰς τὸ Ὡρολόγιον, καὶ ὅσοι ἀνεβίβαζεν λίθους, ἐλάμβανον καθημέραν ἀνὰ ἀργυροῦ ἑνὸς, διὰ τὸ μὴ ἀκηδιάσαι τινὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ βλασφημῆσαι. Εἷς δέ τις τῶν βασταζόντων λίθους ἀγανακτήσας καὶ στενάξας, εἰς τὴν γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίβη. Τὴ δὲ ἔξοδον ἐποίει ὁ ῥηθεὶς Στρατήγιος, ὃς καὶ ὑπῆρχε πνευματικὸς ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ. Τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων ὁ βασιλεὺς τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλ' εἶχε πολλὴν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὸ ὁρᾷν τούς τε λιθοξόους, καὶ λατόμους, καὶ τεκτονικοὺς, καὶ πάντας τοὺς οἰκοδόμους, μετὰ καὶ Τρωΐλου κουβικουλαρίου τούτους D ὁρῶν, σπουδὴν πολλὴν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο· καὶ διὰ τοῦτο ἔξωθεν τοῦ μισθοῦ αὐτῶν ἐργατῶν, τὴν ἑβδομάδα ἅπαξ ἢ δὶς εὐεργέτει τούτους, πότε μὲν ἀπὸ ἑνὸς, ποτὲ δὲ ἀπὸ δύο. Πορευόμενος δε ὁ βασιλεὺς, ἠμφιέννυτο ὀθόνην λευκὴν καὶ ψιλὴν, καὶ σουδάριον ἀμυδρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ· ἐν δὲ τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον πτενὴν κατεῖχεν.

Ignatius architectorum princeps. Hujus filio supra porticus dextri lateris apparet angelus, eunuchi forma, qui templum Sanctæ Sophiæ nomine donandum innuit. Puer divitiis ac dignitate auctus ad Cycladas insulas relegatur, et quare.

Erectis porro supremis tam dextri quam sinistri

Ἀνεγείραντες δὲ τὰς ἀψίδας τῶν ὑπερῴων, τῶν

τε εὐωνύμων καὶ δεξιῶν, καὶ ταύτας στεγάσαντες σκυφικὰς ἀψῖδας, ὡρίσθη ἀγαγεῖν μιλιαρίσια ἐκ τοῦ παλατίου ὁ κρατῶν ἡμέρᾳ Σαββάτου· ἦν γὰρ ς' ὥρα τῆς ἡμέρας· καὶ προσέταξιν ὁ Στραγήγιος τοῦ ἐξελθεῖν τοὺς ἐργάτας καὶ τεχνίτας εἰς τὸ ἄριστον. Κατερχόμενος δὲ ὁ προῤῥηθεὶς Ἰγνάτιος μηχανικὸς, κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἄνωθεν τῶν ὑπερῴων εἰς τὸ δεξιὸν μέρος, εἰς τὸ ὁρᾷν τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ἐργαλεῖα πάντα. Ὁ δὲ παῖς ἦν ὡσεὶ χρόνων δεκατεσσάρων. Καθεζομένου δὲ τοῦ παιδὸς, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος, λαμπρᾷ ἐσθῆτι ἠμφιεσμένος, ὡραῖος τῷ εἴδει, ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθεὶς, καὶ λέγει τῷ παιδαρίῳ· Τίνος χάριν οὐκ ἐκπληροῦσι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ οἱ καμόντες ταχέως, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον ἐσθίειν; Ὁ δὲ παῖς λέγει αὐτῷ· Κύριέ μου, ταχέως παραγίνονται. Ἐκείνου δὲ πάλιν εἰπόντος· Πορευθεὶς λάλησον αὐτοῖς· σπεύδω γὰρ τοῦ ταχέως τελειωθῆναι τὸ ἔργον· τοῦ δὲ παιδὸς φήσαντος, αὐτὸν μὴ ἀπελθεῖν, διὰ τὸ μήπως ἀπολεσθῆναι τὰ ἐργαλεῖα, καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· Ἄπελθε ἐν σπουδῇ, καὶ φώνησον αὐτοὺς ταχέως ἐλθεῖν· καὶ ἐγὼ ὄμνυμί σοι, τέκνον, οὕτως, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην, οὐχ ὑποχωρῶ ἀπὸ τῶν ὧδε, ἕως ὅτε καὶ ὑποστρέψῃς· ἐνταῦθα γὰρ ἐτάχθην δουλεύειν καὶ φυλάττειν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παῖς, δρομαίως ἐπορεύθη, καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπερῴῳ κτίσματι τὸν ἄγγελον τοῦ Κυρίου φυλάττειν. Ὡς δὲ κατῆλθεν ὁ παῖς, εὑρὼν τον πατέρα αὐτοῦ τὸν πρῶτον οἰκοδόμον μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν, ἐξηγήσατο πάντα· καὶ ὁ πατὴρ λαβὼν τὸν παῖδα, ἤγαγεν εἰς τὸν βασιλέα· ἐκεῖ γὰρ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐσθίων ἐπὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ Ὡρολογίῳ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τῶν ῥημάτων τοῦ παιδὸς, προσεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους, καὶ ὑπέδειξε τῷ παιδαρίῳ, λέγων· Μὴ οὗτός ἐστιν; Ὁ δὲ παῖς φησιν· Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἰδέας ἔχει τις ἐξ αὐτῶν ἐκείνου, ὃν ἐν τῷ ναῷ ἐγὼ ἑώρακα. Τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἄγγελος Κυρίου ἐστὶ, καὶ τὸ ῥῆμα γνώριμόν ἐστι, καὶ ὁ ὅρκος αὐτοῦ· εἰπόντος καὶ τοῦ παιδὸς ὅτι λευκοφόρος ἐστὶ, καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἡ ὅρασις αὐτοῦ, μεγάλως ἐδόξασε τὸν Θεὸν ὁ βασιλεὺς, λέγων, Ὅτι εὐδόκει ὁ Θεὸς τὸ ἔργον τοῦτο, καὶ ὅτι λογισμὸς μέγας μοι περιέπιπτε πῶς καλέσω τὸν ναόν. Καὶ ἔκτοτε προσηγορεύθη ὁ ναὸς Ἁγία Σοφία. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἑρμηνευόμενος. Καὶ σκοπήσας ὁ βασιλεὺς εἶπεν οὕτως· Μὴ ἐάσω τὸν παῖδα ὑποστρέψαι, ἵνα εἰς τὸ διηνεκὲς φυλάττῃ ὁ ἄγγελος Κυρίου, ὡς εἶπε κατελθὼν ἐν ὅρκοις. Εἰ γὰρ ὁ παῖς ὑποστρέψῃ καὶ ἐλθὼν ἐν τῷ κτίσματι, καὶ ἄγγελος Κυρίου ὑποστρέψει, καθὰ προέφησε τῷ παιδαρίῳ τὸ, Ἕως οὗ ἔλθῃς. Βουλευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τοὺς κρείττονας τῆς συγκλήτου καὶ ἱερατικοὺς ποιμένας, εἶπον αὐτῷ· Μὴ ὑπόστελλε τὸν παῖδα εἰς τὴν οἰκοδομὴν, κατὰ τὸν ὅρκον τοῦ ἀγγέλου, ὅπως ἐκ Θεοῦ φυλάξῃ τὸν ναὸν ἕως τέλους κόσμου. Ὁ δὲ βασιλεὺς πλουτίσας τὸν παῖδα καὶ ἀξιώσας αὐτὸν τιμῆς μεγάλης, ἀπέστειλε μετὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ εἰς ἐξορίαν εἰς τὰς Κυκλάδας νήσους. Ἐγένετο δὲ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀγγέλου εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ τῆς ἄνω ἀψῖδος, τοῖς ἀνερχομένοις ἐπὶ τὸν Τροῦλον.

A lateris fornicibus, ipsique in scyphi morem obtectis, voluit imperator ut miliarisia in die Sabbati ex palatio exportarentur; erat quippe hora diei sexta jussitque Strategius cum operas tum artifices pransum ire. Descendens vero prædictus Ignatius mechanicus, filium supra porticus dextri lateris ad instrumentorum custodiam reliquit. Erat autem puer annorum circiter quatuordecim. Sedente puero, eunuchus quidam splendida veste indutus, forma decorus, velut nimirum ex palatio missus sese puero sistit et ait : Quid causæ est cur opifices opus Dei non cito perficiant, sed eo relicto comessatum abierunt? Cui puer, Jamjam, inquit, domine, aderunt. Ille vero, Vade cito et evoca : nam opus perfici summo studio cupio. B Puero autem se dicessurum negante, ne ferramenta perirent, ait eunuchus : Abi quamprimum et dic ut celeriter veniant. Nam juro tibi, fili, per sanctam Sophiam Dei verbum, quæ nunc ædificatur, me non hinc dicessurum donec tu revertaris, quippe qui jussus sim hic ministrare et custodiam agere. His auditis puer celeri cursu proficiscitur, relicto Dei angelo in superiore parte ædificii custode : ac ubi patrem architectorum principem cum reliquis convenit, rem ordine narravit. Pater vero filium ad imperatorem adduxit. Imperator enim ad oratorium sancti Joannis Præcursoris in horologio prandebat. Imperator autem, auditis quæ narrabat puer, eunuchos omnes evocat, ac puero ostendit, sciscitans, Hiccine est? Tum puer, Horum, inquit, nemo est, neque enim horum quisquam simile C quid habet illi, quem in templo conspexi. Tunc imperator angelum esse Domini tum ex ejus sermone tum ex jurejurando cognovit, præsertim puero affirmante fuisse illum veste candida, genis ignem vibrantibus, et vario vultu ; ac Deum magnis laudibus cumulavit imperator dicens : *Deo sane acceptum est hoc opus, hærebamque multum anxius quo nomine templum appellarem.* Exindeque templum appellatum est Sancta Sophia, quod significat, Verbum Dei. Re vero secum perpensa, imperator sic ait : Non sinam puerum ad templum remigrare, ut angelus Domini illud in perpetuum custodiat, quemadmodum juramento pollicitus est. Si enim ad fabricam redierit puer, angelus Domini abibit, cum puero dixerit, Donec redieris, Impera- D tor itaque consilio cum præcipuis senatorum sacrique ordinis pastoribus inito, hanc ab illis sententiam accepit : Ne mittas puerum ad fabricam, ut angelus illud ex jurejurando quo se obstrinxit, ad finem usque mundi, Dei jussu, custodiat. Divitiis igitur et dignitate auctum puerum, volente patre, ad Cycladas insulas relegavit. Hoc porro angeli cum puero colloquium, in dextera parte pilæ superioris fornicis, ad Trullum ascendentibus, habitum est.

lumnas et incrustationes marmoreas pari ornamento decoravit. Templi quoque pavimentum variis pretiosisque marmoribus ornavit. Lateribus vero extrinsecus et e vicino positis perpolitis, ea candidis pretiosisque ac ingentibus lapidibus constravit.

A ὑπερῷα καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰς ὀρθομαρμαρώσεις. Τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων· καὶ στιλβώσας δὲ πλάγια καὶ τὰ ἔξω καὶ τὰ πέριξ κατέστρωσε διὰ λευκῶν λίθων πολυτίμων μεγίστων.

Sacrum bema ex argento confecit. Ostiola, quatuor mensas, archiepiscopi trhonum, et sacerdotum sedilia septem, ex argento deaurata. Sancta sanctorum infra gradus sita. Ciborium ac reliqua altaris describuntur. Sacra mensa ex variis lapidibus pretiosis et metalli generibus opere fusili conflata.

Sacrum bema ex argento splendido, perystilia et columnas cum ostiolis ex argento deaurata concinnavit : cuncta argentea auro oblita. In sacro autem bemate quatuor mensas columnis innixas erexit, quas etiam auro obduxit: pariterque septem sedilia sacerdotum cum archiepiscopi throno, et quatuor columnis, ustrinque posita deauravit. Cum autem religioni duceret ingredi in adytum, quod Cyclium vocant, infra gradus situm, Sancta sanctorum illud appellavit. Columnas etiam ingentis molis erexit argenteas, auro oblitas cum ciborio atque liliis. Ciborium autem argento encaustum fecit. Ciborio imposuit globum ex auro solidum, pondo centenariorum octodecim, liliaque aurea pendentia libras centum sexdecim; supraque illa auream crucem cum lapillis pretiosis, iisque rarissimis. Crux vero septuaginta quinque librarum pondere erat illud autem excogitavit, cum sacram mensam præstantiorem, et ipso auro pretiosorem efficere vellet : accercitis peritis hominibus bene multis consilium suum aperuit. Illi vero, In fornacem, inquiunt, conjiciamus aurum, argentum, lapides pretiosos omnis generis, margaritas, zambicas, æs, succinum, plumbum, ferrum, stannum, vitrum, et si quod est aliud metalli genus. Hæc vero in mottariis contrita et conglutinata in vas fusorium infuderunt : postque eadem igne liquata, extracta ab artificibus in formam conjecta sunt : atque hac mistione composita sacra mensa ingentis pretii educta est : quam tum imperator suo loco positam, columnis ex auro solidis varia gemma ornatis suffulsit ; et circumpositos gradus in quibus stare solent sacerdotes ad sanctam mensam osculandam totos item argenteos, deauratos effecit. Mare autem, ut vocant, sacræ mensæ, inæstimabilibus lapillis constravit et auro obduxit. Quis vero sacram mensam conspicatus non stupeat ? aut quis eam possit diutius contemplari ? cum variis coloribus varie micet; videaturque nunc auri, nunc argenti fulgorem referre, modo sapphiri instar rutilare, et, ut verbo dicam, multiplicium colorum radios emittere, secundum naturam lapillorum, marmorum et omnis generis metallorum.

Τὸ δὲ ἅγιον θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροῦ. τά τε στήθεα καὶ κίονας, ἀργύρῳ πάντα περιεκύκλωσε σὺν τοῖς πυλαιῶσι· πάντα ἀργυρᾶ καὶ χρυσέμβαφα. Τραπέζας δὲ τέσσαρας τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ ἔστησεν ἐπὶ τοὺς κίονας, καὶ αὐτοὺς κατ- B εχρύσωσε. Τὰς ἑπτὰ βάσεις τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθέζονται ἀναβάντες, σὺν τῷ τοῦ ἀρχιερέως θρόνῳ, καὶ τῶν τεσσάρων ἀργυρῶν κιόνων κατεχρύσωσε, στήσας ἑκατέρῳ μέρει. Ἀναδύων τε εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἱλύματι τῷ καλουμένῳ Κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω τῶν βαθμίδων, τοῦτο Ἅγια ἁγίων προσηγόρευσεν. Ἕστησε δὲ καὶ κίονας εὐμεγέθεις, καὶ αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τῷ κιβωρίῳ καὶ τοῖς κρίνοις. Τὸ δὲ κιβώριον ἀργυροέγκαυστον ἐποίησεν. Ἐπάνω δὲ τοῦ κιβωρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν σταθμὸν χρυσίου κεντηνάρια ιη', καὶ κρίνα χρυσᾶ στήσαντα ρις', καὶ ἐπάνω αὐτῶν, σταυρὸν χρυσοῦν μετὰ λίθων πολυτελῶν καὶ δυσπορίστων, ὅστις σταυρὸς εἶχε σταθμον χρυσοῦ λίτρας οε'. Ἐποίησε δὲ μηχανὴν τοιαύτην, βουλόμε- C νος γὰρ κρείττονα τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ πολυτελῆ ταύτην ποιῆσαι ὑπὲρ χρυσίον, προσεκαλέσατο ἐπιστήμονας πολλούς, εἰρηκὼς αὐτοῖς τοῦτο· οἱ δὲ ἔφησαν αὐτῷ· Εἰς γωνευτήριον ἐμβάλωμεν χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους παντοίους, μαργαρίτας, ζάμβυκας, χαλκὸν, ἤλεκτρον, μόλιβδον, σίδηρον, κασσίτερον, ὕελον, καὶ λοιπὴν πᾶσαν μεταλλικὴν ὕλην· καὶ τρίψαντες αὐτὰ ἀμφότερα εἰς ὅλμους καὶ δήσαντες, ἐπὶ τὸ χωνευτήριον ἔχυσαν· καὶ ἀναμαξάμενοι τὸ πῦρ, ἀνέλαβον ταῦτα οἱ τεχνῖται ἐκ τοῦ πυρός, καὶ ἔχυσαν εἰς τυπάριν· καὶ ἐγένετο χυτὴ πάμμιγος ἀτίμητος ἡ ἁγία τράπεζα· εἶθ' οὕτως ἔστησεν αὐτήν· ὑποκάτωθεν δὲ αὐτῆς ἔστησε κίονας ὁλοχρύσους καὶ αὐτοὺς μετὰ λίθων πολυτελῶν· καὶ τὴν πέριξ κλίματα ἐν ᾗ ἵστανται ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ αὐτὴν ὁλοάργυρον, D κεχρυσωμένην. Τὴν δὲ θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκε, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. Τίς γὰρ θεάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ οὐ καταπλαγείη; ἢ τίς δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην, διὰ τὰς ποικίλας χρόας καὶ στιλπνότητας ἐναλλάσσειν, ὡς ὁρᾶσθαι τὸ ταύτης εἶδος, ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρίζον, εἰς ἄλλο σαπφειρίζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀποστέλλειν ὀλβίαν χρόαν, κατὰ τὰς φύσεις τῶν τε λίθων καὶ μαρμάρων, καὶ πάντων τῶν μετάλλων;

Fores superiores ac inferiores ædis Sophianæ eburneæ anaglyphis ornatæ ac deauratæ numero 365. *Aliæ portæ argenteæ deauratæ. Lignum arcæ. Pavimentum auro solido sternere cogitat Justinianus. Intra spatium annorum octo et quatuor mensium construitur ædes Sophiana.*

Fecit etiam fores in inferioribus et superioribus ædibus ex ebore anaglyphis ornato deauratoque,

Ἐποίησε δὲ πυλῶνας κάτωθεν καὶ ἄνωθεν δι' ἐλεφαντίνων μεγάλων ὀστῶν γλυπτῶν κεχρυσωμένων

τὸν ἀριθμὸν τξε'. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ τοῦ λουτῆρος ἐποίησε πυλῶνας ἠλέκτρους, καὶ εἰς τὸν νάρθηκα ἠλεκτρίνους πύλας ἐμμέτρους. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ νάρθηκι ἐποίησεν ἐλεφαντίνους πύλας καὶ πυλῶνας τρεῖς· δύο ἐμμέτρους, καὶ μέσον τῶν δυοῖν μεγίστην, ἀργυρᾶν, χρυσέμβαφον, καὶ τὰς πάσας πύλας κατεχρύσωσεν· ἔσωθεν δὲ τῶν τριῶν πυλώνων ἀντὶ ξύλων καινῶν, ἔβαλεν ἐκ τῶν τῆς κιβωτοῦ ξύλων. Βουλόμενος δὲ καὶ τὸν πάτον ὁλόχρυσον ποιῆσαι, κωλύουσι τοῦτόν τινες μαθηματικοὶ λέγοντες, ὅτι Ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ἐλεύσονται βασιλεῖς πένητες, καὶ ἐδαφιοῦσι τὸν ναόν· καὶ ἐκ τῆς βουλῆς αὐτῶν εἴασε τοῦτο. Καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἔβαλεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν χοῦν μιλιαρίσια χιλιάδας β', καὶ ὅτε ἐπλήρουν τὸ ἔργον οἱ τεχνῖται, τῇ ἑσπέρᾳ ἐσκύλευον τὸν χοῦν, καὶ εὕρισκον τὰ μιλιαρίσια. Τοῦτο δὲ εἰς χαρὰν τοῦ λαοῦ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς προθυμίαν. Καὶ ἡ μὲν ὕλη, καθὼς προεῖπον, ἀποσυνήχθη εἰς χρόνους ἑπτὰ ἥμισυ, καὶ ἀπετέθη. Ὁ δὲ ναὸς ἐκτίσθη καὶ ἐτελειώθη παρὰ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν δέκα χιλιάδων, μετ' ἐπιμελείας καὶ πολλῆς σπουδῆς εἰς χρόνους ὀκτὼ καὶ μῆνας τέσσαρας, ὡς εἶναι τοὺς πάντας χρόνους ις'.

A numero trecenta sexaginta quinque. In priori autem baptisterii introitu electrinas portas adornavit. In narthece item electrinas portas mediocris magnitudinis. In secundo autem narthece eburneas portas et tres fores; quarum duæ quidem mediocris magnitudinis, media vero longe maxima argentea auro obducta: omnesque item portas auro operuit. Trium harum forium interiora, pro lignis novis, lignis ex arca communivit. Cum autem pavimentum auro solido sternere vellet, cohibitus est a quibusdam mathematicis dicentibus: Futuris temporibus venturi sunt operatores inopes, qui templum solo æquabunt: de illorumque sententia a proposito abstinuit. Singulis porro diebus imperator duo millia miliarisiorum in pulverem projiciebat; expleto- B que opere, artifices vespere pulverem exportantes, sibique rapientes miliarisia reperiebant. Quod ideo agebat imperator ut operas lætas alacresque redderet. Et sic quidem, ut dictum est, materia septem annis cum dimidio collecta fuit. Templum vero ab illis decem millibus magna cura et sollicitudine operi incumbentibus intra annorum octo et quatuor mensium spatium, exstructum et perfectum est. Ita ut in totum opus anni sexdecim impenderentur.

Ambo trullum auream lapidibus pretiosis ornatam habuit. Crux ac reliqua umbonis ornamenta aurea erant lapillis distincta.

Τὸν δὲ ἄμβωνα ἐποίησε σὺν τῇ σωλέᾳ. Εἶχε δὲ τροῦλον χρυσοῦν, μετὰ λίθων καὶ μαργαριταρίων. Ὁ δὲ σταυρὸς τοῦ ἄμβωνος εἶχε σταθμοῦ λίτρας ρ'· εἶχε δὲ κατὰ σειστὰ λυχνίτας σὺν μαργαριταρίοις ἀπηδότοις· ὁλόχρυσα δὲ πετάσια, ἀντὶ στήθεων εἶχεν ἐπάνω ὁ ἄμβων.

Ambonem cum solea construxit: habuit item ambo trullum auream cum lapidibus et margaritis. Ambonis crux erat pondo centum librarum, ornata carbunculis et teretibus margaritis. Galeri ex auro solidi, columellarum loco ambonis supe- C riora occupabant.

Os putei ex Samaria advehitur; Tubæ vero æneæ Hierichunte. Crux in scevophylacio. Reliquiæ impositæ columnis.

Τὸ δὲ στομίδιον τοῦ φρέατος ἤχθη ἀπὸ Σαμαρίας. Τούτου χάριν ἐκλήθη Ἅγιον Φρέαρ, διότι ἐν αὐτῷ ὡμίλησεν ὁ Χριστὸς τῇ Σαμαρείτιδι. Αἱ δὲ τέσσαρες σάλπιγγες αἱ χαλκαῖ ἃς ἔστησεν ἐν τῷ Φρέατι τῷ Ἁγίῳ ἀπὸ Ἱεριχὼ ἐκομίσαντο αὐτάς, ἃς εἶχον τότε οἱ ἄγγελοι εἰς μίμησιν, ὅτε ἔπεσον τὰ τείχη Ἱεριχώ. Ὁ δὲ τίμιος Σταυρὸς ὁ ἱστάμενος σήμερον ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, τὸ μέτρον ἐπὶ τῆς ἡλικίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἀκριβῶς ἐμετρήθη παρὰ πιστῶν καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο ἐνέδυσεν αὐτὸν ἀργύριον καὶ λίθους, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτόν· καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἰάσεις ποιεῖ, καὶ νοσήματα διώκει, καὶ δαίμονας ἀπελαύνει. Ἐν ἑκάστῳ κίονι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ἅγιον λείψανον ἔχει ἐνθρονιασμένον.

Putei os ex Samaria advectum; ideoque sacer puteus vocatus est, quia juxta illum Christus Samaritanam allocutus est. Tubæ autem æneæ quatuor, quas in sacro puteo collocavit, Hierichunte deferri curavit, quas tunc angeli tenebant, ut quod olim factum esset cum Hierechuntis muri corruissent imitarentur. Veneranda autem illa crux, quæ stat hodie in scevophylacio, est mensura staturæ Jesu Christi Domini nostri, quam viri fideles et magni momenti ad ipsum Christum in Jerusalem accuratissime sunt dimensi. Eaque de causa argento illam et lapillis circumdederunt auroque obduxerunt: D et ad hanc usque diem morbos curat, ægritudines amovet et dæmonia pellit. Singulis columnis superiorum et inferiorum ædium sanctæ reliquiæ impositæ servantur.

Vasa ac alia ornamenta ad quadraginta duo millia conficiuntur. Alia sunt aurea tantum, alia lapillis ornata. Possesionibus ac aliis reditibus ecclesias ditat. Sacerdotum ac cantatricum numerus.

Ἐποίησε δὲ καὶ σκεύη ὁλόχρυσα τῶν δώδεκα ἑορτῶν ἄλλα καὶ ἄλλα, ἀπό τε Εὐαγγελίων ἱερῶν, καὶ χερνιβοξέστων, ὀρκιολίων, δισκοποτηρίων, δίσκων· ἐποίησε δὲ τὰ πάντα ὁλόχρυσα διὰ λίθων μετὰ μαργαριταρίων· ἀριθμὸν σκευῶν χιλιάδας μβ'· ἐνδυ-

Multa autem et varia, quæ ad duodecim solemnium dierum festorum cultum pertinerent, ex auro tota facienda curavit, videlicet sacra Evangelia, malluvia, urceolos, calices, patenas, discos: omnia ex auro facta et margaritis gemmisque or-

nata, ad quadraginta duo millia numero erant : altari pepla seu ædium sacrarum aulæa aurea lapillis sulcata trecenta : coronæ centum, ut suam quæque solemnitas haberet. Velamina aurea calicum seu poculopum margaritis et gemmis ornata quadraginta duo millia numero erant. Evangelia viginti quatuor singula centenariorum duorum : thuribula aurea carbunculis decorata triginta sex pondo librarum quadraginta. Multifida candelabra botri in morem concinnata ambonis et bematis, necnon muliebris utriusque conclavis atque narthecis ad sex millia ex auro solido. Ad usum vero templi trecenta sexaginta quinque prædia assignavit, ex Ægypto, India ac toto Oriente et Occidente, ac imperatorio diplomate cautum est, ut singulis quibusque festivitatibus darentur olei mensuræ mille, et vini mensuræ trecentæ, panes propositionis mille. Simili quoque ratione sacerdotum vices quotidianas constituit, eam ad sortem deputans cum sacerdotes, tum alios ad infimum usque gradum numero mille, cantatrices centum, in duas hebdomadas divisas. Cellulæ circumpositæ clero assignatæ pro cujusque gradu sunt : cantatricibus vero duo asceteria in domicilium tradita.

A τὰς διὰ λίθων χρυσὰς σωληνοτὰς τ', στέμματα ρ', ἵνα ἔχωσιν ἐν μιᾷ ἑκάστῃ ἑορτῇ. Ποτηροκαλύμματα ὁλόχρυσα διὰ μαργαριταρίων καὶ λίθων τιμίων χιλιάδας μϐ'. Εὐαγγέλια κδ', ἔχοντα ἀνὰ κεντηνάρια β'· θυμιατήρια ὁλόχρυσα λς', διὰ λίθων λυχνιταρίων, ἔχοντα σταθμοῦ λίτρας μ'. Πολυκάνδηλα βοτρύδια τοῦ ἄμϐωνος, τοῦ βήματος ὁλόχρυσα, τῶν δύο γυναικίτων καὶ τοῦ νάρθηκος, χιλιάδας ς'. Ἀπεκύρωσε δὲ καὶ κτήματα τξε', ἀπὸ Αἰγύπτου, Ἰνδίας καὶ πάσης Ἑῴας καὶ Δύσεως ὑπάρχοντα εἰς διοίκησιν τοῦ ναοῦ· τυπώσας μιᾷ ἑκάστῃ ἑορτῇ δίδοσθαι ἔλαιον μέτρα χίλια, οἶνον μέτρα τ'· ἄρτους τῆς προθέσεως χιλίους. ὁμοίως καὶ τὰς ἐφημέρας ἐξέθετο, κληρώσας ἱερεῖς τε καὶ ἕως ἐσχάτου τῶν ὑπουργούντων τῷ ναῷ, χιλιάδα μίαν· ᾀδούσας ρ', B μεριζομένας εἰς δύο ἑϐδομάδας. Δέδωκε δὲ καὶ τῷ κλήρῳ κελλία εἰς τὰ πέριξ αὐτοῦ κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν· καὶ ταῖς ᾀδούσαις σκηνώματα, δύο ἀσκητήρια.

Cruces septem, singulæ unius centenarii pondo. Candelabra item aurea varii generis et lapillis ornata ; alia ut altari inservirent, alia vero quæ manu gestarentur. Impensæ actæ in structuram ambonis ac soleæ.

Cruces item septem fieri curavit, pondo singulas centenarii unius, pervariis lapillis pretiosis magnifice ornatas ; ita ut octo centenariis æstimarentur : itemque duo candalebra aurea quæ manu gestarentur, gemmis et maximis margaritis distincta, quæ etiam æstimata fuere auri quinque centenariis : alia quoque duo candelabra aurea quæ manu gestarentur sculpta ingentis magnitudinis; quorum pedes ex auro solido æstimati sunt auri libris centum undecim : fecit item candelas varias lapillis distinctas numero quatuor, ut starent supra aurea et crystallina candelabra. Alia quoque conficienda curavit, ut altari inservirent. Ad ambonem item deputatus sumptus est, qui ex Ægypto tantum exactus est ad numismatum trecenta sexaginta quinque centenaria. Hæc suppeditavit ad ambonem cum solea : quam pecuniam ex pacto acceperat usque ad duo milia [centenaria.] Magnus enim Constantinus a barbaris Persarum regibus et ab aliis multis gentibus centenaria tria millia et sex solvenda edixit.

Σταυροὺς δὲ ἐποίησε ζ, στένοντας χρυσοῦ ἀνὰ κεντηνάριον ἕν· καλλωπίσας αὐτοὺς ἀπὸ παντοίων τῶν λίθων πολυτελῶν, ὡς διατιμᾶσθαι τούτους ἀνὰ ρ'' ρ'' η'. Καὶ μανουάλια δύο ὁλόχρυσα διὰ λιθαρίων σὺν μεγίστοις μαργαριταρίοις, ἃ καὶ ἀπετιμήθη χρυσίου κεντηνάρια ε', καὶ ἕτερα μανουάλια β'. ὁλόχρυσα γλυπτὰ παμμεγέθη· τοὺς δὲ πόδας αὐτῶν C ὁλοχρύσους τιμῆς χρυσίου ρια'. Ἐποίησε δὲ καὶ φάτλια διάφορα διὰ λίθων τέσσαρα· ἐτύπωσε δὲ ἵνα ἵστανται ἐπάνω τῶν χρυσῶν καὶ κρύων μανουαλίων. Ἕτερα δὲ ἐποίησεν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Εἰς δὲ τὸν ἄμϐωνα ἐξωδίασε χρυσὸν, ὅπερ ἐδόθη ἐξ Αἰγύπτου μόνον, νομισμάτων κεντηνάρια τξε'. Ταῦτα ἐξωδίασεν εἰς τὸν ἄμϐωνα σὺν τῇ σωλέᾳ, ὅπερ ἔλαϐε πάκτον μέχρι β'· ὁ γὰρ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτύπωσεν ἀπὸ τῶν βαρϐάρων Περσῶν βασιλευόντων, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν ρ'' ρ'' γ' ς'.

Justinianus templum Sophianum ædificare cœpit et absolvit. Quatuor nartheces, quatuor flumina ex paradiso exeuntia appellavit. Mare in dextro latere dextri gynæciti, Leontarium locus ubi sacerdotes lavabantur. Metatorii cubiculum.

Porro Justinianus solus et templum ædificare incepit et inceptum absolvit, nemine aut in expensarum aut in operis partem veniente. Eratque illud pulcherrimum spectaculum si variam templi pulchritudinem conspicores, quod undequaque auro et argento fulgeret. Nec minus admirabile accedentibus pavimentum videbatur, quod marmorum omnigena varietate micantium coagmentatione, ceu in mari atque in fluminibus aquæ fluere viderentur. Nam quatuor templi fines, sive narthcces, quatuor flumina ex paradiso exeuntia vocavit; legemque fecit, ut quisquis pro peccatis segrega-

D Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μόνος ἤρξατο, καὶ μόνος ἐτελείωσε τὸν ναὸν, μηδενὸς ἑτέρου συνδρομὴν ποιήσαντος, ἢ οἱανδήποτε οἰκοδομήν. Θαῦμα δὲ ἦν θεάσασθαι ἐν τῷ κάλλει καὶ τῇ ποικιλίᾳ τοῦ ναοῦ, ὅτι πάντοθεν ἦν τῷ χρυσίῳ καὶ ἀργύρῳ ἐξαστράπτον. Καὶ εἰς τὸ ἔδαφος θαῦμα ἦν τοῖς εἰσιοῦσιν, ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῶν μαρμάρων δίκην θαλάσσης ὁρᾶσθαι, ἢ ποταμῶν ῥέοντα ὕδατα. Τὰς γὰρ τέσσαρας φίνας τοῦ ναοῦ ὠνόμασε τοὺς δ' ποταμοὺς τοὺς ἐξερχομένους ἐκ τοῦ παραδείσου· καὶ ἔδωκε νόμον κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἵστασθαι ἐν αὐτοῖς ἕνα ἕκαστον ἀφοριζομένους. Ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς φρεατικὰς

ιϐ', καὶ λέοντας λιθίνους ἐρεύγεσθαι τὸ ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ λαοῦ. Ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ πλευρᾷ τοῦ δεξιοῦ γυναικίτου ἐποίησε θάλασσαν μέχρι σπιθαμῆς, ἵνα ἀνέρχηται τὸ ὕδωρ, καὶ κλίμακα μίαν ὑπεράνω τῆς θαλάσσης, ἵνα διέρχωνται οἱ ἱερεῖς· ἔστησε δὲ δεξαμενὰς ὀμϐριμαίους ναμάτων, καὶ ἔγλυψε λέοντας δώδεκα, καὶ παρδάλεις δώδεκα, δόρκας δώδεκα, ἵνα ἐκ τῶν φαρύγγων αὐτῶν ἐμεῖσθαι τὸ ὕδωρ διὰ μηχανῆς, εἰς τὸ τοὺς ἱερεῖς νίπτεσθαι μόνον. Ἐκάλεσε δὲ τὸν τόπον Λεοντάριον· καὶ Μητατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνήγειρε κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα πορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ναοῦ, ἐκεῖσε καθεύδῃ. Τὴν δὲ ὡραιότητα καὶ ὑπερϐολὴν τοῦ κάλλους τοῦ κεχρυσωμένου καὶ διηργυρωμένου ναοῦ, ἀπὸ ὀρόφους ἕως ἐδάφους, τίς διηγήσεται;

A retur, istic stationem haberet. Circa vero Phialam fecit duodecim porticus cum puteis, leonesque lapideos aquam, quo se populus lavaret, eructantes. In dextero autem latere dextri gynæciti, mare unius cubiti concinnavit, ut aqua ascenderet, scalamque unam, ut supra mare sacerdotes transirent. Posuit item conchas seu receptacula aquæ pluviæ, duodecimque leones sculpsit, pardos duodecim, damas duodecim; quæ machinis quibusdam aquam evomendo, solis sacerdotibus lavandi copiam facerent; locum vero Leontarium nuncupavit. Appellavit porro Metatorium cubiculum illud speciosum, auroque ornatum ab se ibidem exstructum, ut cum e templo exiret, ibique sceret. Templi demum a tecto ad pavimentum auro argentoque obducti speciem eximiamque pulchritudinem quis, ut par est, B narrare posset?

Justinianus die vigesima secunda Novembris, solemni pompa templum Sophianum una cum patriarcha ingreditur. Dei sequenti templi apertionem facit. Quas largitiones populo tunc fecerit.

Ὅμως τελειώσας τὸν ναὸν καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη καὶ ἀναθήματα, αὐτῇ τῇ κϐ', τοῦ Νοεμϐρίου μηνὸς, εἰσῆλθεν ἀπὸ τοῦ Παλατίου μετὰ προελεύσεως τὸν πυλῶνα τοῦ Αὐγουστιῶνος τοῦ εἰσερχομένου εἰς τὸ Ὡρολόγιον, καθεζόμενος ἐπὶ ἅρματος μετὰ δ' ἵππων, καὶ ἔθυσε βόας α' καὶ πρόϐατα, ς', ἐλάφους χ', σύας α', ὄρνιθας καὶ ἀλεκτρυῶνας ἀνὰ χιλιάδας δέκα. Δέδωκε δὲ καὶ τοῖς πένησι καὶ δεομένοις σίτου μόδια μυριάδας γ', τῇ ἡμέρα ἐκείνῃ δι' ὡρῶν τριῶν· καὶ τότε εἰσώδευσεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐτυχίου. Καὶ ἀποδράσας ταῖς χερσὶ τοῦ πατριάρχου ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἔδραμε μόνος μέχρι τοῦ ἄμϐωνος· καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ καταξιώσαντί με τοιοῦτον ἔργον ἀποτελέσαι· νενίκηκά σε, Σολομών. Καὶ μετὰ τὸ εἰσοδεῦσαι, ἐποίησεν ὑπάτια, καὶ δέδωκε τῷ λαῷ κεντηνάρια τρία διὰ Στρατηγίου μαγίστρου ταῦτα χύνοντος εἰς τὸ ἔδαφος· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐποίησε τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ, τοσαῦτα καὶ πλείονα ὁλοκαυτώματα θύσας, καὶ μέχρι τῶν ἁγίων Θεοφανίων δι' ἡμερῶν πεντεκαίδεκα κλητορεύων πάντας καὶ ῥογεύων, καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως ἐτελείωσε τὸ ἐφετὸν ἔργον αὐτοῦ.

Absoluto templo sacrisque vasis cæterisque ornamentis, solemni pompa, die Novembris vigesima secunda e palatio in Augustionis atrium, qua ad horologium iter est, in quadragis est ingressus: mactavitque boves mille, ovium sex millia, cervos sexcentos, sues mille, gallinas decem mille totidemque pullos. Eademque die trium horarum spatio elargitus est pauperibus et egenis tritici modiorum triginta millia. Quo peracto, Justinianus imperator cum cruce ac Eutychio patriarcha comite templum ingressus est: tum a patriarcha dilapsus a regiis foribus solus ad ambonem usque cucurrit, extensisque in cœlum manibus ait: Gloria Deo qui me honore est dignatus, ut tale opus perficerem: vici te, Salomon. Post ingressum, C consulares largitiones fecit, magistroque Strategio in pavimentum effundente, tria centenaria populo distribuit. Postero die totidem vel holocautomata cum mactasset, templi apertionem fecit, et per dies quindecim usque ad sancta Theophania, epulas et pecuniam populo dilargiebatur, gratiasque Deo agebat. Et hoc modo desideratum sibi opus perfecit.

Trullus ædis Sophianæ anno secundo Justini cum corruisset, ambonem, soleam ac pavimentum contrivit Causæ ruinæ. Readificatur iisdem lateribus Rhodiis. Ambo vero solea et pavimentum ex materia longe minoris pretii construuntur.

Διήρκεσε δὲ ὁ νεωτερικὸς τροῦλος, ὁ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰουστιτιανοῦ κτισθεὶς, καὶ ὁ ἄμϐων ὁ πολύολϐος καὶ πολυθαύμαστος σὺν τῆς σωλέας καὶ τοῦ ποικίλου πάτου τοῦ ναοῦ χρόνους ιζ'. Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐκράτησεν Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ τῆς βασιλείας, καὶ εἰς τὸν δεύτερον χρόνον αὐτοῦ, ἡμέρᾳ ε', ὥρα ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, ἐγένετο πεσεῖν τὸν τροῦλον, καὶ συνέτριψε τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμϐωνα, καὶ τὴν σωλέαν· τούς τε σαρδονύχους, καὶ ζαμϐύκους, καὶ σαπφείρους, καὶ μαργαρίτας σὺν τῶν χρυσῶν στήθεων. Αἱ δὲ ἀψίδες, καὶ οἱ κίονες, καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς καμόντας ἐκεῖσε μηχανικοὺς, ἐπυνθάνετο παρ' αὐ-

D Duravit autem Trullus illa nova insolito structuræ genere a Justiniano excitata, et ambo ille sumptuosissimus et admiratione dignus cum solea et vario templi pavimento annos septemdecim. Post mortem vero Justiniani, imperium excepit Justinus, ejus ex sorore nepos; cujus anno secundo, feria quinta diei hora sexta, trullus corruit: stupendumque ambonem, soleam, sardonychos, zambycos, sapphiros et margaritas, cum aureis columellis contrivit. Apsides vero, columnæ et ædificia reliqua intacta immotaque manserunt. Tunc imperator, evocatis architectis, sciscitabatur quæ causa ruinæ trullo fuisset. Quod avunculus tuus, in-

quiunt, amotis citius quam per erat lignies fulcimentis, maturius musivo opere exornare studuerit: quodque, ut latius pateret aspectu, æquo sublimiorem illam stuxerit : et quod operæ scalas et sustentacula cædentes projicerent; hinc factum est, ut ex eorum pondere trulli fundamenta necdum satis excoctæ dissilirent. Hæc artifices imperatori, qui item addiderunt : Si jubeas, domine, trullum planiorem in cymbali convexi formam construi, mitte in Rhodum insulam, ut avunculus fecit, jubeque istic lateres ex creta Rhodia parari, æquali cum pristinis pondere et sigillo. Tum jussu imperatoris pares advecti lateres sunt. Sic rursus erecta trullus, demptis e pristinæ sublimitate ulnis quindecim, eaque in tympani morem aptata, ac metu ruinæ citius iterandæ, fulcimenta lignea per annum integrum relicta sunt, donec excocto humore trulli fabricam jam firmiter consistere periti deprehenderunt. Ambonem vero et soleam cum paris sumptus et magnificentiæ construere non possent, longe minoris illum pretii ex lapidibus et columnis argento vestitis. cum cancellis in orbem argenteis et solea exædificarunt. Trullum autem amboni imponere noluit imperator expensarum vi deterritus. Sternendo pavimento cum iile variis coloribus distinctæ et prægrandes tabulæ non suppeterent, misso Manasse patricio et proposito in Proconnesum illic marmora paravit, terræ colorem præferentia, necnon alia prasini coloris, quæ flumina in mare influentia repræsentat.

A τῶν, τί τὸ συμβὰν εἰς τὸ χαλάσαι τὸν τροῦλον, Οἱ δὲ εἶπον τῷ βασιλεῖ, ὅτι Ὁ θεῖος σου σπεύσας ἐπῆρε τοὺς ἀντινύκτας τοὺς ὄντας ἐν τῷ τρούλῳ ξυλίνους, καὶ ταχέως ἐμουσίωσεν αὐτόν· καὶ ὅτι ὑψηλὸν ἐποίησεν αὐτὸν πρὸς τὸ πανταχόθεν ὁρᾶσθαι· καὶ ὅτι τὰς σκαλώσεις κόπτοντες οἱ τεχνῖται ἔῤῥιπτον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτῶν [βάρους] ἐσπαράσσοντο τὰ θεμέλια, καὶ [οὐκ] ἔλαβε πέψιν ὁ τροῦλος. Οὕτως οἱ τεχνῖται ἔφησαν τῷ βασιλεῖ· εἶπον δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἐὰν κελεύεις, δέσποτα, ἵνα γένηται ὁ τροῦλος ἐπίπεδος κυμβαλικῶς, ἀπόστειλον εἰς τὴν Ῥόδον, καθὼς, καὶ ὁ θεῖος σου ἐποίησε, καὶ ἐκ τοῦ ταύτης πηλοῦ καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης σφραγῖδος, ἰσόσταθμα βήσαλα τοῦ προτέρου μέτρου ἀγάγωσι. Καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἤγαγον τὰ βήσαλα ἀπὸ τοῦ Ῥόδου καθὼς καὶ πρότερον· οὕτως τοίνυν καὶ πάλιν ἐκαμώθη ὁ τροῦ- B λος κόψαντες ἐκ τοῦ προτέρου τρούλου ὀργυιὰς δεκαπέντε, ποιήσαντες αὐτὸν τυμπανικὸν, πτούμενοι, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι, ἐάσαντες τὰ ξύλα καὶ τοὺς κριοὺς τῶν ἀντινύκτων χρόνον ἕνα, ἕως οὗν ἔγνωσαν ποιῆσαι τὴν πέψιν τὸν τροῦλον. Τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὴν σωλέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν οὐδαμινὸν, διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων, καὶ στήθεων ἀργυρῶν μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν μετὰ τῆς σωλέας. Τροῦλον δὲ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι, ὡς εἶπεν, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. Εἰς δὲ τὸν πάτον, μὴ δυνηθεὶς εὑρεῖν τοιαῦτα πολυποίκιλα καὶ μέγιστα ἀβάκια, καὶ ἀποστείλας Μανασσῆ πατρίκιον καὶ πραιπόσιτον ἐν Προικοννήσῳ, ἐποίησεν ἐκεῖ τὰ μάρμαρα εἰς ὁμοιότητα τῆς γῆς, τὰ πράσινα εἰς ὁμοιότητα τῶν ποταμῶν τῶν ἐμβαινόντων ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Dum trulli pegmata dirumperent, ædem Sophianam aqua replent. Falluntur qui Justino Thraci illius structuram ascribunt. Sub Justiniano celebratur quinta synodus. Encænia ecclesiæ S. apostolorum eodem imperante. Lues sævissima urbem CP. invadit, deinde terræ motus. Concubitores masculorum graviter puniuntur. Justinianus equestrem sibi statuam in Augustione erigit. Belisarius in Africam contra Vandalos mittitur. Deinde dux exercitus in ejus locum a Justiniano creatur Salomon; sed malo omine.

Cum autem trulli pegmata dirumperent, et ligna dejecturi essent, ecclesiam aqua ad ulnarum octo altitudinem repleverunt : sicque fundamenta non concutiebantur. Falluntur itaque qui putant, Justinum Justiniani avunculum quidpiam in ea exstruxisse; tres siquidem sunt, Justinius Trax, Justinianus conditor et deinde Justinus sororis ejus filius, de quibus pluribus in Chronicis narratur ut cuilibet legenti patebit. Sub Justiniano igitur qui templi conditor fuit, celebrata est synodus quinta contra Severum anno imperii ejus decimo: itemque anno ejus imperii vigesimo primo, celebrata sunt encænia Magnæ ecclesiæ. Post obitum vero Theodoræ uxoris ejus celebrata sunt encænia SS. Apostolorum : quo tempore tanta lues Constantinopoli fuit, ut mortui insepulti manerent, quod grabbata ecclesiarum et ædium cadaveribus efferendis non sufficerent. Cum autem imperator grabbata mille confici jussisset, cum ne illa quidem satis essent, currus quam plurimos et jumenta parari jussit, ut mortui iis efferrentur. Perseveravit porro hæc gravissima contagio binis mensibus,

C Ὅταν δὲ ἔκοψαν τὰς σκαλώσεις τοῦ τρούλου, καὶ ἤθελον καταβιβάσαι τὰ ξύλα, ἐγέμισαν τὴν ἐκκλησίαν ὕδωρ ἕως ὀργυιὰς ὀκτὼ, καὶ οὐκ ἐσπάρασσον τὰ θεμέλια. Ψεύδονται δὲ οἱ λέγοντες, ὅτι καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἔκτισεν ἐν αὐτῇ· τρεῖς γάρ εἰσιν, Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ κτίσας, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ· περὶ ὧν ὁ λόγος διεξῄει ἐν τοῖς Χρονικοῖς πλατύτερον, καὶ ὁ ἀναγινώσκων εὑρήσῃ. Ἐπὶ οὖν Ἰουστινιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὸ ἔργον αὐτοῦ, τότε γέγονε καὶ ἡ σύνοδος ε', ἡ κατὰ Σευήρου, τῷ δεκάτῳ αὐτοῦ ἔτει· γέγονε καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας τῷ κα' τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Καὶ τελευτησάσης Θεοδώρας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων· ἐφ' οὗ θανατικὸν γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὥστε μένειν ἀτάφους τοὺς ἀπο- D θνήσκοντας, διὰ τὸ μὴ ἐξαρκεῖν τοὺς κραββάτους τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν οἴκων ἐκφέρειν αὐτούς. Τοῦ δὲ βασιλέως κραββάτους ποιήσαντος ͵α, ἐπεὶ μὴ ἐξήρκουν, ἁμάξας προσέταξε πλείστας εὐτρεπισθῆναι καὶ ἄλογα, καὶ τοὺς τεθνεῶτας ἐν αὐτοῖς ἐκφέρειν· ἐκράτησε δὲ ἡ τοιαύτη πτῶσις καὶ χαλεπὴ μῆνας

β', Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον. Μεγάλαι δὲ ἐγένοντο βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, ὡς τοὺς πολλοὺς καυθῆναι· ἀλλὰ καὶ σεισμὸς μέγιστος καὶ παγκόσμιος, καὶ ἔπεσον οἶκοι καὶ ἐκκλησίαι πολλαὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὥστε πολλοὺς τελευτῆσαι· ἀλλὰ καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, μᾶλλον δὲ τῆς Χρυσῆς. Ἔπεσε δὲ καὶ ἡ λόγχη ἣν ἐκράτει ὁ ἀνδριὰς ὁ ἑστὼς εἰς τὸν φόρον τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου, καὶ ἐπεκράτει ἡ γῆ σειομένη ἐπὶ πολύ. Ἐκ δὲ τῆς λύπης ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ Γενέθλια τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια, ἄνευ στέμματος προῆλθεν, καὶ τὰ ἐξ ἔθους ἀριστόδειπνα τοῦ δωδεκαημέρου οὐκ ἐτέλεσεν· ἀλλ' ἅπαντα τοῖς πτωχοῖς διένειμε. Τὴν δὲ θάλασσάν φασιν ἀπὸ τῆς γῆς γενέσθαι ἐκ τοῦ σεισμοῦ μίλια τρία· καὶ ἀπολέσθαι πλοῖα ἐν τῇ τοῦ ὕδατος ἀναχωρήσει. Ἔπεσε δὲ καὶ ὁ τροῦλος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται· ὃν καὶ ἀνέκτισεν, καὶ τὰ δεύτερα ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φαιδρότερα καὶ λαμπρότερα πεποίηκεν. Οὗτος μαθὼν περί τινων ἀῤῥενοφθόρων, ἐρευνήσας καὶ τούτους εὑρών, τοὺς μὲν ἐκαυλοκόπησε, τοῖς δὲ καλάμους ὀξεῖς ἐμβάλλεσθαι εἰς τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων ἐκέλευσε, καὶ γυμνοὺς κατὰ τὴν ἀγορὰν θριαμβευθῆναι. Ὑπῆρχον μέντοι ἐκ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν συγκλητικῶν πολλοὶ τῶν δὲ ἀρχιερέων οὐκ ὀλίγοι· οἱ δημευθέντες οὕτως περιαγόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν γυμνοί, οἰκτρῶς ἐτελεύτησαν· καὶ γενομένου φόβου μεγάλου, οἱ λοιποὶ ἐσωφρονίσθησαν. Ὀλολύζετο γάρ, φησί, πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. Ἔστησε δὲ καὶ τὸν κίονα τὸν λεγόμενον Αὐγουστιῶνα, ἐπιθεὶς ἐπάνω ἔφιππον τὴν αὐτοῦ στήλην, κρατοῦσαν τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδές, ὡς τῆς γῆς ἁπάσης αὐτοῦ κυριεύσαντος· τὴν δεξιὰν δέ, ἀνατεταμένην ἔχουσαν, καὶ διακελευομένην, Στῆτε [Πέρσαι], καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς μὴ ἐπιβῆτε. Ἀπέστειλε δὲ καὶ Βελισάριον στρατηγὸν μετὰ πλήθους ἀναριθμήτου, καὶ πλοίων, καὶ χρυσοῦ πολλοῦ καταπολεμῆσαι Οὐανδάλους καὶ Ἀφρικὴν ἐκπορθῆσαι. Ὃς ἀγχινοίᾳ καὶ φρονήσει πάντα ληϊσάμενος, ἀνήγαγεν ἐν τῇ πόλει ἐν συντόμῳ, μετὰ πλούτου πολλοῦ, καὶ ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ Ἱππικῷ, ὑπατίαν ποιήσας ἐν τῇ πόλει· ὥστε Ἰουστινιανὸς εἰς μὲν τὸ ἓν μέρος τοῦ νομίσματος ἑαυτὸν ἐχάραξε, εἰς δὲ τὸ ἕτερον Βελισάριον ἔνοπλον, καὶ ἐπέγραψε· Βελισάριος ἡ δόξα τῶν Ῥωμαίων. Ἀλλ' οἷα ὁ φθόνος ἐν μεγάλῃ εὐδαιμονίᾳ εἴωθε ποιεῖν, ὤδινε καὶ ἐς Βελισάριον. Διαβληθεὶς γάρ, μετέστη τῆς ἀρχῆς, καὶ Σαλομῶν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸς ἐπέμφθη, ὃς τὰ κτισθέντα Βελισαρίῳ φυλάξαι μὴ δυνηθείς, τοῖς Οὐανδάλοις πάντων παρεχώρησεν.

A Julio et Augusto. Hinc magna tonitrua et fulgura delapsa, quæ multos combusserunt : quin etiam terræ motus maximus et universalis, ita ut domus et ecclesiæ multæ Constantinopoli corruerent, multique opprimerentur; imo etiam murus urbis, et maxime ad Auream portam : lancea item, quam statua in Foro sancti Constantini erecta gestabat, in terram decidit; diuque terra in illa commotione mansit. Ex tantæ calamitatis mœrore imperator in Natali et in sancta Epiphania Christi, sine corona prodiit, et consueta duodecim dierum convivia non celebravit; sed omnia pauperibus distribuit. Narrant autem mare a terra tribus milliaribus præ concussione recessisse, et in aquarum recessu periisse naves. Delapsa item est trullus Magnæ ecclesiæ, ut superius recensitum B est; quam ipse restauravit, ac secunda Encænia lætiora et splendidiora celebravit. Is cum edidicisset masculorum concubitores esse, cum perquisitione facta reperisset eos, aliis quidem veretrum amputari jussit, aliis calamos acutos in verendorum meatus infigi, ipsosque nudos in Forum quasi ad triumphum adduci jussit. Inter eos erant cives et senatorii viri multi, nec pauci præsules; qui ita publice circumducti in Foro nudi misere interierunt. Hinc incusso metu valido, cæteri resipuerunt : Nam ululabat, inquit, pinus, quia cecidit cedrus. Erexit autem columnam, quam vocant Augustionem, cui equestrem statuam suam imposuit : quæ sinistra quidem rotundum pomum tenet, quo indicatur orbis impe- C rium penes ipsum esse : dexteram vero protendebat jubentis more, ac dicentis : State [Persæ] et in Romanorum terram ne impressionem faciatis. Misit porro Belisarium ducem cum innumeris copiis, navibus et pecunia multa, qui Vandalos debellaret, et Africam devastaret. Qui prudenter et sagaciter omnia deprædatus, spolia brevi in urbem deduxit cum divitiis multis et triumphavit in Hippodromo, consulatum gerens in urbe; ita ut Justinianus in altera numismatis parte seipsum repræsentaret, in altera vero Belisarium armatum, cum hac inscriptione, *Belisarius gloria Romanorum*. Enimvero invidia, ut solet rebus prosperrime succedentibus insidiari, Belisarium quoque ita adorta est. Nam calumniis impetitus a præfectura summotus est; D in ejusque locum Salomon dux exercitus missus est, qui cum non valeret ea, quæ Belisarius paraverat, tueri, omnia Vandalis concessit.

De prodigioso cane. Pontem Sangaris, necnon multas ecclesias ac urbes Justinianus exstruit. De iis Procopius libro octavo. Justinianus alienus a vera Dei religione moritur.

Ἦν δέ τις χαλκεὺς ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Ἀνδρέας τοὔνομα, ἔχων μετ' αὐτοῦ κύνα ξανθὸν καὶ τυφλόν, ὃς ἐποίει τέρατα. Παρεστῶτος γὰρ αὐτῷ ὄχλου, ἔν τε τοῖς Ἀρτοπωλίοις, καὶ ἐν τῷ Φόρῳ, καὶ κατὰ πάσης τῆς πόλεως, λάθρα τοῦ κυνὸς ἐκομίζετο τὰ τῶν ἑστώτων δακτυλίδια, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ χαλκᾶ, καὶ ἐτίθει εἰς τὸ ἔδαφος, περισκέπων αὐτὰ

